



arri
ido
dios

~~112~~
121

[Faint handwritten notes]



[Handwritten scribbles]



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	A
Estante:	4
Numero:	377


De Collegio de la Comj. de Stuydegranda. B.
R 3805

FRANCISCI
PATRICII SE-
NENSIS DE REGNO ET
REGIS INSTITVTIONE
LIBRI IX.

Historiarum ac sententiarum variarum referti, quarum lectione facile de re qualibet quisque poterit decernere, vt ex epistola cognoscere licebit.

Ope vetustissimorum librorum manu scriptorum, & cura ac diligentia doctorum quorundam vitorum ab innumeris pene mendis perpurcati.

Quibus adiecimus indices tum titulorum, tum rerum ac sententiarum locupletissimos.



PARISIIS,
Apud Ægidium Gorbinum, sub insigni
Spei, è regione collegij Cameracensis.
M. D. L X V I I.
CVM PRIVILEGIO REGIS.
• 1. 6.

D. LAMBINVS

ERVDITO LECTORI

S. D.



*Atigeram olim adolescens bone, & erudite lector, Francisci Patricij Senensis de Re-
gno & de Regis institutione
libros, & nequid dissimulem, percur-
reram ac peruolutaram: & pro illa etate
ac iudicij infirmitate magnopere probarã.
Nuper autem cum Iohannes Charronius,
magnæ spei Typographus, eosdem libros
de integro suis politissimis typis excudi
cæptos mihi ostendisset, nonnullaque par-
tim in exemplari, partim in vno nouæ
editionis volumine regustassem, ac relegis-
sem: ita me delectauit non solum argu-
menti grauitas ac maiestas, verum etiam
scriptoris ingenium acerrimum, doctrinã
& elegantia singularis (prout quidẽ illa*

tempora ferebant) ut typographo nunc primium nascenti, & spem certissimam, atque exploratissimam, (si quis mortalis quicquam de euentu promittere potest) signaque illustrissima sua in posterum industria ac vigilantia ostendenti, roganti me ut hunc scriptorem propemodum sepultum, suis typis quasi renatum, breui epistola licet commendarem: altera ex parte operam tam leuem, & facilem, & breuem non possem denegare ex altera librum sua sponte commendatissimum, vendibilissimum, ac plausibilissimum non auderem oratione mea onerare potius, quam ornare: planéque Homericum illud in me conuenire mihi videretur: Η δὲ δὲν μὲν ἀνὴρ ἄγ, δέισται δ' ὑποδέχεται. Suscipere hinc timuere: hinc erubere negare. Epistolam enim aliquam libro quantumuis grauis argumenti praeponere, ita conscriptam, ut nihil, aut pauca admodum rei propositae conuenientia contineat, alia autem quaedam aliena,

quae in buccam scriptoris venerint, vndique conquassata, praeseferat, facile & expeditum est: ei vero libro, cuius argumentum sit graue, locuples, & copiosum, idémque ingeniose atque erudite tractatum: qui quaeestonibus, & disputationibus à media philosophia sumptis, historisque antiquis ac reconditis refertus sit, epistolam asfringere proportionem ei respondentem, apteque coherentem: illud difficile atque operosum semper esse iudicaui. Cuius generis cum hunc librum esse intelligerem non temere, neque immeritò hoc negotium timide, & panè dicam inuitè recepi. Nam si rem ipsam, quae his libris à Patricio disputatur, atque explicatur per se spectes, quid maius, quid grauius, quid vberius, quid plenius, quid difficilius, quid operosius fingi, atque excogitari potest, quam de regno & regis institutione scribere conari? Oportet enim regem cum, qui huius nominis dignitatem re tueri velit, quique non satis

habeat regis insignia, & meram appellationem ostentare, esse virum omni genere virtutum instructum, ornatum, ac perpolitum. Itaque eius institutio atque educatio tanto accuratior esse debet, quanto eum, qui alios homines consilio & prudentia rectorus est, ceteris omnibus, quibus praefuturus est, virum meliorem & praestantiorum esse par est. Nam qui fieri potest, ut, qui non fuerit optime institutus, eruditus atque eductus, alios regat, cum ne se ipse quidem regere possit? Quauis enim regum filios credibile sit ingenio & natura aliis praestare, nulla tamen naturae bonitas usque adeo excellit, ut disciplinae adiumenta non desideret ac requirat. Nam si pueros in domo priuata natos, atque educatos, & rebus ad victum necessariis instructos tantum, non etiam superuacaneis, & ad luxuriam pertinentibus redundanteis, quantumuis licet naturae bono excellent, deprauant tamen

improbi domesticorum & familiarium sermones, aliorumque hominum vitiosa consuetudo, nisi summa diligentia in eis instituendis, & ab improborum congressu, & contagione arcendis, adhibeatur: quid pueris regis futurum est, qui ab incunabulis mollitiae & luxu imbuuntur? quibus in omni deliciarum genere quotidie versari licet? quibus omnes ferè blandiuntur, & palpantur? aduersari pauci audent vix etiam ipsi magistri? ad quos sibi faciliorem aditum rerum iucundarum ministri quam virtutis praeceptores, & viri docti patere volunt? Ex quo fonte tot populorum & ciuitatum calamitates oriuntur tot rerum publicarum interitus atque euersiones. Difficile enim est eam rempublicam stare ac manere, nedum florere, cuius moderator sit non solum regendae ciuitatis imperitus, & ad seruandos ciueis ineptus, verum etiam ad euertendam rempublicam natura factus, & disciplina eruditus. Ad

de quòd verissime dictum est à Platone, quales sunt principes, tales solere reliquos esse ciueis: ita vt reges non solum eò peccent, quòd facinus & flagitium in se concipiant, verum etiam quòd exemplo suo omnibus, qui sub imperio sunt, in eandem fraudem trahant. Tale igitur argumētum siue casu aliquo oblatum, siue, quod credibilius est, à seipso susceptum, cum ex dignitate Franc. Patricius tractarit: quid attinet aut me, aut quemuis alium multo me facundiozem, horum librorum elegantiam, & vtilitatem amplificare verbis? Nihil enim à summis philosophis de vita & moribus, de pietate & religione, de variis rerum publicarum administrandarum generibus disputatum est, nihil de animorū perturbationibus, de vitiis ac virtutibus præceptum, nihil ab antiquis de scientiis acutis, & subtilibus, de Arithmetica, de Geometria, de Musica, de Astronomia, de ceteris similibus arti-

bis traditum est, nihil de iis, quæ ad honestam & liberalem animorum remissionem, atque oblectationem pertinent, nihil de corporum exercitationibus, nihil de agricultura scriptum, nihil denique de vlla re diuina atque humana dici, aut disputari potest, quod non sit in his libris ab eorum auctore vel copiosissime, ac plenissime vel tantum quantum ad eam rem, de qua agitur, satis est, explicatum. Quare hos libros laudare, & commendare velle, erat omnibus scientias diuinas, atque humanas suo quamque loco prudenter, & acute, & erudite his libris commemoratas, & oculis lectorum subiectas atque expositas, commendare velle. Quod si facere conarer, nemo esset, qui non me aut inanem operam sumere, aut actum agere, aut otio lectorum abuti conari argueret. Quod igitur typographo præstare potui, vt qui fructus ex horum librorum lectione percipi queat, indicarem: hoc me cumulate præsti-

tisse putavi, quod fugere & vitare debui,
ne rem humanis, nedum meis viribus ma-
iorem tentando, vel confidentiæ atque au-
daciae, vel imprudentiæ & amentiae cri-
men subirem, id me diligenter cauiffe exi-
stimo. Vale, Lutetiæ idib. Iuniis.

anno CIO IO LXVII.

TITVLORVM

ET CAPITVLORVM

omnium quæ in hoc volumine conti-
nentur index, ad seriem librorum sin-
gillatim redactus, vbi primus nume-
rus capitulum ceu titulum, secundus
folium, tertius folij faciem demon-
strat.

Libri primi titulorum index.

AD inclitum, ac celeberrimum Calabria ducom
Alphonsum Aragonum Serenissimi Ferdinan-
di regis primogenitum, Francisci Patricij Senen-
sis Pontificis Caietani prefatio in libros de Regno,
ac regis institutione. fol. 1. pag. 1.
Sit ne eius viri qui de repub. scripserit, de vnius etiam
principis dominatu tractare, tit. i. fol. 9. pag. 2.
Poetas omnium primas moralem philosophiam in-
dagare, deque ea versibus scripserit. tit. ij.
fol. 9. pag. 2.
De rerum ciuiliū differentiis: & vnius viri prin-
cipatum reliquos omnes anteire, tit. ij. fol. 10. pag. 2.
De his qui primi de regno scripserunt: differentia So-
cratis & Dionis, tit. iij. fol. 14. 1.
De cura & studio antiquorum regum erga docto-

INDEX.

- viros* tit. v. fol. 13. 1.
De diligentia regis in deligendis oratoribus tit. vi. fol. 18. 1.
Ratio bene viuendi quæ ad felicitatem ducit, vter aptior ad bene beateque viuendum, Rex, an priuatus ciuis. tit. xij. fol. 20. 1.
De imbecillitate humane conditionis, de mente à deo homini data, titulus. octauus. fol. 24. 2.
Mens omnia suppetit homini, qua per naturam ei desunt, tit. ix. fol. 26. 2.
Sapientiam diuinam mens homini prestat, qua societatem humanam instituit cui erit necessarium rectorem vnum praficere, tit. x. fol. 28. 2.
Reges hominibus à Deo dari, tit. xi. fol. 30. 1.
Fortunam in rege optandam esse. Fatum & fortuna quo intellectu differunt, tit. xij. fol. 35. 1.
Finem numeris omnibus præesse. Sic vnius principatum reliquos omnes antecire, tit. xiii. fol. 39. 2.

Secundi libri titulorum index.

- A**d Alphonsum incliticum Calabria ducem proceramium, fol. 45. 2.
Munus regis iustitiam esse, iustum vnius viri imperii regnum esse, titulus primus, fol. 47. 1.
Statuendum est deum summum esse bonum, finem hominis similem deo fieri: ad quem per solam virtutem peruenitur, tit. ii. fol. 63. 2.
Regem non modò animi bonis, sed corporis & fortunæ commodis egere, tit. iii. fol. 64. 2.
Formas quasdam primarias quas sola mente concepimus, quæ à Platone ideæ dicuntur solas esse perfectas, & ad illas dirigendam esse speciem illam de qua a-

INDEX

- genus, & inde ducendum esse archetipum,* tit. iiii. fol. 70. 2.
De prima regis institutione, tit. v. fol. 75. 1.
De prima regis educatione, tit. vi. fol. 76. 1.
Magni referre quos quisque audiat quotidie, quibuscumque loquatur à puero, & quibuscumque frequens sit consuetudo, tit. vii. fol. 77. 1.
Præceptores & pedagogi graues pueris adhibendi, tit. viii. fol. 78. 1.
À futuro rege qui scriptores legendi discendique sint, quiue negligendi, tit. ix. fol. 81. 1.
Hystoriographos & annalium libros reges futuri lectitent maiorum statuas & imagines parum curent, titulus x. fol. 82. 1.
Regia oratio qualis esse debet, tit. xi. fol. 86. 1.
Difteria prudentia condita sale principibus honesta, tit. xii. fol. 88. 1.
Quid ex mathematicis scientiis discat rex, ac primum De Arithmetica, tit. xiii. fol. 89. 2.
De Geometria, tit. xiiii. fol. 91. 2.
De Musica, tit. xv. fol. 94. 1.
De Astronomia, tit. xv. fol. 98. 1.

Tertij libri titulorum index.

- L**ibri tertij præfatio, fol. 105. 2.
Sicut alia sunt regis virtutes, alia priuatorum, sic diuersæ sunt corporis exercitationes, quæ non omnes passim regi conueniunt, tit. i. fol. 107. 1.
De equitandi ratione & utilitate, de optimis equis & eorum patria de equestri militia, tit. ii. fol. 109. 1.
De cursu ac pedum pernitate, & aliis corporis ex-

INDEX.

- ercitationibus quæ ad regem pertinent in remilitari.
titu. ij. fol. 113. 2
- Nandi usum in remilitari vtilē esse. tit. iij. fo. 117. 2
- De sagittandi usu, & aliis quibusdam exercitatio-
nibus rei bellicæ conducentibus. titu. v. fol. 120. 1
- De venatione. tit. vi. fol. 121. 2
- De aucupio, de accipitrum natura & eorum generi-
bus, de aquillis, titu. septimus. fol. 123. 2
- Destudio ac delectatione agricultura. tit. viij. fol. 127. 1
- De lusu pileæ, & diuersis pilarum nominibus regēf-
que nonnullos studiosē pile lussisse. tit. ix. fol. 128. 1
- Aleam & aleatores regibus odio esse debere titu-
lus x. fol. 130. 2
- Reges inuācium de se quandoque foris exquirant. titu-
lus xxi. fo. 131. 2
- De calculatorum siue latronum ludo. ti. xij. fol. 132. 2
- Consuetudo vitæ cum doctis viris optima omnium ex-
ercitationum habenda est. titu. xij. fol. 133. 1
- De peregrinationis vtilitate, de geographia, cosmogra-
phia, & pictura mundi, ac regionum in quibus bel-
lum geritur. titulus xiiij. fol. 134. 1

Quarti libri titulorum index.

- Quarti libri, ad eundem præfatio. fol. 145. 1
- Q** Virtutem ac veritatem sequatur rex, non men-
tiatur nec mendacium dicat, neque mentiri alios
permittat. titu. i. fol. 146. 1
- Adulatores atque assentatores à regibus exagitandos
esse tit. ij. fol. 147. 1
- Reges ea sequi debent, quæ maiestatem augent de de-

INDEX

- latoribus, calumniatoribus, assentatoribus, & ma-
ledicis, tit. ij. fol. 152. 1
- Delatores ab regis auribus non prorsus exigendos.
titul. iiii. fol. 153. 1
- Calumniatorum, delatorumque rationes diligenter ri-
metur princeps, talionis pœna calumniatoribus sta-
tuta, titul. v. fol. 155. 1
- Princeps vanis delatorum vocibus non moueatur, Re-
giūque esse sciat quum benefeceris male audire,
titu. vi. fol. 156. 2
- Effrenatam maledicendi licentiam ciues coerceant,
titu. vii. fol. 158. 1
- Quot sunt animi perturbationes, quomodo leniri, aut
enellix animis per solam virtutem possint, titu-
lus viii. fol. 159. 2
- De indigentia siue auaritia quam greci ἐὺδειξαι vo-
cant, titu. ix. fol. 161. 2
- De ira & iracundia, excaudescencia, odio, discordia,
titu. x. fol. 165. 1
- De amoris affectu, & de variis philosophorum, ac poe-
tarum super eo opinionibus, titu. xi. fol. 173. 1
- De affectu desiderij, & veri ipsius significatione, ti-
tu. xii. fol. 180. 1
- De latitia gestientis, seu voluptatis, immoderate iue-
latitiæ affectu, tit. xiii. fol. 188. 1
- De malevolentia, titu. xiiii. fol. 189. 1
- De delectatione nimia, quæ per aures accipitur, ti-
tulus xv. fol. 191. 1
- De oblectatione, titu. xvi. fol. 192. 1
- De insultatione ubi male est de institutione, tit. xvii.
fol. 193. 1

INDEX.

De iactatione seu iactantia. tit. xviii.	fol. 194. 1
De effusione, seu prodigialitate, tit. xix.	fol. 195. 1
De ambitione, atque ambitu. tit. xx.	fol. 196. 1

Libri quinti titulorum index.

Q uinti libri prefatio, ad eundem,	fol. 198. 2
De metu, & aegritudine qua animum nostrum opinione magni alicuius mali perturbant, tit. i.	fol. 199. 2
De pigritia, titu. ij.	fol. 203. 1
De pudore, titu. iij.	fol. 206. 1
De terrore, titu. iiii.	fol. 207. 1
De timore, vcl pramolestia, titu. v.	fol. 208. 1
De pauore, titu. vi.	fol. 200. 1
De conturbatione, titu. vii.	fol. 211. 1
De formidine, & somniis, insomniisque, titulus, viii.	fol. 212. 2
De aegritudine, titu. ix.	fol. 215. 2
De misericordia, titu. x.	fol. 216. 1
De inuidia, titu. xi.	fol. 219. 1
De amulatione, titu. xii.	fol. 220. 2
De obtrektatione, titu. xiii.	fol. 222. 2
De angore, titu. xiiii.	fol. 224. 1
De tristitia, & atrabili, titu. xv.	fol. 225. 1
De maerore, titu. xvi.	fol. 227. 1
De luctu, titu. xvii.	fol. 228. 2
De erumna, titu. xviii.	fol. 231. 2
De lamentatione, titu. xix.	fol. 234. 1
De sollicitudine, titu. xx.	fol. 235. 1
De molestia	

INDEX.

De molestia. titu. xxi.	fol. 236. 1
De desperatione. titu. xxij.	ibid.

Sexti libri titulorum index.

L ibri sexti ad eundem proemium.	fol. 241. 1
De virtute, & de contemplatiua felicitate. titulus i.	fol. 242. 1
De felicitate contemplatiua, & humana. tit. ij. f. 243. 1	
De secundo gradu felicitatis cōtemplatiue. tit. iij. f. 244. 2	
De tertio felicitatis cōtemplatiue gradu. tit. iiii. f. 245. 2	
De actiua felicitate, & virtute ciuili, tit. v. f. 246. 1	
De virtute ciuili, titu. vi.	247. 2
De prudentia & eiusdem speciebus, tit. viij. f. 250. 1	
De ratione, siue ratiocinatione, titu. ix.	fol. 253. 2
De intellectu siue intelligentia, titu. x.	253. 1
De circumspectione, titu. xi.	256. 2
De prouidentia, titu. xij.	258. 2
De docilitate, titu. xij.	fol. 260. 2
De cautione, titu. xiiij.	261. 2
De sagacitate, titu. xv.	fol. 264. 1
De versutia & calliditate, titu. xvi.	264. 2
De equitate atque equanimitate, titu. xvii. fol. 267. 1	
De temperantia & eius partibus, siue speciebus comitibusve, titulus xviii.	fol. 268. 1
De modestia, titu. xix.	fol. 270. 1
De verecundia, & pudore, titu. xx.	fol. 272. 2
De abstinentia & continentia, titu. xxii.	275. 1
De castitate, titu. xxii.	fol. 277. 2
De honestate, titu. xxiii.	fol. 279. 2

De moderatione, titu. xxiii.	fol. 281. 1
De parcitate seu parcimonia, titu. xxv.	fol. 283. 1
De sobrietate, tit. xxvi.	fol. 285. 2
De pudicitia, titu. xxvii.	fol. 289. 2
Septimi libri titulorum index.	
D E fortitudine, titu. i.	fol. 290. 1
Virum fortem qua faciunt varia philosophorum opiniones, tit. ii.	fol. 292. 2
Virum fortem qua faciunt opinionum variarum reso- lutiones, tit. tertius.	fol. 295. 1
Ira quid ad fortitudinem, tit. iiii.	fol. 298. 2
Dolor quid ad fortitudinem, tit. v.	fol. 299. 1
Quid desperatio ad fortitudinem, tit. vi.	fol. 301. 2
Cauendi cura ac diligentia quanti facienda est, titu- lus vii.	fol. 307. 2
De magnanimitate, tit. viii.	fol. 309. 2
De fiducia, titu. ix.	fol. 313. 2
De securitate, tit. x.	fol. 317. 2
De magnificentia, tit. xi.	fol. 320. 2
De constantia, tit. xii.	fol. 325. 2
De tolerantia, tit. xiii.	fol. 328. 1
De stabilitate & patientia, tit. xiiii.	fol. 329. 2
Octaui libri titulorum index.	
D E Iustitia, tit. i.	fol. 331. 2
Iustitia partitio, & de diuina iustitia, titu. ii.	fol. 332. 2
De naturali iustitia, tit. iiii.	fol. 333. 2
De civili iustitia, tit. v.	fol. 334. 2
De iudiciali iustitia, tit. v.	fol. 337. 1
Quid cum legibus agere debeat, tit. vi.	fol. 340. 1

De innocetia, tit. vii.	fol. 346. 1
De amicitia, tit. viii.	fol. 305. 1
Tres amicitiae species secundum Platonem, tit. ix.	fol. 352. 1
De civili seu sociali amicitia, tit. x.	fol. 355. 1
Secunda civilis amicitiae pars, tit. xi.	fol. 356. 2
De sociali amicitia, tit. xii.	fol. 358. 2
De hospitalitate, tit. xiii.	fol. 360. 2
De concordia, tit. xiiii.	fol. 364. 1
De pietate, titu. xv.	fol. 366. 1
De religione, tit. xvi.	fol. 371. 1
De affectu, siue affectione, tit. xvii.	fol. 293. 1
De humanitate, tit. xviii.	fol. 374. 2
De facilitate, tit. xix.	fol. 377. 2
De fide, titu. xx.	fol. 379. 1

Libri noni titulorum index

D E officio eorum qui regis imperio parere debent. titu. i.	fol. 386. 2
Qua ratione priuati omnes regi parere debent, titu- lus ij.	fol. 387. 2
Alia regis officia in pace alia in bello esse, titulus ij.	fol. 390. 2
Obedientia ac beneuolentia munera imprimis Ciues omnes regi prestare debent, tit. iiii.	fol. 392. 2
De beneuolentia ciuium erga regem, tit. v.	fol. 394. 2
Cur nonnulli a regibus magis diligantur quam alij. titu. vi.	fol. 396. 2
Non esse inuidendum illis quibus reges, ac principes ar- cana sua committunt, tit. septimus.	fol. 397. 2
Non esse inuidendum illis quos reges in consilium ad- e ij	

hibent, titu. viii. fol. 398.
Reges & magnos viros Syderibus adiunari, titu. ix fol. 401.1
Ciues de virtute certare debent & nobiliores, ne ab ob-
scurioribus virtute vincantur, titu. x. fol. 403.2
Ciues solertes & industrij esse debent, titu. xi. fo. 403.2
Vtile erit si ciues cognoscant regem omnia scire velle
titu. xii. fol. 405.1
Ciues diuersos principum mores serant, oportet, titu-
lus. xiii. fol. 406.1
Actiones principum ab omnibus indicantur, titu-
lus xiiii. fol. 407.2
Ciues vt bene conciliati sint principibus studere debent
titu. xv. fol. 408.1
Ciues in rebus anxiiis regibus adsint titu. xvi. fol. 411.1
Iucundam regibus gratulationem in rebus prosperis
titu. xvii. fol. 412.1
Gratias pro beneficiis acceptis regibus habendas esse
titu. xviii. fol. 413.1
Quae pramia optimo regi debeantur, ti. xix. fol. 416.1
Quam sibi gloriam rex ipse statuere debeat, tit. xx.
fol. 420.1
Quae pramia rex à deo expectare debet, titulus xxi.
fol. 422.1
Rex qui cum virtute vixit demum de successore cogi-
tare debet, titu. xxii. 423.2
De ultimo vita die, titu. xxiii. fol. 425.2

F I N I S.

INDEX
 INDEX RERVM ET VERBORVM
 QVÆ IN HOC VOLVMBINE CONTI-
 nentur copiosissimus, in quo numerus foliorum,
 litera verò quæ sequitur, faciem folii, a
 scilicet, primam, b verò
 secundam.

A bidus	30. b	interfectores	193, a
Absentia obliuionem	parit.	Acredula lusciniæ	191, b
	351. a	Accia	76. b
Absentia docet quàm pro-	406, b	Actus	293, a
fuerit præsentia		Actia ludi quinquennales	323. a
Abstinencia,	210, a	Accius poeta	273. b
Abstinencia Pauli Æmilij ib.		Adon	127, b
Academia triplex	247, a	Adamantina vestis martia	200. a
Academici	648, b	Admiranda Decij pietas,	353, a
Academicorū Peripatheti-		Adrastrum Nemesi primus ædē	sacram constituit 34, a
corū & Stoicorum de animi		Adrianus,	306. b
affectibus sententiæ	199, a	Adulatores	147. a
Academicorū & peripathe-		Adulatores falsis testibus gra-	uius peccant 150. a
ticorum sententiæ	248, a b	Adulatores Athenienses ib.	puniebantur ibid.
Accius.	237, a	Adulationis & mēdacij gym-	nastrū est aula principū 22. a
Accius nauius	259, b	Adulteri.	184. a
Accius varrus	263, a	Æginetæ populi quales,	306. b
Accipitrum genera	124, b	Ægyptiorum regio,	235, a
Accipitrum benignior natu-		Ægroti quæ magis timēt vi-	dere in fontibus vident. 213, b
ra quàm hominum	125, b		c ii)
Accipitrum mirabilis natu-	124, a		
ra			
Accipitrum educatio	124, b		
Accipitrū primus vsus	124, b		
Acerba ætas à pomis imma-			
turis appellata	228, b		
Achilles	76, 78, a 193, a		
Achillis cursus	114, a		
Achilas & Phorinus Pompeij			

INDEX

Ægritudinis species	215 b	tur	86. b
Ægrotatio,	ibid.	Agefilaus hominum confue-	
Ægritudo,	199, b 216, a	tudine delectabatur	132. a
Ælius commodus verus		Agefilaus statuas sibi erigi	
	30, b	non passus est.	84. a
Æmilius lepidus prolemæi		Agis lacedæmonius	177. a
filiî tutor	384. b	Aglaus psophidius	417. a
Æmilius paulus	3. a	Agraria lex	164. a
Æmulatio	220. b	Agrigentini.	113. a
Æneas	297. b	Agrippæ paupertas	403. a
Æolus	27. b	Agrippa romæ dicauit pan-	
Æquitas	267. a	theon.	321. b
Ærumna	231. b	Agrippina	53. b
Æramna quid proprie	ibid.	Agrippina necronis mater.	
Æschillus	146. b	ibidem	
Æschilli & Sophoclis con-		Agricultura.	127. a
tentio	158. a	Agricolæ	410. a
Æschili mors	ibid.	Alacritas Alexandri	298. b
Æsculapius cur ab Ioue ful-		Al iuda	191. a b
mine tactus.	284. b	Alcaus Mithilencæus	95. a
Æthiopes	69. a	Alcæus	ibid.
Æthiuria quondam discipli-		Alcibiades	66. a
narum gymnasium	314. a	Alcibiades ingenio facilis.	
Affectio.	285. a		260. b
Affectuum sedes.	269. b	Alcibiadis varietas	235. a
Afflictatio	263. a	Alcibiades fistulam cur exc-	
Agamemnon	45. a	crabatur	95. a
Agamemnon populorum pa-		Alcinous	127. b
stor	29. b	Alcmena	174. b
Agamemnon de regia sorte		Alexāder unde dictus	375. a
conqueritur,	197. b	Alexander	141. b 251. b
Agametus	4. b	Alexander quanti fecerit Ari-	
Agelastus	334. b	storelis peritiam	137. b
Agefilaus contra Tissapher-		Alexandri dictum	300. b
nem.	36. a	Alexander trifariam noctes	
Agefilai dictum	147. a	diuidebat.	63. b
Agefilai sententia	76. a	Alexandri continentia.	
Agefilaus	67. a 103. b		276. a
Agefilaus laconismo uteba-		Alexandri nondum gordia-	

INDEX

num abscedit	42. a	alexander aphrodisæus	
Alexander certaminis cam-		35. b	
pum antequam in aciem de-		alexander lafor pile	129. a
scenderet prauiderere vole-		alexandri & philippi patris	
bat	141. b	eius comparatio	310. a
Alexandri amor in milites		alexander herculem imita-	
suos	359. b	tus non tibicines	96. b
alexander ephestionis mor-		alexandri clementia	408. b
tem tulit	ibidem	alexander vt Deus adorari	
alexandri alacritas	299. a	voluit	31. a
alexandri clementia & ho-		alexander pueros ad militiã	
spitalitas	218. b	delegit	116. a
alexander genus suum instau-		alexandri nimia fiducia	
rauit	286. a	316. a	
alexander ferociora ani-		alexandri edictum de pingem-	
malia venabatur,		da eius effigie	96. b
47. a		alexandri epist. ad aristote-	
alexandri gloriam venus mi-		lem	16. b
nuit	181. b	alexander timothæi modu-	
alexander Homeri libros		lis ad arma compulsus	
sub puluino seruabat		96. a	
143.		alexandri facinus	181. b
alexandri præcepta	79. a	alexander se Iouis hammo-	
alexandri liberalitas	164. a	nii filiũ professus est	30. a
alexander phercus tyranno-		alexandri factum dictum	
rum primus	58. b	300. b	
alexandri phercæ miserabile		alexandri obitus	319. b
funus	50. b	alexander accusatorem au-	
alexander auxit apellis au-		diens aurem alterã obstrue-	
thoritatem	315. b	bat	156. a
alexander virginem duxit		alexandri responsum ad par-	
rhoxannem	177. b	menionem	209. b
alexandri temulentia	74. a	alexander seruorum tyrio-	
alexandro dati canes ab al-		rum scelus vitus est.	32. b
banæ rege.	124. b	alexandri responsum de pa-	
alexander nandi imperitus,		ridis cythara	80. b
119. a		aleator	130. b
alexandri modestia	270. b	alphonsi gesta	26. b
alexandri corpus	79. b	altiora petit inuidia	219. a

I N D E X

Amalphis.	276	Amulius pictor	251, a
Amasis rex,	410, b	Amyntas	20, b
Amatores de forma non re- cte iudicant,	194, a	Anacharſis epiſtola ad cice- ſum,	15, a b
Amanrium miſeria	175, b	Anacharſis neglexit aurum i- bidem,	
Ambitio,	196, a	Anacharſis,	361, a
Ambitio Milciadis	232, b	Anaxilaus,	282, a
Ambiguo ſermone ſemper vtebatur Socrates	247, a	Anatara aquila,	126, a
Ambitio adoleſcentum litera- ria eſt virtutis calcar	198, a	Anaxagore dictum,	23a,
Ambitioſi reip.	198, a	Anaxagoras	257, a
Ambitio perdidit Pſpeium	319, a	Anacreontis amores,	187, a
Ambitio perdidit Carthagi- nienſes,	37, b	Anaxenores cythared ^o	280, b
Ambroſium mulierum faci- nus	301, b	Anaximenes	362, a
Ambituſ	198, a	Anacreon,	95, a
Amianus	252, a	Anaximander,	141, a
Amicla	75, b	Ancon,	323, a
Amicitia	305, a	Androclidas lacon	314, a
Amicorum omnia commu- nia	356, b	Angore ſui ſimilis commo- uentur bruta,	117, a
Amicitia ſocialis	356, a	Angor,	224, a
Amicitia que altas egit radi- ces auelli nequit,	305, b	Angina,	224, a
Amicitie tres ſpecies,	352, a	Anſerum ſolertia,	395, a
Amicitie perfectæ virtus vix regibus ineſt	357, a	Antelucana induſtria	219, a
Amphicrates,	316, a	Anteus,	596,
Amphibologia	88, a	Antipater,	357, b
Amphion,	10, b	Antonij vitia,	62, b 91, a
Amphion muſicæ inuentor	101, a	Antonius muſica delectatus,	280, b
Amphitryo	106, a	Antonius pius,	219, a
Amor,	174, a	Antonius caſar populi ru- more de ſe colligebat,	132, a
Amor multarum artium,	173, a	Antonij virtutes	91, a
Amores Anacreontis,	183, a	Antonij filius atyllus nomi- ne occiditur,	344, b
		Antonii geſta,	238, b
		Antigonuſ Lacedemonioſ vicit,	227, b
		Antigonuſ,	117, b. 406, b

I N D E X.

Antigoni facetum cauillum	155, a	Apelles calumniator	155, a
in Demetrium,	179, a	Aphricanus maior	3, a
Antiochuſ,	271, b	Aphri,	113, b
Antiphontis dictum	97, b	Aphricani maioris apoph- thegma,	349, a
Antiochuſ imperium Aſiæ à tauro monte ad ranaim am- nem romanis cedit,	272, a	Aphricanus minor,	283, b
Antiochuſ Dodenci Iouis templum diripit,	369, b	Apollo,	95, b
Antiochuſ à Romanis vincit- tur,	150, b	Apollo pythiuſ carminis he- roici inuentor,	80, a
Antigoni vitia,	407, a	Apolloniuſ.	46, a
Antigoni reſponſum,	308, b	Appiuſ claudiuſ	341, b
Antigoni opinio de Pirrho	117, b	Appij claudij ſententia,	313, b
Antiſthenis dictum,	173, a	Auluſ Poſthumiuſ	40, b
Antigoni ſapienter dictum,	190, b	Appianuſ,	262, a
Antigonuſ,	299, b	Appiuſ claudiuſ	341, b
Antigoni ſimulachruſ,	266, a	Aprum integrum quiſ primuſ menſis appoſuit.	129, b
Antiochuſ,	88, a	Aprorum pugna,	ibidem
Antiochi & ſtratoniceſ nu- ptie,	180, a	Aper calydoniuſ,	128, b
Antigenidaſ tibiſcem	280, b	Aquile exemplum mirabile cum virgine,	125, b
Antimachuſ	268, a	Aquiluſ primuſ honor auium 126, b	
Antiphiluſ	155, a	aquilarum cum quadrupedi- buſ dimicatio	ibidem
Antipater	19, a	Aquiluſ,	162, b
Antiſthenes	7, a	Aquileia	
Anuſ ad Demetrium,	204, b	aratuſ,	99, b
Appell. Alex. dilectuſ,	96, b	Architaſ,	166, a, 246, a
Appelleſ Veneriſ imaginem pinxit,	57, b	Architecturæ comeſ,	92, a
Appelleſ Alexandro familia- riter uſuſ,	35, b	Arcagathuſ chirurguſ,	268, a
Apelleſ ſuorum operum iudi- ceſ affectabat,	132, a	Archelauſ	17, b
Apelleſ deſiderium morſ co- hibuit,	187, a	Archimediſ ſepulchruſ,	93, a
Apelleſ tabula in calumnia- tores,	155, b	Actuum diuiſio,	97, b
		Archilocuſ,	347, b
		Archimedeſ,	92, b, 93, a
		Arcuſ triumphaleſ	290, a
		Areopagite,	410, b
		Aria ducſ,	173, a
		Ariarateſ, cappadociæ rex,	

INDEX

176, b		Asconius pedianus	337, a
aries machina bellica	304, a	Asia	134, b
ariobarzanes	7, b	Astinus pollio in salustium	
aristomachus	235, b	Assentatores	147, a
aristeus	28, a	Assyrii reges	127, b
aristidis paupertas	403, a	Astrologorum sectæ	137, a
aristipi dictum	184, a	Astronomia	98, a, b
aristocrata	7, a	Astu	265, b
aristomenes	293, a	Asturia	113, a
Aristoteles Alexandri præceptor	143, a	astyages	274, a
Aristoteles furti accusatus	46, a	Alylum quis primus condidit	372, b
Aristocrata politica	10, b	Athenienses adulescentes	150,
Aristoteles Platonis discipulus	221, b	Athenienses vincunt laccedæmonios	12, b
Aristoteles magis verbis quam mente à Platone discessit	160, a	Athenæ	33, a
Aristotelis laus	268, b	Athenensium cupiditas & demum inopia	307, b
Ariobarzanes	53, a	Athenas tres legati mittuntur à Senatu Romano	340, b
Aristides	48, a 74, a 85, a 48, a	Athenienses legati	18, b
Aristidis & themistoclis ambitio	180, b 198, a	Athletæ	65, b
Aristides testacii suffragiis patria exactus	220, a	Atlas	27, a 93, a
Aristocrata	10, b 112, a	Atropos parca	108, a
Arithmetici	90, a	Attilius	300, a
Arithmetica	90, a	Attilii reguli fides	293, b
Armata starua	82, b	Attilius regulus	34, b
Arius	362, b	Attalus	348, b
Arrogantia ex nimia fiducia sui	515, b	Attici	338, a
Artaxerxes	23, b	Attoisæ consilium Dario regi	313, a
Artemisia	203, a	Auatitia	161, b
Artemon	93, b	Auatitia notatus marcus crassus	161, b 162, a
Arte sagittaria Cæsar clarus	120, a	Aucupium	123, b
		Aucupii initium	124, b

INDEX

Aucupes ministrozorum omnium gratissimi,	ibid.	Babylonem agreditur semiramis	ibid.
Audaces fortuna iuuat	300, b	Barba dionysii Syracusani	50, a
audax	270, b	Barbari	65, b
Audaces cõcitantur senes dolore torpent	299, b	Barbarorum immanitas	4, a
Audacia Marci Cathonis ad huc adolescentis	196, b	Beata vita	28, b
Audacis bellatoris, & prudentis ducis non pœnitendæ comparationes	297, b	Bellum celticum	258, b
Aues cantu demulcentur	191, b	Bellum æthruscum	314, a
Augustus octavius	110, b	Bellica solertia pœpicii	37, b
Augustus à quo, & vnde dictus	43, b	Bellerophon	174, b
Augustus marmoreâ urbem reliquit, quam latericiam acceperat	ibid.	bellerophon primus equorum domitor	111, b
Aula principum est adulationis, & mendacij gymnasiũ	22, a	Bellorum est rex, pecuniam autem nerui	306, a
Aulicorum assentiones	145, b	Bellum in romanos & cymbros	262, b
Aurea hesiodi sententia	264, b	Beneficio fœminarum rex effectus cyrus	274, a
Aurea catena	35, a	Beneficio canum rex garramantum ab hostibus liberatus	122, a
Aurelius Romanus pictor	84, a	Biantis sententia	190, b
Aurum	76, b	Bibulus mero promachus	286, b
Aurum ferro potentius	70, a	Bion	220, b
Aurum neglexit Anacharsis	15, b	Bion boristhenites	16, a
Aurum Narbonese	390, a	Biorix rex cymbrorum,	262, b
Aurum Tolosanum	ibid.	Bocchus	221, a
Auro dii non placentur	414, a	Bombardorum forma	303, b
		Boni euentus simulachrum	412, b
		boni consulere	53, b
		Borsippa vrbs	409, b
		Bonem laccedæmonii quando immolabant	308, b
		Brennus gallorum dux	369, b
		B	
		Abylonem semiramis condidit	181, a

INDEX,

Brutus,	237, a	Cæsar adulatoribus non præ-	
Bruti mater.	42, a	bebat aures,	154, a
Brutus cæsari pro vita mor-		Cæsar dictum,	161, b
tem tradidit,	43, a	Cæsar astronomiam edoctus	
Bruti cadauer,	193, b	diem suum fatalem præui-	
Brundisium,	46,	dit,	35, a
Bruta sui similis angore cõ-		Cæsaris scõmma in Brutum,	
mouentur,	117, a	& Cassium,	225, b
Bubaris,	20, b	Cæsaris magnificentia	285, a
Bucephalus.	110, a	Cæsaris clementia.	107, b
Bupalus,	66, a, b	Cæsaris modestia,	151, b
		Cæsaris misericordia.	218, a
		Cæsaris fortitudo	274, b
		Cæsar vivo templum dica-	
		tum,	42, b
		Cæsar pompeianas statuas re-	
		stituit	42, b
		Cæsa rem saluum esse repu-	
		blicè intererat	43, a
		Cæsar is interfectores	382, a
		Cæsar i non proditor, sed	
		proditio placebat	385, a
		Cæsar is responsum ambi-	
		tiosum	197, b
		Cæsar iani milites herba cõ-	
		pane vescebantur	37, b
		Cæsar bis tantum ancipiti	
		marre dimicauit	202, b
		Cæsar is victoria	38, a
		Cæsar is & Cathonis mutua	
		odia	180, b
		Cæsar ab his interemptus	
		quos seruauerat	197, b
		Cæsar i mortem pro vita bru-	
		tus reddidit	42, b
		Cæsar iõ cleopatre filius ne-	
		catur,	344, b
		Caietæ scipio repuerascebat	
		conchas legens,	130, a

C.

C Acus	59, b
Cadmus	10, a
Caduceatores,	18, b
Caduceus	ibidem
Cadnides,	361, a
Cædes pompeij iunioris.	274, b
Cædis clyti grauitè pœni-	
tuit Alexandrum,	16, b
Cæsar custodias parui facie-	
bat.	316, b
Cæsar pila lusit.	129, a
Cæsar noctem quadrifariam	
partitus est.	90, a
Cæsar in pugna Pharsalica	
vicit,	202, a
Cæsar is pompeij que seditio	
41, b	
Cæsar is laus,	85, a
Cæsar tricenties victor Cel-	
tas,	37, a
Cæsar octauius,	43, b
Cæsar i negatus triumphus	
418, a	

INDEX,

Caius publius,	267, b	ratus.	122, a
C, curio	263, a	Canum memoria	122, a
C, Cotra,	36, b	Canes caspij	124, a
C, marius,	197, a, 410, a	Canum docilitas.	123, a
C, marius septimum consul			
creatus,	237, b	Canis exemplum memora-	
C, fabricius,	327, a	bile	122, b
C, craftinus,	314, a	canes ab albania rege da-	
C, manlius	319, a	ti Alexandro	124, b
C, norbanus,	239, a	cappadoces	7, b 113, a
Cn, pompeius,	205, a	capitolium tempore scyllæ	
Calcei sycionij,	219, b	igne assumptum est	89, b
Calchas,	168, a	carneades	18, b
Calamitas hominis,	25, a	carmen tyrtaei quantũ pro-	
Callias	403, b	fuit	81, a
Caligula,	154, a	Carneades helleboro cur	
Caligula vultu composito			
toruus,	190, b	se perfundebar	269, b
Calliditas,	260, a	carthago	368, b
Callicratides	308, a	carthaginenses ambitio per	
Calydonius aper,	128, b	didit	307, a
Calumniatores principum			
grauiè puniendi,	157, a	Carthaginensium clade	
Callimachus suiipius calum-			
niator.	89, a	illustrissima	296, a
Calisthenes.	157, b	cassius	232, a
Calisthenis responsum.	31, b	cassius scæua	326, a
		cassius parmensis,	214, b
		cassius sibi mortem consci-	
		uit	302, a
		cassii ad ciceronem epistola	
		382, a	
		cassinum	319, b
		castander	13, a
		casta	322, b
		castus	34, b
		caspii canes	142, a
		castitas	278, a
		castitas lelij	182, a
		castor & pollux dii turella	
		res	23, b
		castigatio leuis concessa est	
		docenti	49, b
		caus publius,	267, b
		C, curio	263, a
		C, Cotra,	36, b
		C, marius,	197, a, 410, a
		C, marius septimum consul	
		creatus,	237, b
		C, fabricius,	327, a
		C, craftinus,	314, a
		C, manlius	319, a
		C, norbanus,	239, a
		Cn, pompeius,	205, a
		Calcei sycionij,	219, b
		Calchas,	168, a
		Calamitas hominis,	25, a
		Callias	403, b
		Caligula,	154, a
		Caligula vultu composito	
		toruus,	190, b
		Calliditas,	260, a
		Callicratides	308, a
		Calydonius aper,	128, b
		Calumniatores principum	
		grauiè puniendi,	157, a
		Callimachus suiipius calum-	
		niator.	89, a
		Calisthenes.	157, b
		Calisthenis responsum.	31, b
		Callistheni venenum biben-	
		dum tradidit lysimachus	31, b
		Cambises.	120, b
		Campus martius.	118, a
		Canes melitei.	123, b
		Canum solertia in venando,	123, b
		Canum beneficio rex gara-	
		mentum ab hostibus libe-	

I N D E X

cato	8. a	centauri nubigenæ	146. b
cato vt' census minor dictus		centum portis claudurur	
182. b		thebæ	134. b
cato iunior	170. a	centurio Casaris	314. a
catonis inioris luctus		cephalus rex	175. a
236. b		cepio Romanus consul	
catonis dictum	114. a	390. a	
catonis prouentus duplex		cerberus canis	124. a
184. a		ceres	27. b
caro censuit vrbe exigendos		cerebrum	225. b
Græcos	338. b	ceruam æripidem fixit Her-	
cato senior	375. b	cules	123. a
cato maior	206. a	ceruorum atas	123. b
catonis maioris iactantia		ceruorum velocitas	123. b
195. a		ceruorum venatio & natu-	
caro maior poni sibi statuam		ra	ibidem,
noluit	84. b	ceruorū pugna cum serpen-	
cato maior dictus censorius		tibus	ibidem
182. b		cecilius à cane suo defen-	
cato censorius	86. a	sus	122. b
cato saloninus	182. b	cestos	195. b
cataphrati	109. b	cesellius	77. a
catapultæ inuentor	94. a	chaldæi	98. b
catena aurea	35. a	chabria dictum	45. a
catilina	195. a	chaos	101. b
catorthoma affricani maio-		cherilus	161. b
ris	266. b	chilo	172. b
catulus	272. a	190. b	
caue à thorace	159. a	chilo pro amici salute men-	
catendi cura	308. a	tirus est	146. a
cautio	161. b	chiron	27. a
cecilius merellus iniuste dal-		chritias tyrannus	315. b
macis bellum mouet	347. b	chrysipus	35. a
caecilius	18. b	75. a	314. a
caecrops	12. a	christus	102. b
celphidius	77. a	chilo	158. b
celtiberi	251. b	ciceronis dictum	124. b
celus rex	34. b	225. b	
centauri	28. a	ciceronis sententia noranda	
		62. b	

I N D E X

cicero de seipso	273. a	ciuilis scientia	248. b
cicero & salustius mutui ob-		ciuiliū rerum tres status	
tractatores	223. a	10. b	
Ciceronis demosthenisque		clefides pictor	439. b
commendacio	84. b	cleomenes	178. a
cic. lib. de rep. defyderan-		claudii casaris commentum	
tur	339. b	313. a	
ciceronis laus à gratitudine		claudii casaris inconstantia	
324. b		1566	
ciceronis philippicæ autho-		clearchus	393. b
ri suo exitium	159. a	cleopatra	91. b
cicero à clodio in ius voca-		clementia	364. b
tus	228. a	clementia casaris	42. a
ciceronem sordida comi-		365. b	
tantur multa hominum		cleophris	181. b
millia	ibidem,	cleobis & biron	208. b
ciceronem afflictum mise-		cleantes	159. a
re destituit Pompeius,		clytum alexander peremit,	
ibid. b		166. a	
Ciceroni Iulius Casar li-		clinias puer	183. b
bros de lingua Latina di-		cloaca roma, 273. b	321. b
cavit,	5. b	Clotho parca	168. a
Ciceroni mæror muliebris		c, casar	225. b
vitio datus est	227. a, b	Clieus Catonis Salon	
ciceronis alius temulentior		182. b	
287. a		Clyti cædis alexandrum pec-	
chelia vngo	118. b	nituit	16. b
cicuta præfens venenum		Cneus Pompilius	19. a
ibidem, 286. b		Cn. chilo	36. b
ciuncinnatus relicto aratro		Cn. flanius	318. b
dictator creatus	40. b	Codrus	12. a
ciagulum	233. a	Codrus Atheniensium dux	
cipron	185. b	eligitur	378. a
cipros populo romano sti-		Cogitationum duo recepta-	
pendiaria	172. a	cula	216. a
cirenaici	269. a	Colophon	112. b
circus maximus	321. b	columnæ vetustissimorū in-	
circumspectio	256. b	signe	19. a
ciquiles viri	246. b	Comici legendi	81. b

INDEX

Cōmoda sobrietatis 288, b	Contrariis contraria curan- tur 163, a b
Commentatio perficit quæ non potuit literarum con- mendatio 377, b	Conturbatio 211, a
Commentum hannibalis de cornibus boum accensus 208, a	Consuetudo 351, a
Comparatio alexandri, & Philippi eius patris 310, a	Consuetudo habenda cum viris eruditis 132, a
Cōparatio poetica 146, a b	Cor corrodere 310, a
Communi societate cretæ vibes regebantur 34, a	Cor non edendum 225, a
Concordia 364, a	Corcirus 90, a
Concordia parux res cres- cunt ibidem	Corduba 323, a
Conciliorum ritus 389, a b	Coriolanus 190, b
Cōsectio pulueris bombar- dici 304, a	Corinna lyrica 95, b
Conscientia 421, a	Cornelius scipio 116, b
Conon 256, a	Cornelius rufus 65, a
Cōsiliū ismenix callidum 31, a	cornelius nepos 145, a
Consilium robore prestan- tius 148, a	Cornelia gens 342, b
Consilium 252, a	cornelia 76, b
Constantinus 254, b	230, a
Constantia 326, a	corona graminea s. a 41, a
Constantia C. marii ibid.	47, b
Contemptio dignitatis nas- citur ex conuersatione e- quali 317, a	corporis deformitas non ir- ridenda 67, a
Contentio sophoclis & e- chili 168, a	corpōri dominatur mens 226, b
Continentia 275, a	coruncanius 20, a
Continentia scipionis affri- cani ibid.	corinthus 19, a 284, a
Continentiæ studeant legati 20, a	corinthiorum intemperan- tia 277, a b
	corinthia vasa 284, a
	cosmographi 143, a
	cosmographia 137, b
	cosmographiæ commenda- tio 140, b
	cosmographorum, geogra- phorumque lectio vili- ssima 140, b ibid,
	cantoris quadrum 188, b
	crapula interijt Iouianus cæsar 288, b
	crassus

INDEX

crassus 161, a 251, b	curfus achillis 114, a
crassi æmulatio 221, b	centur. 4, a
crassi & deiotari mutua scō- mata 255, b	cursores crotoniæ 106, a
craterus 47, a 259, b	custodia canum massinisa vtebatur 121, b
creesus 15, a 142, a	cycnus 59, b
creffit laudata virtus 199, a	cyclopes 144, a
cretæ vrbes communi socie- tate regebantur 44, a	cimbrorum cadauera canes seruauerunt 122, b
cretæ 93, b	ciueas 18, a
cretenses 44, a	cinna 41, b
cretenses mendaces 145, a	cineas 69, b
cretenses venatores & nauē 106, a	cyneę lepida facetia 77, b
eretensium respublica 44, b	cynici impudentiores 274, b
eritobolus 198, b	cynna à suis eesus 329, b
critolaus 18, b	cyrus 30, b 32, a 127, a 142, a 251, b 287, a,
cromioniasus 128, b	cyri somnium 401, b
crotoniæ 304, b	cyri pædia 134, b
crotoniæ cursores 106, ab	cyrus scinarum beneficio rex effectus 274, b
credulitas 153, a	cyrenę 70, b
crudelitas octauii 344, a	cyrenaici 269, a
crudelitas antonii in suum seruum 329, b	
crudelitas tyberii 345, a	D
cryssippus 75, a 316, a	D Amodes 171, b
crephion 92, a	Dardanus 100, a
euculi & aliarum animalium apologia 62, b	Dalmacis bellum mouet in- iuste cecilius merellus 347, b
eupido 84, a	Daphitas grammaticus cru- ci affixus 159, a
eupiditas lacedæmoniorum 307, a	Darii epiaphium 126, b
eupiditas Atheniensium ib.	Darius 114, b
eupiditatis pedissequę 161, a	Darius à famulis suis inte- remptus 193, b
cur principibus opera sapius dicentur 4, a	Darius rex designatus 32, a
curetes 145, b	Darii verba de Alexandro, 218, b
cursor papyrius 114, b	Darius infortor, 325, b
cursor canistius ibid,	Dare superioris est inferioris 1

I N D E X

accipere	68, b	Demosthenem sua scripta	
Dare herbam	41. a	perdiderunt	159. a
Darius in periculis fortior	304. a	Demosthenes ab exilio reuocatur	415. a
Dathames	318. b	Demosthenes carebat oratione extemporanea	203. a
Debuthades	173. b	Demosthenis dictum	415. a
Deiorum pietas admiranda	353. a	Demosthenis laus	203. a
Decemviri ad scribendas leges	340. b	Demost. & aschimis obretatio	223. a
Decemuiratus exterminatio	341. b	Demost. successus	415. b
Definitiones stoicorum	247. b	Demosthenes labili animo	228. b
Deiortarus	255. b	Demost. vitium lingue	273. a
Deiortari auspicium	401. b	Demetrius atheniensibus praefectus	13. a
Delphos	46. b	Demetrius a Plutarcho reprehenditur	48. a
Delatores	152. b	Demetrii antigoni filii grauitas	66. a
Delectatio	191. a	Demetrius phalereus ad prolemaeum regem	148. a
Demades extempore orabat	203. b	Demetrius intemperatissimus	178. a
Demades orator	ibid.	Demetrius bizantius	16. a
Demades in demosthenem	223. a 372. a	Demetrius cynicus	157. a
Demorum poena	376. a	Demetrius rex ab atheniensibus adulatione pellectus	150. a
Demosthenes 77. b 408. b		Demetrius philippi	116. a
Demosthenis eloquentia argenti munere strangulata	69. b	Demetrio trecentae statuae postae sunt	420. b
Demosthenes cunctis oratoribus praelatus	73. a	Demetrius macedonicus	284.
Demosthenes urbanus non dicax	67. a	Demetrius philippi filius	275. a
Demosthenes laidi	174. b	Demetrii imago	270. b
Demosthenes ad palladam,	407. b	Demodocus corcyreus	90. a
Demosthenes docilitate parum valuit, memoria autem, ac diligentia plurimum	161. a	Democratia	11. a

I N D E X

democritus gelasius	374. b	Dictum pompeii	379. b
Democritus oculis captus	295. b	Dictum scipionis	47. b
Democritus patrimonium peregrinatione impendit	136. b	Dictum demadis	396. a
Democritus de seipso	318. b	Dictum demetrii phalerei	420. b
Derbices	358. a	Dictum antigoni	190. b
desiderati in bello interempti	186. b	Dictum Hannibalis de fabio & marcello	248. a
Desyderium	186. b	Dictum diogenis cynici	215. b
Desyderium pro mœrore	187. b	Dictator	40. b
Desyderium appellis mors cohibuit	187. a	Dictatores	ibid.
Desperatio	301. b	Dicteria	88. a
Desperatio perturbationum extrema, ac deterrima,	236. a	Dictamus herba	123. a
Desperatio ex exiguis fortes viros reddit	301. b	Dies sacra	23. a
Deus	27. a	Dies negotiosi	ibidem
Deus actionibus nostris praestit	34. a	Dies quintusdecimus ante kalendas quintiles infestus	34. b
Deo similis rex est	1. a	Dies vrbis	104. b
Deus homini duo praestat	28. a	Difficillimum est omnibus placere	154. a
Deus vnus	101. a	Difficile est naturam suam mutare	299. a
Deum nemo vidit vnquam	101. b	Diligentia nimia in scribendo taxatur	203. b
Deus immortalitate, potentia, & virtute ceteris omnibus praestat	241. a	Diligentia	235. b
Dianae ephesiae templum	92. a	Dii auro non mouentur	414. a
Diana	123. a	Dii auro non placantur	413. b
Dicearchus	138. a	Dii ex hominibus facti	291. a
Dictum pyrrhi de cynea	18. a	Dii sagitarii	120. a
		Dimicatio aquilarum cum quadrupedibus	120. b
		Dinocrates architectus	378. b
		Dio prusensis	14. a

Diodorus	101, a	Dionysii syracusani aures pa- tulę nimis	164, b
Dio syracusanus	272, b	Dionysius syracusanus om- nia sibi licere arbitra- tur.	252, a
Diodorus siculus quotannis absoluit suum opus	139, a	Dionysius iunior tyrannus	357, b
Diodorus sophista	224, b	Dionysii tyranni immanitas in locrenses	184, b
Diogenes esse vellem nisi alexander essem	17, a	Dionysius ad Platonē	311, b
Diogenes	151, a	Dion prusensis	139, a
Diogenes & critolaus	18, b	Dion	159, b
Diogenis responsum	51, b	Diotimus stoycus epicuri in- micus	159, a
Diogenes Babylonius	79, a	Disciplinarum antiquissima poetica	10, b
Diogenis cynici dictū	161, a	Diuinandi peritia	159, b
Diogenes cynicus	161, a	Diuitiæ iustitia comitate illustrant hominem	248, a
Diogenis cynici scommata	399, b	Docilitas	260, b
Diogenis cynici ad sycetam patrem epistola	242, b	Docilitas canum	123, a
Diogenis epistola ad cra- tem	ibid.	Docti iacent despecti, 15, a b	
Diogenis epistola ad Alexā- dium	271, a	Docti leuis castigatio con- cessa	49, a b
Diogenes secundum dicen- di locum habuit	338, b	Doctiores rudibus impe- rant	140, b
Diomedes	132, b	Dodoneum oraculū	390, b
Diomedis immanitas	59, b	Domitianus	363, a
Diomedes latrunculorum inuentor	132, b	Domitiani cęsarıs sententia	155, a
Diomedes	297, a	Domitiani somnium	345, b
Diomedes athleta	285, a	Domitius ænobarbus	128, a
Dionysius syracusanus	154, b	Dominatus plebeius	11, a
Dionysius	15, a	Domos luteas doxius pri- mus edificauit	27, b
Dionysii halicarnasci scitum	46, b	Dominus apoellari noluit ti- berius Cęsar	151, b
Dionysius syracusanus bar- bam adusit igne	50, b	Donātes vt maiora accipiant feneratores sunt	413, b
Dionysii responsum face- tum	16, a		
Dionysius syracusanus pila delectatus	228, b		

Dorcetius poeta	129, b	Æmulationis species	221, b
Dormientes quidam ambu- lant	215, b	Encyclopædia	331, b
Draco	408, a	Endymion	99, a
Dryidę	259, b	Epaminundas cytharam do- ctus.	94, b
Dryopes	102, b	Epaminūdas thebanus	157, b
Duce mutato fortunam mu- tari	45, a	Epaminūdas æquo animo calumnias tulit,	157, b
Duę matres obiere gaudio	187, b	Epaminūdas & pericles ora- cula velamenta fortitudi- nis, atque ignauitię esse pu- tabant,	260, a
Duę species voluptatis	188, a	Epaminūdas clypeum quasi socium laborum exoscula- tus est.	308, a
Daellius cornelius asina	384, a	Epaminundas docuit philip- pum,	78, b
Duo prestat homini Deus	28, a	Epaminunde inopia	403, a
Duo receptacula cogitatio- num	226, b	Epaminunde victoria	285, b
Diodecim tabularum leges decemuirales	229, a	Epazus	93, b
Duodecim sectę philosopho- rum	247, a	Ephorus	45, b
Dynasta	69, a	Ephori	12, a
		Ephestion	359, b
		Epicurus lampfacenus	8, b
E Bieratis incommoda	289, a	Epicurus democriti discipu- lus	102, a
Educatio accipitrum	125, a	Epicuri sententia	244, a
Eleemofina,	117, a	Epicurus voluptatis asertor	250, b
Electio	281, a	Epicurus hortorum magister	127, b
Eligendi regis persarum in- stitutum	32, a	Epicarmus	102, a
Elysi campi insule fortunatę	319, a	Epicarmus comicus	163, b
Elpinices peligno tum orat vt se depingat	83, b	Epicrates	211, a
Emere & vendere liber pater docuit	27, b	Epicurus	269, a
Empedocles	240, b	Epitaphium darii,	126, b
Empedoclis sententia	272, a	Epistola pisistrati ad solonę	12, a
Æmulatio crassi	221, b		

Epistola diogenis ad cratem 244. a	Euripum 142. b
Epistola diogenis ad Alexandrum 271. a	Euthydamus 406. b
Equæ 110. b	Examinatio 210. b
Equæ vento quæ cõcipiunt 113. a	Exidium pompeii 36. b
Equus troianus 236. a	Excandescencia 298. b
Equus cæsaris 110. a	Exercitatio assidua ingenii vires eneruat 94. a b
Equus nicomedis 110. b	Exercitus quid 211. a b
Equus primus frenis subegit peletronius 111. b	Exemplum memorabile canis 122. a b
Equi canesque hominibus animalia fidissima 121. b	Expugnatores olim quibus nominibus gaudebat 48. a
Eraisthotenes 45. b	Exterminatio decemviratus 340. b
Erasistratus 179. b	F
Error communis tolerabilior 46. a	Fabius 196. a
Eschylus 168. a	Fabius max. s. a 148. a 264, 386, 342,
Esymnetæ 49. b	fabius maximus cunctator 5. a
Euagoras 236. a	fabius maximus dictator 41. a
Euagoræ laudes amplissime 279. a	fabius pater appellatus 48. a
Euclides 249. b	fabii maximi indulgentiam leucanum 180. a
Eucratides 333. b	fabius gurges 196. a
Eudoxus 92. a	fabius cognomento veor- mosus 257. a
Euentus fortunę qualis 37. a	fabius dictus imperii cly- peus 258. a
Eupolis comicus poeta 45. b	Fabii exitus ibidem
Eupompi pictoris respon- sum 72. b	Fabricius 383. a
Euphanor statuarius 411. b	fabricius nebulo 342. b
Euripidis sententia 18. a	racetum dionysii respon- sum 16. a
251. b	facta infecta fieri non pos- sunt. 153. a
Euripides opes campanæ laudat 164. b	racetum cauillum antigoni in demetrium 179. a
Euripidis responsum 315. b	
Euristheus arcadiæ, 105. b	

racetum responsum lysan- dri 266. a b	rilius cleopatrę cæsario ne catur 344. b
racetum luculi responsum, 283. b	flaminus 217. a
facilitas 377. b	rimbria 329. a
facinora tiberii 204. a b	rinis hominis est similis deo fieri 64. b
facinora inuidię 219. b	rocialis 18. b
facinus mulierum ambro- nium 301. b	relix quis dicatur 56. a
fallaces parthi 4. a	relicitas, 216. b
familiariter ferre 324. b	relicitatis contemplatiuæ primus gradus 242. b
fas 335. a b	formido 212. b
facere linguis 260. a	formica in myde adhuc in- fel hostię cur adimebant. 179. a b
relicitatis diuisio 242. a	fantis os farra congeffe- runt 24. a
relix quis dicatur 64. a	forum linium 323. a
restandus 2, b 3 b	fortuna 33. a
reerti vsus preter quam in agricultura prohibitus, 391. a	fortuna simulachrum ibid. fortuna non est dicenda dea, ibidem
ferraria vrbs 46. b	fortuna euentus qualis 34. a
ferocitas leonis in oculo 128. a	fortuna fors 34. b
fertilior terra ignauiores gi- gnit homines 205. b	fortuna si mulachrum in pi- la cũt sedebat 33. b
fidematum sanctitia in lega- tos romanorum 19. a	fortunam ne culpes quum sit tibi causa doloris 33. b
fidēs 379. a	fortuna mutatur duce mu- tato 45. a
fiducia 313. b	fortitudo quinti sceuolæ cõ- tra syllā pro mario 207. b
figulus corinthius 312. b	fortis vir non timet mor- tem 207. a
filium suum interemit lucius catilina 176. a	fortitudo lacedæmoniorum mira 227. b
filii amore capta semiramis 181. a	fortitudo exuperans, temeritas 248. b
filium neptuni se iactabat Pompeius iunior 195. a	fortitudo 296. a
filium iouis hammonii ha- ctenus se professus est a- lexander, 300. b	fortes fieri cupiditate lau- dis 293. a

I N D E X.

Fortes efficit vitæ contem- ptus ibidem	Galba imperator,	312, b
Fortitudo quid dicitur 292 a	Galli	129, b
Fortitudo contemptio labo- ris 297. b	Galba	312, b
Forma bombardarum, 303, b	Garamantes	213, a
Fortitudo milonis 285, a	Gaudio duæ matres obiere, 187, b	
Forum cornelii 323, a	Gaudere decet, lætari non decer	188, a
Forum liuij ibid,	Gaudium	200, b
Forum iulii ibidem	Gelo syracusanus	314, a
Frons index animi 29, a	Geuius	314, b
Fructus legendi 46, a	Genus cornelia,	342, b
Fructus ex doctorum viro- rum consuetudine 132, b	Gens octauii	344, b
Frugalitas octauii 288, a	Geometria sculpturæ comes 92, a	
Fuga pompeii 38, a	Geometria	92, b
Fuga ex canensii pugna lau- dara est 41, a	Geographia	338, a
furius camillus ibid.	Germani	113, b
furii camilli iustitia 383, a	Germanicus cæsar	100, a
furti accusatur Aristoteles 46, a	Gesta alphonfi	2, b
furii camilli stratagemata, 299, b	Gestamen centurionis est vi- tis	119, b
futuris regibus grammatica ediscenda 79, b	Gete,	78, a 244, b
futuroŕũ ignaros sagax nos fecit natura 209, b	Getharum mos in filiorum genesi	24, b
G	Glippus	44, b
Abii 58, a	Gloria sola regis premium, 416, a	
Galli senones 41, a	Gloria stimulus virtutis 416, b	
Galli 77, a 113, b	Gloria titillatio ingeniorum 416, a	
Galeri cubus 125, a	Glycere	83, b
Galba 77, a	Gnosius	93, b
Gallus poeta 239, b	gloriæ cupidi	194, a
Galli cur irruerunt in ita- liam 262, b	Gordianus nodus	42, a
Gallorum heluetiorumque laus 310, b	Gordius dei iussu rex consti- tutus, ibid-	
	Græci scriptores furti se ac	

I N D E X

eufant inuicem 46, a	Hannibalis contemptus re- ligionis	383, b
Græci perfidi 386, a	Hannibalis responsum de phormione	2, a
Græci 113, b	Hannibal romanorum car- pit avaritiam	88, a
Græce & latine discat puer. 80, a	Hannibal hausto veneno in- terit	236, a
Græca discenti ab homero est incipiendum	80, a	
Græci sapientiam aliis acce- ptam ferre debent,	101, a	
Græci fabulam historiæ mi- scent,	139, b	
Græci mendacii ratio 139, a	Hannibal ad antiochum se recipit	ibidem
Græci adulatores 147, b	Hannibalis stratagemata 295, b	
Græcos vrbe exigendos cato censuit	338, b	
Græci 326, a	Hannibal cõsultit anthiocho vt bellum gerat in roma- nos	150, b
Graminea corona 5, a	Hannibalis somnium	402, a
Grammaticæ regibus futuris ediscenda 79, b	Hannibal ab italia reuocatur 295, b	
Gratias socrati quantas egit æschines,	413, a	
Gratiam referre 314, a	Hannibal carthagine expul- sus ad anthiochum venit,	2, a
Gratiarum ædes 375, a	Hannibalis dictum de fabio & marcello,	258, a
Graphis 73, a	Hannibalis iudicium de sci- pione,	349, b
Gyges lydorum rex 416, a	Hanno,	304, b
Gymnasium adulationis & mendacii est aula princi- pum	22, a	
Gymnasium quondam disci- plinarum æthiuria 314, a	Hanno carthaginiensis leo- nẽ primus tractauit,	127, b
H	Hannionis sententia,	384, a
Habitus 93, a	Hastrobal,	233, a
Halictus, 126, a	hebetes virtutis ignari	89, a
Hamilcar 116, b	hecatecus	138, a
Hannibal 384, b 116, b 193, b 208, a 282, a,	hecatecus primus de sicu or- bis scriptit	140, b
Hannibalis virtutes 329, a	hector,	193, a
	hecarompolis	227, b
	hector troiana manus	193, a
	297, b	
	helicon	99, a

I N D E X		
Helena	184. a	hipponax 66. a
Helena	138. a	hipparchus 99. a
Helleboro albo cur se per-		hippocrates 376. a
fundebat carnades	205. b	historia 82. a
Heraclede quot annos re-		historiæ romanæ veritas
gnarunt	12. a	139. b
Heraclyrus	34. b	historia notanda 162. a
Herbam dare	41. a	homo sapiens inuentu ra-
Hercules	27. a 93. a	rus 1. b
Heroum honor	59. b	homo animalium ingratiſſi-
Heroues cur olim veneraban-		mum 394. b
tur	ibidem	homerus 10. b
Hercules monstrorum do-		homini mentem sibi ſimi-
mitor	ibid.	lem dedit deus 25. b
Herculis laudes	80. b	homo ſolus in ſibi ſimili
Heroci carminis inuentor,		ſauit 25. b
80. a		homo ſolus animalium lu-
Hercules	59. b	get 25. b
Hercules	106. a 424. a	homerus ſidiſſimus rerum
Hercules alexiacos dictus,		ſuarum teſtis 10. b
374. b		homerus de fortuna nun-
Hercules ceruam æripedem		quam meminif 34. a
fixit.	123. a	homerus 76. b
Heraclytus phificus	189. a	hyppaſus 9. a
Herodorus in euterpe.	205. b	homerus 128. b
Herculis viſio,	241. b	homerus 70. a
Heraclytus primus afferuit		homerus 14. b
mundum incendio interi-		homerus 80. b
turum.	249. a	homerus 114. a
Hesiodus	34. a	homerus 120. a
Hesiodus	145. b	homerus 118. a
Hesiodus	225. a	homerus 144. b 145. a
Hesiodus	248. b	homeri rapsodia 141. a
Hellanicus epyrota tyran-		homeri amuli 9. a
nus	266. b	homines ſine felle 178. a
hieroclyphicæ notæ	124. b	hominem ex luto quis pri-
hilificus	235. b	mus finxit 223. b
hinuli	123. b	honos alit artes 140. a
hyppaſus	9. a	honestas 279. a

I N D E X		
Fortestas fertorii	280. b	Inhumanitas diomedis 59. b
honor virtutis præmium		Inhumanitas dionysii tyran-
290. b		ni in loerenſes 184. b
hortenſius	11. b	Immortalitate virtute & po-
hortenſia	76. b	tentia, & cæteris omnibus
horatius cocles	118. b	preſtat deus 242. a
horatius	73. b	Imperialis podius 3. a
hortenſii laus	222. b	Imperitus nandi Alexander
horatius	73. b	119. b
horatius puluillus	231. a	Imperatoris nomen maius
hoſpitalitas	360. b	regio 151. a
hoſpitalitas qualis eſſe de-		Implacabilis ira marcus ca-
bet	363. a	to 168. b
humanæ ſocietatis principi-		Imperatoris exercitus offi-
gium	29. a	cium 211. b
hydrus	3. b	Imperitæ multitudini præ-
hydrus obſidetur	5. a	ſtat paucitas peritia 212. a
hyle	107. b	Imperiū bellua ingens 232. a
hyperides	46. a	Inconſtantia claudii caſa-
		ris 156. b
I		inceſte 195. b
Iactatio	194. a	inceſte nuptiæ ibid.
Iactantia catonis maioris		incubus 23. b
195. a		indigetes 23. b
Iani templum,	23. a	indi 124. b
Iani templum pacis tempo-		india 129. b
re clauſum	23. a	indigentia magna ex copiis
Iaperus	27. a	magnis 161. b
Icarus	123. a	indigentia
Idonea meditationi vena-		indulgentia fabii maximi in
tio	126. a	leucanara 180. a
Idea	71. a	industria 203. a
Iulii Caſaris dictum	154. a	indigenæ oſtendunt quæ ſit
Ignauia xerxis	203. a	natura locorum 299. a
Ignauia ſardanapali	299. a	ineptias vitabat ſocrates ve-
Illyrici macedonas aggre-		lato capite 274. b
diuntur	389. a	infaſtus dies quinquideci-
Imagines animi virtutibus		mus ante kalendas quin-
depictas relinquamus 89. a		tius 34. b
Immanitas barbarorum 4. a		

Ingenia prisca cur nostrati bus præstabant	140, a	Iouis o'vmpii simulachrum	70, b
Ignaviores gignit homines terra fertilior	205, b	Iouianus cæsar crapula in- tenit	288, b
Ingeniis cere	228, b	Iphigeniæ tabula pictoris	
Ingenium	252, a	tabula ostendit ingenium	210, b
Ingenium acutius, celerius obliviscitur	161, a	Ira cos fortitudinis	15, a
Ingenio facilis alcibiades	146, a	Ira	146, a
	260, b	Iracundiores ad literarum studia hebetiores sunt	170, a
Ingratitudo	34, a	Ira cos est fortitudinis	295, a
Indulgentia	354, a	Irus ithacensis	145, a
Initium aucupii	124, a	Irus ithacensis	149, a
Iouinianus cæsar	405, b	Iconia socratice	88, b
Inimicus epicuri diotimus stoicus	159, a	Ilmenias	31, a
Innocentia	346, a	Ilmenie callidum consilium	ibidem
Institutum eligendi perfa- rum regis	32, a	Ilmenias	96, a
Instituta licurgi	121, a	Iconomia	11, a
Institutio principis	183, a	Isocratis præceptum	59, a
Insula capree contra neapo- li in ora campaniæ	204, a	Isocrates ad nicoclem regē	145, b
Insulæ fortunatæ campi e- lyssii	319, a	Isthmicum certamē theses	
Intelligentia	253, a	Instituit	92, b
Intemperantia	268, a	Italorum mos	118, a
Invidia aulicorum	399, a	Itali quales in armis	150, b
Invidiam eruditorum nemo vitavit	9, a	Itamus	293, a
Inventor multarum rerum amor	173, a	Iuba rex	263, a
Invidiæ facinora	219, a	Iudicium	337, a
Iuliani Cæsaris scitum	77, a	Iudicium hasnibalis de sci- pione	349, b
Invidia	ibidem	Iulianus Cæsar castus	182, a
Invidia altiora petiti lem in invidum lepium scōmua	220, b	Iulius Cæsar libros de lin- gua latina cur Ciceroni di- cauit	5, b
Iouis	70, b	Iulius cæsar	62, b
		Iulius cæsar	118, a 157, b

Iulius cæsar ingemuit visa alexandri imagine	117, a	atheniensibus vincuntur	12, b
Iulii cæsaris dictum	154, b	Lacedæmonii	44, b
Iunio publicus	19, b	Lacedæmonii viri qui alios rexerunt populos	ibid.
Iuno lacinia	72, b 368, b	Lacedæmonii	76, b
Iunonis famiæ tēplum	369, a	Lacedæmonii	81, a
Iunonis pueroctavius	402, a	Lacones brevissimi	86, b
Iupiter	108, b	Laconismus laudatur	86, b
Iupiter ad ethiopes cur di- uertebat	90, a	Lacedæmonii	85, b
Iupiter lapideus	380, a	Lachesis parca	108, a
Iusticia regis munus	48, a	Lacedæmonii	76, b
Iusti cognomentum ibidem		Lacena	231, a
Iustitia est alienum bonum		Lacedæmoniorum mira for- titudo	227, b
	59, a	Lacedæmonios vicit antigo- nus	ibidem
Iustus liberalis	70, a	Lacedæmoniorum institu- tum	227, b
Iustitiæ munus	244, a	Lacedæmoniorum cupiditas	307, a
Iustitiam ægyptii qua nota scribunt	212, b	Lacydes cyreneus	399, b
Iustitiæ partes	332, a	Ladas	114, b
Iustitiæ sedes in zodiaco	33, b	Larus semitia in roma	19, a
Iustitia divina	332, b	Lampfacenus	362, a
Iustitia naturalis	333, b	Lampfacus	8, b
Iustitia civilis	334, b	Lamentatio	234, a
Ius	387, a	Latruncolorum ludus	132, b
Iustitia iudicialis	337, a	Laus	419, b
Iustitiæ simulachrum	338, a	Laudicis parricidium in fi- lios	176, b
Iustitiæ sibi nocere consu- lendo commodis	339, a	Laus demosthenis	203, a
Iuvenes tarentini in pyrthū	87, b	Laudis cupiditate fortiores fieri	293, a
Ixion	146, b	Laudari à laudatis	416, b
		Laus galloꝝ & heluctio- rum	310, b
		Lectio vilissima cosmogra- pherum	140, b
L abeo	43, b		
Laberius	88, b		
Labili animo demosthe- nes	228, a		
Lacedæmonii	11, b		
Lacedæmonii victores ab			

I N D E X

Lectio vtilissima geogra-	Leonidas	314, a
phorum	ibidem	411, b
Legati Romani	18, b	
Legati studeant continentie		
20, b		
Legati persarum	20, a	
Legatus spartanorum	45, b	
Leges tabularum duodecim		
decemvrales	229, a	
Legati tres athenas mittuntur		
à senatu romano	229, a	
Leges lycurgi	343, a	
Lelius piso	103, a	
Lelius sylia	126, a	
Lelius sylia	ibidem	
Lelius cecilius	229, a	
Lelii castitas	182, a	
Leuis duntaxat castigatio cõ-		
cessa est docenti	49, b	
Leuitas octauii	331, b	
Lento gressu ad vindictam		
diuina procedit ista tardi-		
tatem verò supplicii gra-		
uitate compensat	306, b	
Leonem interemit lysima-		
chus cui expositus fuerat		
31, b		
Leochares	47, a	
Leonidas alexandri pedago-		
gus	79, a	
Leonẽ primus tractauit an-		
no carthaginiensis	127, b	
Leonum venatio	ibidem	
Leonũ pugnam primus exhi-		
buit quintus sceuola	127, a	
Leonis ferocitas in oculis		
127, b		
Leonicus	233, b	
Leonidas	79, a	

I N D E X

Lysippus	72, b		197, a 221, a
Lysimachus	122, b 128, a		
Litera Pythagore	181, a		
Literę solonis ad pifistratum			
	12, b		
Literę humaniores	375, a		
Luius	46, a		
Locrenses	184, b		
Locrensiũ in dionysii ry-			
rauni familiam durissima			
vltio	184, b		
Lollius	196, b		
Lotus arbor	205, b		
Lotõ vescentes cibos omnes			
fastidiunt	ibidem		
Lotophagi	ibid.		
Lucerna qui indiget fundit			
oleum	376, b		
Lucius muntius	19, b		
Lucius malius	ibidem		
Lucius mummius	284, a 19, b		
Lucius sylia foelix cognomi-			
natus	197, a		
Lysippus	47, a		
Leochares	ibid.		
Lucius luculus	55, a		
Lucius mumius	136, a		
Lucilius	148, b		
Lucilius vitellus	77, a		
Lucianus	155, b		
Lucius flaminius	175, b		
Lucius catilina filium suam			
interemit	176, a		
Lucius pedamus	77, a		
Lucius crassus	189, b		
Lucius lollius	196, b		
Lucullus in mythridatem			
& sygranem	221, a		
Lucii sylle emulatio & ma-			

M
 M. valer. coruin 289, a
 Macedones 78, b
 Macedones à quibus
 illustrari 286, a
 Macrobij 129, a
 Magnesia 8, b
 Magistri ludi litterarii 49, b

INDEX

Magistri militię spartani,	106. a	stus urbem quam lateri-	tiam ceperat	44. a
Magnificētia	107. b	Maronia		59. b
Magister hortorum epicu-		Marcus antonius		90. a
rus	127. b	Marcus crassus		255. a
Magi	259. b	M. antonius		66. a
Magnanimitas	309. b	Marcialis		77. a
Magnanimo quę dotes in-		M. anton. pius		90. a
funt	310. a	Marcellus		93. a
Magnificus & liberalis in		M. vitruuius		93. b
quo differunt	320. b	Marsyas	95. b	222. a
Magnificētia porſenę	321. a	Marius,		104. a
Magnificētia porſenę	323. b	Mars		108. b
Magnanimus admiratione		Marius septies consul		115. a
raro ducitur	310. a	M. antonius		79. b
Major aphricanus libenti e-		M. fabius		123. a
xilio ambitionem fugit		M. marcellus		134. b
	197. b	M. scaurus		136. a
Mala tenacius herent, bona		M. cato vticēsis		153. b
facile euaneſcunt	75. b	Marcus crassus auaritia no-		162. a
Maledici puniendi	158. a	tatus		162. a
Maleuoli	189. a	M. catonis auaritia		168. b
Maleuolentia	189. a	M. Cato irę implacabilis		
Mala malitia	266. b	ibidem		
Malum cōsiliū consultori		M. antonius		378. b
peſſimum	254. b	Mari dictum		191. a
Manlius	19. b	M. catonis adhuc adoleſcen-		196. b
Mandaniū responſum	271. a	tis audacia		196. b
Mandanius indus	ibid.	Martia veſtis adamantina		
Manlius	285. a	20. a		
Marius	283. b	Marsyas		222. a
Marius & cinna vrbe exa-		M. marcellus		241. a
eti	418. b	m. crassus		255. a
Marcus varro cur libros ad		Marcellus vnde quadrages-		
Ciceronem de lingua la-		victor in bello		257. b
tina ſcripſit	5. b	Marcelli mors		158. a
Marcus marcellus	93. a	marcel. fabii collega	ibid.	
M. æmilius	41. a	marcus antonius nunc co-		
matmoream reliquit augu-		micus nunc tragicus vi-		
		debat		

INDEX

debat	260. b	cupum		22. a
Marius ſolus togatorum ſe-		Mens omnia ſuppedit quę		
primum gēſſit cōſulatum		homini à natura defunt		
ludibrio tamen habitus		28. a		
eſt	283. b	Mens diuina ſoli homini		
Marcus ſceua	285. a	cum deo communis		28. b
M. ſceua iulii ceſaris centu-		Mens animum regit		40. a
rio	285. a	Menander		175. b
M. marcellus	141. a	Menelaus		18. b
Marii & ſpille emulatio	221. a	Menelaus		117. b
Marii exclamatio	328. a	Menelaus		134. b
Marci bibuli notanda ani-		Mentiri & mendacium di-		
mi moderatio	282. a	cere		146. a
Maſſiliam qui condiderunt		Médaces quid lucrantur ex		
	363. b	mendacio		145. b
Maſiniſſa	361. b	Mens corpori dominatur		
Maſiniſſa canum custodia		226. b		
utebatur	121. b	Mercurius		18. b 108. b
Maſiniſſę ſobrietas	289. a	Mergis		32. b
Maſſematici	40. a	Meroe		134. b
Mæcenas	128. a	Mæror		227. a
Medæa	134. b	Mæror muliebris ciceronis		
Mediocritas	248. b	vitio datus eſt		228. a
Megabizus	20. b	Meſſalina auguſta		277. a
Melanchius	502. a	Meſſala		291. b
Militi canes	124. a	Meſſenius		298. a
Melancolici præſtantiores		Meſſenii		336. a
ſunt ingenio	225. a	Metrodorus		16. a
nella cicutamque fert tellus		Metellus		91. b
atheniēſis	235. a	Metellus in ſertorium		115. b
Memoria canum	122. a	Metellus		194. b
Memnon	158. a	Metus		395. a
Memoria	251. b	Metus ſpecies		199. b
Memmius catonem temulē-		Metellas pius		262. a
tię inſimulat	287. b	Metonis facētia		288. a
Menedemus	16. a	Metrodorus		292. a
Menelaus	86. a	Metelli pietas		353. a
Mendacii & adulationis		Metus cuſtos optimus		
gymnaſium eſt aula prin-		395. a		

INDEX

audas	155, b	construxerunt athen. ib.
midæ adhuc infantis in		miseri cordia C. cæsa, 218. b
os fornice farra congef-		mithridates 125, b
ferunt	24. a	mithridates 251, b
midas filenum captiuum a-		mithridates 363. b
pud se habet,	24, b	modestia 270, a
mida	42, a	modestia philippi in dyo-
mida	155, b	genem 271, a b
militaris disciplina	359, a	moderatio 281. a
militaris partho mos	4, b	moderatio attici pompo-
militem emere	409, a	nii 281, b
milui	126. b	moleffi 123, b
milciadis ambitio	232. b	molestia 236. a
milis mirabile exemplum		molosorum rex pirrhus
	391. a	mors acerba 231, a b
milciades	317, b	mors marcelli 258, a
mimallonos	103. b	mortem sibi consciait oro
minos	41. a	263 b
minutius	48, a	mors alexandri 319. b
minutii verba notada	264, a	mos militaris parthorum
minus irascuntur generosio-		4. a
res	170. a	moses 101, b
minerua demadis in adulte-		mosaica sapientia 101. b
ro deprehensa	223. a	mos sepeliendi apud caspios
mineruæ simulacrum	251 a	124. a
mirabilis natura accipitrum		mos antiquus 241. a
	124. a	mos 308. a
mirabile militis exemplum		muli mariani 231, b
	300. a	muliebris persuasio irrisio-
mirabile exemplum aquilæ		que quantū profuerit 274. a
cum virgine	125. b	mulieres teutonice 278. b
mira indulgentia seleuci in		mulieris prouocatio ad phi-
antigonum filium	179, b	lippum 286. a
mira lacedæmoniorum for-		mumius 403, b
titudo	227, b	mummius 19. b
miseria amantium	175. b	minutus ibidem
miseratio	117. b	minutus 48. a
miseri cordia ibidem		mundum incedio interitu-
miseri cordiæ deq̄ templum		sum primus asseruit heri-

INDEX

clytus	245. a	Nemesi eadem sacra draustus
musæus	39, b	constituit primus 33. b
musonius	94. b	Nemo deum vidit vnquam
musica	94. a	101. b
musica atrica xenophōtis	127. b	Nemo ingreditur templum
musæus	138. a	honoris nisi per virtutis
musonii sententia	198, b	adẽm 319. b
Mutua scommata crassi &		Nephas 335. a
deiotari	255. a b	Ne quid nimis 89. a 270. a
munis vulneribus interie-		Nequitia 278, a
runt numantini	302. a	Nero 4 a
multa prælagit rex deo con-		Nero poppeiam interemit
ciliatus	314. b	6, a
mylata vrbs	406. a	Nero poeçis studiosus 81, b
myum	8, b	Nero musicæ doctus 97. a
myson cheneus solus quan-		Nero 131, a 133. b 213. a
doque ridebat alioqui tri-		Nero conuitorum patien-
stis	225, a	tissimus 157, a
mythridates	233, b	Nero 254. b 256, a 314, a
		Nestor 18. b
		Ne sutor vltra crepidã 132, a
		Nescis quid vesper serus ve-
		hat 191, a
		Niceas 408, b
		Nicomedes 53, a
		Nicomedis equus 110, b
		Niceratus 168. a
		Nicopolis 323. a
		Nigidius figulus 99, b
		Nigidi ane cõmentũ, ibid.
		Nihil difficilius quàm bene
		imperare 53, b
		Nimia diligentia sæpe no-
		cet 88, b
		Nimia securitas pōpeii 319. a
		Nisi alexander essem dioge-
		nes esse vellem 17, a
		Nitrum 303, b
		Nobilitas nõ ex genere aut

INDEX

pasia sed virtute propria	124. a b	Obscœnitas verborum	77. b
Noctis diuisio	90. a	Obtrectatio	222. b
Nocturna formidine viri for	res non mouentur	Obtrectatores mutui cicero & salustius	223. a
Nocere quid	217. a	Occisorum numerus a syllâ	344. a
Noctua athen. portas	408. a	Ocium non semper dānan-	dum
Noctua dracone & populo	pallas delectatur ibidem	Octavius cęsar	77. a
Non oportet regem vitę sue	prodigum esse	Octavius	86. a
Non quaarum quis. vixerit	sed quomodo quærędum	Octauia	62. a
	est	Octavius cęsar augustus	80. b
	33. b	Octavius cęsar	88. a
Nosce teipsum	366. a	Octavius augustus	110. b
Nonellius tricongius	287. a	Octauii leuitas	131. b
Numa pōpilius	103. b 159. a	Octavius	131. a
	186. a	Octavius cęsar ad tyberium	157. a
Numę pompilii responsum	ad legatos romanorū	Octavius	238. b
Numeribus	77. a	Octavius augustus	201. a
Numa pompilius	86. b	Octavius cęsar	284. a
Numantini vulneribus mu-	tuis interierunt	Octavius augustus	204. a
Numerus occisorum a syllâ		Octavius	404. b
	344. a	Octavius	234. a
Numidę fallaces	344. a	Octauii impetium somnio	pręuisum
Numidę	112. a	Octavius cęsar	402. a
Nuptię antiochi & stratoni	ces	Octauii frugalitas	287. b
	180. a	Octauii crudelitas	344. a
Nuptiarum venia impetra-	batur in asia	Octauii genus	344. a
Nutrices futuri regis quales	esse debent	Oculis captus democritus	295. b
Nux pinca	77. a	Ocus	24. a
	G	Odium	146. b
		Odium	172. b
O	Blectatio	Officium viri & vxoris	13. b
	192. a	Officium sapientis	157. b
	Obliuionem parit ab-	Officium imperatoris excr-	
	stinencia		351. a

INDEX.

citus	211. b	Palicidii	380. a
Oligrachia	11. a	Panditur verbū vnde	377. a
Olympiadum anni vnde	304. b	Pandenus	70. b
Omen	260. a	Pantheriū Agrippa roma di	cavit
Optimates	11. a		321. b
Oppius	110. a	Panticapes	114. a
Oratio pedestris	10. a	Papyrius cursor	114. b
Oratores	19. a	parca	108. a
Oratio conficit omnia	18. a	paphus	172. a
Oratores sancti	18. b	paris	16. a
Oeconomicus xenophon-	tis	paridis cythara	80. b
	127. b	parrhasius	83. a
Orator	48. b	parrisidium laudicis in fi-	lios
Oratius cocles	118. b		176. b 177. a
Oratione ex temporanea ca-	rebat demosthenes	parmenion	210. a
Oraculum	260. a	parrhasii linreum	253. b
Orchus rex	100. b 124. a	parsimonię pręcepta	284. b
Ore vultū ostendimus	29. a	parcitas	283. a
Orpheus	101. a	parcimonia pōponii	283. b
Ortus solis ad occasum spe-	ctandus	parcimonia	ibidem
	32. b	parcimonia aphricani mi-	noris
osiris	136. b		ibidem
os homini sublime	29. a b	partes iustitię	332. b
otho	130. a	parthi fallaces	4. a
otho mortem sibi consci-	uit	parthorum mos militaris	4. a
	263. b		
	P	parthorū reges	413. b 94. a
P	Abulum malorum volu-	parthis nulla fides	383. a
	ptas fugienda	parthi	286. b 287. a
Pactolus flumen	162. a	paschitas	172. a
Pachetes athenienfis	239. b	pater quando tyrannus in	filios
Padus	46. b		13. b
Pallas, noctua dracone, &	populo delectatur	patavium	112. b
	allas	patientissimus conuitorum	Nero
	allas		157. a
	allas	paticus amor pindari	183. b
	allas	patientia Socratis morien-	tis
	allas		219. b
	allas	paulus amylius	285. b

INDEX

pauli æmilii abſtinentia	pelopidas	305. a
275, a	poeta	81. b
paulus æmilii	poetica diſciplinarum anti-	
3. a	quiſſima	9, b
paulus vatronis collega	poete obſceni negligēdi	81. b
147. b	pericles erga preceptorem	
podius imperialis	ſuum anaxagoram ingra-	
3. a	tus	376, a
paufonias	pericles	65, a 66, a 81. b
77, a	99. b	
paufanias iuuenis philippū	perillus	92, b
ius ſibi reddere negligē-	periaderi cū calcis vxorem	
tem interemit	interemit	166, b
223. b	peripatericorum & acade-	
popæa	micorum de vnitate gu-	
4. a	bernandi opinio	40, a
pauciores quàm olim ad	peripaterici	64, b
humaniora incumbunt	peripaterici	155, a
ſtudia	peripaterici	269. b
15, a b	peripatericorum ſententiæ	
pauor	de animi affectibus	240, b
210, a b	peripaterici	269. b
pauor vnde	periander	49. b
ibid.	peregrinatio principibus v-	
pauire	tiliſſima	134. 4
ibid.	perdica	164, b
pauimentum	perſepolis	181. a
ibidem	pertinacia ſolitudinis comes	
paupertas non vituperanda	190, a	
164, b	pertinacia catonis & ſcipro-	
paupertas ariſtidis	nis minoris	190. a
ibidem	periturium capite vindica-	
pecuniæ neruiſunt belli, rex	bant ægyptii	380, a
autem cor	perdicæ	210. a
306, a	perita paucitas imperitæ	
pediſſequæ cupiditatis	multitudinī præſtat	212, a
165. a	perſes	99. b
penelopes tela	perſeus	239, a
186, a		
pena vnus metus eſt mul-		
torum		
156, a		
peleaſgi		
46, b		
peleus		
78, a		
pelopidas		
115. a 309, a		
peletronius frenis equos		
primus ſubegit		
111. b		
pelopidas		
126. a		
pellectus adulatione deme-		
trius ab athenienſibus		
150, a		
pelopidas thebanus		
115, a		
pelopidas		
309. a		

INDEX

perſarum legati	18. b	philippus ab epaminunda	
per ſe ſuos reges venerantur	edoctus	ibidem	
vt deos	23, b	philippi dicacitas	89, a
perſica ſalutatio	31. a	philippi aurei	103, a
perſe	328, 413. a 32, a 76, b	philippi dictum de Alexan-	
142. b		dro	110, a
perſarum regis eligendi in-		philippus	114, a 116. b
ſtitutum	31. a & 32, a	philippides	148, b
perſe	109, b 142. b	philippus	177. b
perſarum reges	126, b	philippum ius ſibi reddere	
perſarum reges magicæ ar-		negligentem interemit	
ti peritos eſſe oportebat		paufanias iuuenis	223. b
259, a		philippus	ibidem
perſarum mos	336. b 413. a b	philippi modestia in dyo-	
perſe adulteria odio habe-		genem	271. b
bant	184, a	philippus macedo	390, b
periturium capite vindica-		pieturæ ininum	72. b 283,
bant ægyptii	380, a	philippus macedo	378, b
perſenna ſertarii proditor		398. a 282. b	
414, a b		philippus macedo	282. b
phalaris	63, b	philonides	114. b
phalaris tyrannus	92. b	philoctetes	236, b
phalereus	13. a 148. a	philopomenes	66. b
pharnus	43. b	philophiā plato trifariam	
pherecides	10, a	partitur	100. b
phere vrbs theſſaliæ	58. a	philopomenes	117. b
phidias	71, a	philophorum ſecte duo-	
phidiæ laus ex ſolo penicil-		decim	247. a
lo coloribus pēdebat	83, a	phifici	35. b
phidiæ mors	73, a	Phœbus	90, a
phruges	42, a	phœbades	103, b
phryæ	83. b	phœnices	27, a
philip. rex macedoniæ	77, b	phœcea aſiæ vrbs	394. a
378, b 390. b		phormio	2. a
philippi epiſtola ad Alexan-		phocion	158. b 189. b 69. b
dram	385. b	phocion athenienſis	69. b
philippus	70. a 52. b	305. a	
philippus	8. b	phocionis reſpoſum	376. h

INDEX

Pictor	49, a	plato	77, a b
Pictura principibus perquã vtilis	141, a	plato	91, a
Pictoris ingenium ostendit tabula iphigeniæ	210, b	plato	175, b
Pictura cur inuenta	291, b	plato	213, b
pietas	352, a b	plato	100, a
pietas metelli	353, a	plato trifariam partitur Phi- losophiam	100, b
prigritiam	203, a	plato	175, b
piger	ibidem	plato	113, b
pigmalion	186, a	plato veteris academici pria- ceps	117, a
pilla vnde dicta	129, b	plato hortatur architam ad vitam actiuam	146, a
pillarum plures species ib.		plato	250, a
pindarus	102, a 112, a	platonis responsum	312, a
pindarus	156, a 113, a	platonis cõmentum	423, a
pyrrhus	3, a 117, b	planca	153, a
pyrrhi dictum de cynea	14, a	plautus	128, a
pyrrhus temeritatis sue pe- nas dedit	380, b	plauti inopia	377, a
pyrrhus	327, a b	plotinus	268, a
pyrrhus molossorum rex	331, a	plotius	223, b
pyrrhus alearorum similis ibidem		poeni	414, b
pyrrho philosophus	189, a 312	poete comici	81, b
pirithous	80, b	poetica antiquissima disci- plinarum	9, b
pisistratus	86, b	plutarchus	48, a
pisistrati litera ad solonem,	12, a	plutarchus	88, a
pisistratus	182, b	polemon	382, b
piso	154, a 163, a	polybius	138, b
pitaracus	422, a 286, a	polytia	10, b
pittacus	40, b 422, a	polycletus	73, a
pitheæ dictu de demosthe- ne	203, b	polygnotus pictor	83, a
plato	64, a b	polymnestor	114, b
platonici	34, b	polypi varietas	235, a
plato	75, a	polidamas	285, a
		pompeio infœlix pugna	392, b
		pompeius luculo successit	393, a

INDEX

pompeii fuga	38, a	popularis status	11, a
pompeius	104, b	popularis status à plebeio differt	11, b
pompeii excidium	36, b	populum instituit qui rege- re docebat	148, b
pompeii solertia bellica	37, b	populo romano stipendiaria cipros	172, a
pompeius rei nauticæ peri- tissimus	ibid.	porcus troianus	123, a
pompeius	115, b	porfena magnificentiã	323, b
pompeius in fertoriu	ibid.	possidonius	247, b
pompeius	ibid.	porticus polygnoti opus, quæ poecile vocatur	83, a
pompeius ferarũ theatrum construxit	127, a	præiudicium quid	59, b
pompeii interfectores achi- las & photinus	193, a	præiudicium	337, a
pomponius iunior neptuni filium se iactabat	194, b	præstantiores sunt ingenio melancolici	225, a b
pompeii strabonis exitus	410, a	præsens venenum cicuta	286, a
pompeius	205, a	præcepta parsimoniz	284, b
pompeii ambitio	221, a	præcepta pueris tradenda	79, b
pompeius ciceronem affli- ctu misere destituit	228, a	præceptoris sequitia	49, b
pompeius contra caesarem in farfalicò bello	161, b	praxiteles	173, a
pompeii iunioris cades	274, b	priamas	209, b
pompeii deiectas imagines Caesar restituit	420, b	principibus cur opera scpe dicantur	6, a b
Pompeii securitas nimia	318, a	principes grauius peccant exemplo quàm culpa	22, a
pompeium perdidit ambi- tio	319, a	principibus vtilissima per- egrinatio	134, a
pompeius leo dictus	ibid.	principis institutio	182, b
pompilius	19, a	princeps qualis esse debet	185, a
pomponius	222, a	princeps academiz veteris plato	117, a
pomponii atticì moderatio	281, b	Principis amores nullus ap- petat	224, a
pomponius atticus	145, a	Principatum licentia	21, b
	349, b	principium humanã societ-	

INDEX

tatis 29. a
 primus tyrannorum 50. a
 primi ex equo pugnauerunt thessali 111. b
 primus equorum domitor bellorophon ibidem
 primus vius accipitru 124. b
 primus honor auium aquilis 126. b
 prima virtus regis fortitudo 200. a
 primus gradus felicitatis contemplatiue 242. a
 primus viræ rationem docuit socrates 247. a 187. b
 priscorum poetarum sententiæ de inferis 367. a
 priuatum luxuriam cohibentia 21. a
 proci 184. a
 proditores puniendi 384. b
 prodigentia 164. a
 prodigalitas 195. a
 prodicus 241. b
 prodesse quid apud stoicos 216. b
 profusio cæsaris 164. a
 prometheus 27. a
 promachus mero bibulus 286. b
 proposita sunt nobis pœna & beneficium 333. a
 protogenes 361. a
 protogenis tabula 89. a
 protheas 323. b
 prouerbiū 112. a 132. a 233. a 256. a 304. b 311. a
 prouocatio mulieris ad philippum 286. a
 prudentia 250. a
 prudentia intellectiua 251. b
 prusias 381. a
 prusias bythinæ rex 353. b
 pseudo philippus 90. b
 prolemæi deformitas 394. a
 protemæus euergetes 533. a
 protemæus lagi filius 80. b
 protemæi reges 98. a
 protemeus 193. a 117. b
 protemeus populum romanum tutorena filio reliquit 384. b
 protemeus cipri rex mortem sibi conscivit 172. a
 protemeus alexandri frater 214. b
 protemæus philadelphus 65. b
 protemeus philopator 354. b
 protemeus phiton dictus sopher ibidem
 publius iunius 20. a
 p. decius 47. b
 p. sceuola 128. b
 p. clodius tres sorores suas venere polluit. 176. a
 publius crassus 239. a
 p. syri sententia 282. a
 pudet & piget 206. b
 pudicitia 289. b
 pudicitiam filia saxe ciuisis morti prætulit virginium 341. b
 pudor 206. b
 pudor, bonæ indolis signum ibidem

INDEX

pudor 272. b
 Pudor iulii cæsaris restituit exercitum 274. b
 pudor verborum moderator ibidem
 pueri 49. b
 Pueris duo præcepta tradenda 80. a
 pueros ad militiam delegit alexander 116. a
 pueri iracundiores ad literarum studia hebetiores sunt 170. a b
 puerorum amatores 185. a
 pugna aprorum 129. b
 pulueris bombardici confectio 303. b
 puniendi maledici 158. a
 pyrrhon 9. a
 pyrrhus 117. b
 pythagoras muscus 101. a
 Pythagoras 107. a
 pythias 35. a
 Quantum profuerit thirthei carmen 81. a
 Quantum profuerit mulieribus persuasio, irrisioque 274. a
 Quatuor affectiones animi 160. b
 Quatuor diuini furoris species vaticinium, mysterium, poesis, amor 173. a
 Quæ corrupit bonos mores principum 54. a
 Quæ magis timent ægroti videre in somniis vident 213. b
 Quæ per insomnia demonstrantur vera esse 214. a
 Quæ sit natura locorum indigenæ ostendunt 295. a b
 Quæ dotes iasunt magnanimo 310. a
 Quibus olim cognitus deus 101. a
 Qui de regno scripserunt. 14. a
 Qui citharædus esse non potest auledus sit 106. a b
 Qui primus mæsis apposuit aprum solidum 129. b
 Qui regem docet, populum instituit 148. a b
 Quis primus finxit hominem ex luto 225. a
 Qui dicuntur sapientes 242. a b
 Quis incontinens 175. a b
 Quid virtus 334. a
 Qui adhuc viuentes exuerunt se regnis 353. b

Qua nota ægyptii scribunt iustitia 312. b
 Qualis princeps talis populus 106. b
 Quales in armis itali 150. b
 Qualis ægyptiorum regio 235. a
 Quales populi æginetæ 306. b
 Quando fiebat immolatio galli gallinacei 308. b
 Quando lacedæmonii bouem immolabant ibid.

I N D E X

Quintus fabius 3. a 48, a
Quinquerio pentathlum 117. a
Q. scevola exhibuit primus leonũ pugnam 117. a
Q. Curtius 63, a
Quintus lucretius offella 199. b
Quinti fabii consilium de hannibale intercludendo 208. a
Q. Cepio 257, a
Quot annis opus suum ab soluit diodorus siculus 139. a

R

Ratio græci mendacii 139, b
Ratio 252, b
Ratiocinatio ibidem
Regere 48, b
Reges suos per se venerantur vt deos 23, b
Reges à deo petendi 30, a
Regis diffinitio 48, b
Regis cura in subditos 355, b & 356, a
Regis munus 47, a
Reges diis similes 413, a
Reges sine inuidia 69, a
Regis futuri nutrices quales esse debeant 75, a
Reges asq; virginum flores primi carpebant 192, b
reges quos debeant imitari 221, b
reges sacro sancti 396, b

regi venercus amor conceditur 183, a
Reges inuidia raro torquentur 220, b
reges proponant sibi virtutum exemplaria 221, b
regis iudicium immutabile 222, a b
regis præsentia in bello fortiores facit 295. a 388, a
regis obseruantia in victu qualis 316, b
regina tensa 20 a
regina hominũ spes 209, b
regnum 7. a 10. b
regnum reipublice præferendum 390, a
regnum paternum imperium 13, a
regni principatus origo 29. b
regnis qui se adhuc viuenter exuerunt 380, a
religiosi & superstiosi in quo differunt 371, b
Religiosi 102, b
Remittere animum 94, b
rerum status dimidiati 392, a
reipu. intererat cæsarem saluum esse 43. a b
respu. cretensium 44, b
responsum ambitiosum cæsaris 197, b
responsum alexandri 376, b 379, b
responsum mendacii 271, a
responsum theopopi 356, a
responsum dionysii 15, b
responsum diogenis 76. a

I N D E X

responsum aristidis 403, b
rex euristeus arcadie 105, b
romanorum laus 113, b
rex deo similis 1. a b
rex vitę prodigus non fit 47. b
rex ius animatum 59, a
rex dei æmulus 69, a
rex cymborũ biorix 262, b
rex deo consiliatus multa prælagit 314. b
rex bythinie prusias 353, b
rhadamantus 44, a
rhamnusia 34. a
rhodius 93. b
rhodius in cauea fere inlatalitus 239. a
rhodii 338, b
rhoxannis 424 a
romani cur reges suos odio habuerunt 390, a
romani 15, b
romani legati 19. b
romanorum legati ad ptolemeum 394. a
romani 39, a 40, b 67. b 113. b 377, a
romanorum mos in statuis erigendis 82. b
romanorum mos incundi fœderis 380. b
romanorum fides 384, b
romani 134. b
romanæ res ab exteris diligentiũ quàm à latinis scriptę 140. a
romani ad hannibale victi ad thesimum lacum, 258. a
Romulus 30, b
roscius histrio 234, b
rotę natura 146. b
rubor in iuvene virtutis signum 206, a
rumorem populi de se coligebat Antonius Cæsar 132. a

S

Sabeĩ 205, b
Sacra dies 28. a
Squitia iartis tolonnii in legatos romanorum 22, b
Squitia nimia præceptoris culpanda 49. b
Squitia sylle 344, a
Squitia fidenatum in legatos romanorum 19, a
Squitia 343. b
Sagacitas 264, a
Sagiamis 204. b
Sagire ibidem
Sagra flumen 304. b
Salamina 172. a
Salaminii 123. b
Salon catonis cliens 182. b
Salutatio persica 31, a
Saluum esse cæsarem reip. intererat 43, a
Salustius 146. b
Salustius notatur 79 a
Sancti oratores. 19, a
Sapho 175. a
Sapientia 144, b
Sapientię epitaphiũ 150. b
Sapientiam aliis acceptam ferre debent græci 101. a
Sapientia sub palliolo for-

I N D E X

dido 400. b
 Sapientes qui dicantur 242. a
 Sapiens inuentu rarus 1. b
 Sapiens officium 157. b
 Sardanapalus 106. b 192. a
 Sardanapali ignauia 299. a
 Sardanapali epigrammata 192. b
 Sarpedo catonis pedagogus 196. b
 Sarmaræ 110. b
 Sarmatharum perfidia 383. b
 Sanson insula 4. b
 Saturnus 108. b
 Sceptici philosophi 268. a
 Scæuolæ duæ telluræ à carthaginefibus oblatae 19. a
 Scæuolæ nandi petitia 119. b
 Scientia ciuiliſ 248. b
 Scipio 238. a 315. b
 Scipio aphricanus 116. b 285. a
 Scipionis aphricani continentia 275. b
 Scipio aphricanus maior 66. a 86. b 190. a
 Scipio aphricanus superior 199. a 361. b
 Scipio minor 128. a
 Scipionis dictum 47. b 375. b
 Scipio ſeuerior in maſſiſſiam 180. a
 Scipionis & Hannibalis cõgreſſus apud zamam 296. a
 Scipio maior ab hispanis rex appellatus 151. a
 Scylla 384. b 385. a
 Scommma ſocraticum 88. a b
 Scopas theſſalus 163. a
 Scorpio machina 93. b
 Scriptores mendaces 419. b 420. a
 Scytharum iuſurandũ 380. a
 Scythæ 77. b
 Schytæ humanis carnibus veſcuntur 338. a
 Scythia 111. b
 Sectæ aſtologorum 137. a b
 Securitas 317. b
 Sedes iuſtitia in zodiaco 331. b
 Segnes dolore torpent, auidaces concitantur 299. b
 Seleuci mira indulgentia in antigonum filium 179. b
 Seleucus antiochi pater 179. a
 Semiramis 77. b
 Semiuri 244. b
 ſemiramis filii amore capta 176. b
 ſemiramis babylonem contidit. 181. a
 ſempronius gracchus 363. a 256. a
 ſeneca 154. b
 ſenecæ mors 255. a
 ſenenſes 3. a
 ſenſus, quibus homo certis præſtat quibusque vincitur 253. b & 254. a
 ſententia 26. b
 ſententiæ peripateticorum

I N D E X

& ſtoicorum 247. a
 ſententiæ ariſtotelis dignæ. 325. a
 ſententia muſonii. 198. b
 ſententia pirrhi 324. b
 ſententia appii claudij 313. b
 ſententia tragica. 303. a
 ſententia aurea heſiodi 264. a
 ſententia anachariſis. 130. a
 ſepeliendi mos apud caſpios. 124. a
 ſepimum geſſit conſulatũ marius. 237. b
 ſerapion. 129. a
 ſerpentes vbi maximi. 94. b
 ſertorius. 115. b 190. b 194. b 300. a 319. a
 ſertorii dictum 190. b
 ſertorii cerua 104. a
 ſertorius vires periculis mectebatur 304. a
 ſertorii honeſtas 280. b
 ſertorius hiberiam occupat 419. a
 ſertorius cum romanis pacem legatis conſiliare ſtudet, ibidem,
 ſertorius dolo trucidatur ibidem.
 ſerui atriennes 90. a
 ſerui tyriorum occiſis dominis regem deligunt 32. a
 ſeruilia catonis ſoror 180. b
 ſeruilia Bruti mater 42. a
 ſeruius tullius 26. b 308. b
 ſeruus ſit qui liber eſſe neſcit 394. b
 ſeſellis herba 123. b
 ſeuertitas 343. b 374. b
 ſeuerus pius, pertinax diſtus 330. a
 ſextus pompeius 331. a 398. a
 ſexti pompeij fides 379. b
 ſextus tarquinij filius 18. b
 ſibaritæ omnium moliffimi 106. b
 ſybilla 10. b
 ſibyllæ cumaneæ libros perdidit tarquinii ſuperbi auriſſima 103. a
 ſidon 409. b
 ſignum bonæ indolis pudor 206. a b
 ſignum virtutis in iuvene rubor ibidem
 ſilenus 24. a
 ſileni duo munera maxima ibidem
 ſilenus apud midã captiuus ibidem,
 ſilentium pythagoræ 107. a
 ſilii italici mors 65. a
 ſilamon 73. a
 ſimile 132. a 317. a
 ſimulata liberalitas 163. a
 ſimultas 222. b
 ſimilitudo 222. b
 ſimonides 95. a
 ſimulachrum fortunæ 33. b 79. b 132. a 13. a 16. a
 ſimulachrum fortunæ in pila cur ſedebat 36. b

I N D I X

Simulachrum iustitię	332, a	uant.	108, b
Simulachrum minervę,		solem orientem plures quam	
251, a		occidentem adorant	
Sinuose vestes	336, b	418, b	
Siotheus	138, b 159, a	solertia	266, b
Smyrna	322, b	solertia bellica pöpei	37, b
Sobrietas	283, b	solertia canum in venan-	
Sobrietas massinise	289, a	do	123, a
Sobrietas Socratis	ibid.	solonis dictum	270, b
Sybillę decem	86, a	solonilex	289, b 286, a
Sobrietas a comitiali mor-		Solonis sententia	154, a
bo cesarem liberavit,		solum habent feracissimum	
287, b		sabęi	205, b
Sobrietas comoda	288, a	solum animalium homo fer-	
Socrates	21, b 267, b	mone vititur distincto,	
274, b 314, b		29, a	
Socrates obuelato capite		somnium alexandri	214, b
turpia fugiebat	183, b	somnium domitiani	345, b
Socrates bardus a zophiro		sophonisę moıs	180, a
dictus	224, b	sophocles	81, b
Socrates primus vitę ratio-		sosoofis	134, a
nem docuit	247, a	sostratus	362, a
Socrates xenophontis pre-		spadones	77, b
ceptor	183, b	spartani	123, b
Socrates sexagenarius mu-		spartanorum respu.	44, b
sica studuit	94, a b	spartani magistrı militię	
Socrates sermone ambiguo		106, a	
semper utebatur	247, a	spartanorum legatus	47, a
Socratis morientis pacien-		sparta hecatopolis	227, b
tia	219, b	spartanę virgines	121, a
Sol	57, b	somnium hannibalis	215, a
Solis delubrum	358, b	spargapises	142, a
Sol deus apud persas	32, a	sparus siue sparum telum	
Solis calor annuus	401, b	est pedi pastoralis instar,	
Solis ortus ad occasum spe-		285, b	
ctandus	32, b	species egritudinis	216, a
Solis edes	358, b	species metus	199, b
Soli potę sapientes	10, a	species tres vuarum	286, a
Sol & luna precipue adiu-		spes,	303, a

I N D I X

Spes hominũ regina	209, b	sultambasius	3, b
spherę inuentor	93, a	sydonii ab alexandro regem	
Spina.	46, b	expetunt	402, b
Spinetum	ibidem	Syderum cum regibus cogna-	
Spurina fati cesariani vates		rio.	401, a
403, a		sylla	193, a 282, b
Stabilitas	329, b	syllę factio in fectonum	
stallius	43, b	419, a	
statua togata	82, b	syllę improperantur spes	
statue trecentę demetrio		163, b	
posite	420, b	sylla sequitia	344, a
statue pompeianę a cesare		sylla romanorum solus ob	
restituta.	420, b 42, b	musicam commendatur	
status plebeius	11, b	95, a	
status popularis	10, b	sylla felix cognominatus	
stefichorus	95, a	41, b	
stilpo	16, a	syphax	361, b
stilpo megarensis	224, b	syri reges	411, a
stilus tiberii obscurior			
203, b			
stoicus	41, b		
stoici	269, a		
stoicorũ definitiones	247, a		
stoicorum sententię de ani-			
mi affectibus	240, a		
strabo	142, b		
strabonis opera	138, a		
strabonis ætas	ibid.		
strato lampfacenus	107, a		
strato rex declaratus tyrio-			
rum,	32, b		
stratonice.	179, a		
sub palliolo sordido sapien-			
tia	400, b		
succina gemma	4, a		
suę	325, a		
suffragia numeris ferebant			
388, b			
suibus anima pro sale	411, a		

T

Tabula apellis	355, b
Tactus sensuum certissi-	
mus	253, b
Tansis filii	134, a
Tarquinius priscus	273, b
Tarentum venus expugna-	
nit	176, a
Tarquinius superbus	127, b
Tarentini	175, b
Tarquini superbi auaritia	
sex sibyllę cumanae libros	
perdidit	86, a
Tatius fabianus	385, a
Taurus perilli	92, b
Tela penelopes	186, a
Temeritas	161, b
Temeritatis suę dedit pec-	
nas pyrthus	308, b

INDEX

Temestitas varronis	285, b	Themistocles	180, b
Themistocles	8, a 421, b	Themistocles ambitiosus	198, a
Themistocles vbi sepultus	ibidem	Themistoclis exilium	120, a
Themistocles exul	ibidem	Theatrum serarum constructum	126, a
Themistocli rexes tres vrbes dono dedit	ibidem	Theatrum sylle	322, a
Temperantia	268, a	Theopopi responsum	376, a
Temperanti comites	270, a	Titus humani generis delicti	157, a
Temperans quis	269, a	Theseus	80, b
Temperatus	269, b	Theseus instituit isthmieum certamen	60, b
Tempora duo pacis & belli	390, b	Theophrastus	65, a
Templum iani	23, a	Thomiris	142, a
Temulentie catonem in simularum memmius	287, b	Tres rerum ciuilium status	10, b
Tensa regina	20, a	Tracum versutia in Bœotio	382, b
Terpendet	90, a	Thraeces	78, a
Terror	207, a	Thraconides	174, a
Tertudo	263, b	Thrasylbulus	421, b
Tesseræ duæ à carthaginensibus seuole oblatæ	19, a	Thrasylbuli epistola ad perriandrum,	49, b
Thales milesius	102, a	Tiberius	65, b 100, a
Thales in scrobem cecidit	246, b	Tiberii stilus dicendi	203, b
Thalesstris	182, a	Tiberius cæsar dominus apellari noluit	204, a
Thamiras	222, a 316, a	Tigranes	63, a
Thebe	72, a	timotheus	47, b
Thebe centum portis clauduntur	134, b	timidi parum proficiunt	9, a
Thebani	95, b	timidus	207, a
Thebani voluptuosi	106, b	timor	208, a
Thebani musicæ studiosi	96, a	timon	374, a
Thessali primi ex equo pugnaverunt	111, b	timon atheniensium	189, a
Thersites	149, a	timonis epitaphium	ibidem
Thespis	73, a 84, b	timagoras	150, a
Themistocles vbi sepultus	ibidem	timæus,	45, b

INDEX.

tissaphernes	36, a	Varietas alcibiadis	238, a
titulo tenus	197, b	Vatinius	77, a
t. corumcanius	20, a	Velocitas ceruorum	123, a
t. flamminius	65, b	Venecia	112, b
titus sabinus	123, a	Venatio meditationi idonea	126, a
titonus	322, b	Venatio ceruorum	123, a
titi liuii laus	74, b	Venatio aprorum	128, b
tolerantia	328, a	Venatio rei publicæ pulchre comparatur	125, a
tragœdia	256, a	Venatores cretenses	105, a
tragici	81, b	Venatores	125, a
timoceon poeta	220, a	Vendere, emere liber pater docuit	27, b
tres sylle familiares	254, b	Venus	49, b 108, b
triptolemus	28, a	Veneris imago	187, a
tristitia	225, b	Ventidius bassus	416, a
tribuni plebis	11, b	Venus minuit alexandri gloriâ	181, b
tritammus famius	298, a	reutonam cauillum ibidem	175, b
troglodite	114, b	turpia fugiebat socrates obuelato capite	183, b
teutones in romanos	162, b	tyrannus	11, a
teutonice mulieres	278, b	tyrannorum primus	50, a
teutonam cauillum ibidem	175, b	tyrannus pater in filios	13, b
turpia fugiebat socrates obuelato capite	183, b	tyrtheus	67, a 81, a
tyrannus	11, a	tyriorum serui occisis dominis regem deligunt	32, a
tyrannorum primus	50, a	tyrus vrbs phœnicie	409, b
tyrannus pater in filios	13, b		
tyrtheus	67, a 81, a		
tyriorum serui occisis dominis regem deligunt	32, a		
tyrus vrbs phœnicie	409, b		

V

Valer. publicola	164, b
Velia lucanie vrbs	194, b
Vana antiquorum opinio	92, a
Vatro	86, a
Vattonis temeritas	285, a
Vatro de analogia	270, a
Vatro consul romanus	147, b

I N D E X	
Virgines spartanæ	121, a
Virginum flores primi carpebant reges asiæ	192, b
Viriatus	410, a
Viriatus ex venatore imperator factus	126, b
Viri & vxoris officia	13, b
Viri fortes nocturna formidine non mouentur	213, a
Viri <i>μισθωδῶτοι</i>	189, a
Virtus	63, b 159, b 198, a 241, b
Virtutis imago vnde sumenda	242, b
Virtutem non sufficere ad beatam vitam	216, b
Virtutum diuisio	249, b
Vis orandi carneadis	339, a
Visio herculis	241, b
Vitellus primus iulium cæsarem adorauit.	151, a
Vitelli cæsar. ignauia	154, b
Vitellius cæsar oblitus se imperatorem esse	213, b
Vitellius cæsar	331, a
Vitæ contemptus fortes efficit	293, a
Vitis centurionis est gestamen	119, b
Vitis centurionum insigne virtutis	291, a
Vitia satis esse ad miseriam	216, b
Vituperatio	419, b
Vlysses	297, a 134, a 18, b 14, b 122, a 117, a
Vmbrocia	329, b
Vnus imperium quàm multorum melius	387, b
Vnitas	ibid.
Voluntas	36, a 188, b
Voluptas	188, b 241, b
Voluptas malorum pabulum fugienda	189, a
Voluptatis duæ species	188, b
Voluptates campanæ	189, a
Voluptuosi thebani	106, b
Vrbalitas	265, b
Vuarum tres species	286, a
Vulcanus	266, a
Vxorem interemit perianther icu calcis	166, b

X


X Antippos	67, a
X Xantii rex sibi vim arulerunt	302, a
Xenia	360, b
Xenocrates	7, a 19, a 17, a
Xenophon	75, a 111, b
Xenophon turpiter amauit	183, b
Xenophonis sententia	13, b 134, a 196, a
Xerxis impietas in deos	369, a
Xerxis exitus.	ibidem
Xerxes temistocli tres vrbes dono dedit.	8, b
Xerxis ignauia	203, a

Z

Zaleucus	45, b 184, b
Zana carthaginiensi clade illustris	226, a
zelotypia	223, a

I N D E X	
zeno	93, b 158, a
zethus musicæ inuentor,	101, a
zeuxis	72, b 316, a
zeuxis vuc	255, b
zeuxis opera sua cur donare instituit	413, b
zophirus physiognomus	225, b

FINIS.



PRIVILEGII SVMMA.

*Regis priuilegio cautum est ne quis, præter
Ioannis Charronij voluntatem, & assen-
sum, Francisci Patricij Senensis de regno
& regis institutione libros ix. eiusdem
Charronij cura ac diligentia emendatos,
sumptibus impressos, ante septennium à
die impressionis absolutæ numerandum,
Lutetia aut in alia vrbe Gallia, impri-
mat, aut alibi impressum vendat, vena-
lémve habeat, vt latius in regio diplomate
expressum est, dato Lutetia 82. Maij
anno salutis Millesimo quingentissimo se-
xagesimo septimo, Signato*

De Vabres



AD INCLYTVM AC CELE-
BERRIMVM CALABRIÆ DVCEM

*Alphonsum aragonium, serenissimi Ferdi-
nandi Regis primogenitum, Francisci Pa-
tricij Senensis pontificis Caietani prafa-
tio in libros de Regno ac regis
institutione.*



MAXIMUM onus in hoc codice
suscepisse videor; Alphonse Du-
cum omnium fortissime, quam
profiteor me his libris de Regno,
ac Regis institutione scripturum.

Nam si verum est (quod nemo inficari potest) *Rex deo si-*
nullam ex omnibus fortunis inter mortales regia *milis.*
præstantiorem inueniri posse, nullamque Deo
optimo maximo similiorem, quis negabit de ea
literis præcepta dare, arduum ac perdifficile omni-
no esse, & summo ingenio, exquisita doctrina,
magnâque rerum experientia indigere? Xenophan-
nis præterea sententia animaduertenda est, qui
quum acceperisset Empedoclem Agrigentinum di-
cere consuesse, Perdifficile esse sapientem homi- *Laertius li.*
nem inuenire: Verum, inquit: quandoquidem sa- *9. in Xeno-*
piens sit oportet, quicumque sapientem virum ex- *phanis vi-*
plorare voluerit. Qua ex opinione consequens *ta.*

A

Homo sapiens inuenitur rarus.

In Pædia Cyri.

Homo animalium ingratiſſimus.

esse videtur, regem esse oportere illum, qui regni præcepta aliis præscribere voluerit. Hac quoque opinione ductus Xenophō Socraticus, Cambysem patrem Cyrum filium instituentem inducit, & regia præcepta præscribentem. Et Alexander Macedo documenta nouæ militiæ à Philippo patre apud Onesicritum accepit. Onerosum itaque, atque superbum videri potest, profiteri se scribere velle qualem principem esse oporteat, & præcipuè priuato viro, qui imperij prorsus expers, obsequiōque addictus, vix sibi ipsi quid factū opus sit, præscribere valeat. Nec satis est ad deprecandam inuidiam, dicere, Studiis bonarum artium ab ineunte ætate in hanc vsque diem, multam ac diligentem operam dedi, sempérque conatus sum, si qua ex parte id assequi potui, vt aliquid ad agendum ac iudicandum præstare possem. Nihil enim difficilius esse potest, quàm bene imperare: quod quidē quamuis doctrinæ monitis plurimum adiuuatur, & decorem | quædam ac splendorem accipit: tamen longè maiores vires nanciscitur à naturali quadam ac propè diuina syderum infusione, & deinde à vernacula atque domestica institutione, & ab assiduo vsu, ac consuetudine magnarum rerum quæ quotidie geruntur, cum in pace atque ocio, tum in bello & tumultu, quàm ab omnium disciplinarum præceptis, & eruditissimis sapientiæ documentis. Magna quidē res est, hominibus imperare, quum sit homo (vt Xenophon ait) animalium omnium in rectorem ac custodem suum, ingratiſſimum. Scita est enim vetustissima illa senten-

tia, qua dicitur Lupum auribus tenet, qui imperium agit. Proinde summopere in præsentia vereor, ne mihi idem accidat, quod olim Phormioni Peripatetico philosopho non vulgari vsu venisse Cicero refert, Nam quum Hannibal Carthagine expulsus, Ephesum exul ad Antiochum regem tunc maximum venisset, pro nominis eius amplitudine inuitatus ab hospibus suis fuisse dicitur ad eundem philosophum audiendum, quum is non inuitus accessisset, audiuit illum orantem aliquot horas copioso sermone de imperatoris officio, deque omni re militari. quum tandem perorasset, omnes qui aderant, illius facundiam admirabantur, & summis laudibus efferebant. Tū interrogatus est Hānibal, quid de eiusmodi homine sentiret, hīc Pœnus non optime græce, sed tamen libero sermone ait, se diliros senes plerunque vidisse complures: sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Nec, medius fidius, iniuria, hoc ait Imperator, exterorum omnium fortissimus. Quis enim æquo animo ferre possit Græculum quendam in vnbraculis philosophiæ semper educatum, qui nunquam hostē viderat, nunquam bellicæ tubæ clangorē audierat, nunquam castra attigerat, nunquam aliquod militare munus obierat, de imperio rei bellicæ coram Hannibale differentem, qui tot annos cum Romano populo omnium gentium victore ambiguo Marte certasset? Nonne tibi ego quasi alter Phormio ludibrio futurus sum, quum has meas commentationes legeris? in quibus ea

Cicero de oratore lib. 2. Phormio

recognosces, quæ tibi à teneris annis cognita extiterunt, & vernacula disciplina quasi peculiaris. Habes enim ex domestica institutione regnandi rationem exempla omnium virtutum, & integram atque absolutam rei militaris scientiam. Vnico Asclepiadeo versiculo planè se laudasse putavit Lyricus noster Flaccus virum illum summum atque illustrem, & Augusti Cæsaris comitem in rebus totius orbis terrarum gerendis, quum ait ode prima lib. primi, Mœcenas atavis edite regibus. Quasi nihil ei virtutis, sapientiæ, gloriæ, ac dignitatis deesse possit. qui genus suum à veteri ac longa regumprogenie ducat. Pater tuus Ferdinandus cõsilio, prudẽtia, fortitudine, atque omni virtute reges omnes sui temporis antecellit, regnãtque summa cum dignitate ac gloria in hac magna Hesperia regione, vt ait Mátuanus poëta, quæ semper in vniuersa Italia difficillima dominatu habita extitit: Auis autem tuus Alphonsus, cuius nomine tu quoque nuncuparis, regum fuit rex, vt ex veteri cõsuetudine loquar, & non modò auitis regnis magna cū dignitate successit, verum gratia, virtute & armis noua quoque adeptus est, de quo omni hominum genere optimè meritis, alter Magnus Alexander gloria, ac magnificentia ab omnibus mortalibus, dum vixit, habitus est: post obitum verò omnium suffragiis diuus nuncupatus, & in diuinum numen relatus esse creditur. Quid autem de te loquar? vereor equidem tempus tibi legendum præbere, & quasi in os (vt dicitur) laudare, ne adulator assentatorve esse videar, aut gratiæ benignitatis, liberalitatisve capti-

tor. Tu recta maiorum tuorum vestigia terens, non solum Iulij (Cæsaris qui vnus in se omnium Imperatorum ac ducum virtutes contulit) imaginem ante oculos semper tibi præfers, & eam tanquam speculũ inueneris, verum singulorum quorumque illustrium Imperatorum, ac Regum proprias, & quasi peculiare laudes assequeris. Tu Q. Fabij Maximi circumspectam sapientiam imitaris, superioris Africani expeditam celeritatem, Minoris subitum consilium in rebus impronisis, Emilyj Pauli rationem ac disciplinam, Marij præsentẽ corporis vim, animique fortitudinem. Qui etiam ab exteris Alexandro, Hannibale, Pyrho, aliisque cõpluribus ea sumis, quæ rebus tuis optimè conducere tibi videantur, & vsui tuo esse opportuna. Testis sit Thufcia, quæ in te ferẽtem auxiliũ inposiis amicis, ac sociis tuis Senẽsibus ciuibus meis vidit vniuersẽ penè Italiae exercitũ irruẽtem, quem non modò paruo admodum tempore attriuisisti, verum collatis etiam signis profligatum afflixisti. Castra quoque, ad quæ fugati hostes cõfugerant, vi & armis magno impetu expugnasti, quibus è vestigio direptis, atque incensis, reliqui hostes qui euaserãt, in abruptum atque excelsum môtẽ natura atque omni humana opera munitissimum se contulerunt: nomen monti Podio imperiali ab excellẽtia fuerat quando (vt omnes accole, indigenæ quæ testãtur) in omni superiori æo nullis humanis viribus expugnari vnquam potuerit. Tu verò non modò hostem ab eo exturbasti, verum etiam cæsũ ac victũ passim in vicina oppida profugere cõpulisti: victor que strenuè perua-

Podius imperialis.

dens, frumentum, arma, cōmeatum, impediēta, & omnem hostilis exercitus sarcinam militibus diripiendam permisisti: murales machinas, lapidū validissima tormenta, diuersi generis ballistas, & nonnulla militaria signa partim tuis, partim sociis auxiliariis, quasi virtutis præmium, dono dedisti, vt perpetuò posteris seculis huius celeberrimæ victoriæ monumenta seruarētur, virtutisque testimonium affererēt. Quinetiam victoriam nihilo segenius profecutus, complura hostium oppida atque castella, ingenio loci, omnique humana ope munitissima, & multis ac strenuis defensoribus firmata, non per perditionem, aut dolū, sed per virtutē, ac strenuam celeritatem expugnasti, nonnulla etiā propter oppidanorum perfidiā funditus euertisti nec vllis viribus, aut potentia fermē totius Italiae, à tā præclara atque indubitata victoria auerti, aut abduci potuisti, nisi callido, vafro, atque impio consilio Sultambasius Parthorum, Teucrorum, ac totius Asiæ, partisque Europæ potentissimus rex, suafu etiam quorundam Itatorum, qui sibi ipsis formidabant, maxima atque improuisa classe, & numerofo Barbarorum exercitu Hydruntem vrbem opportunam admodum ad inferendum Italiae bellum, & Salentinorum, Leuteruitorūque extremam penē imperij tui oram subito, improuiso, atque inopinato concursu, per duces ac legatos suos celeriter inuasisset. Hæc repētina Barbarorum irruptio tantum terroris, tantūque consternationis non solum Salentinis, Iapigibus, Calabria, Apulisque incusserat, verūm vniuersis inferioris Italiae populis, vt quisque sibi extrema for-

Sultambasius.

Hydrus.

midaret, & cuncti communi terrore perciti passim exclamarent, actum prorsus de re Itala esse nisi tu cum vniuerso exercitu tuo ab Hetruria celeriter reuocatus, subitam opem, atque auxiliū laborantibus tuis afferres. Quicumque enim à Ferdinando rege inclyto patre tuo illuc mittebantur siue in subsidium vicinarum vrbium, præsidiumve vltro confluēbant, quamuis viri fortes ac strenui essent, & rei militaris ac totius bellicæ disciplinæ gnari ac periti, tamē quàm primum victi fusique cædebantur, trucidabanturque, siue in turpem fugam conuertebantur. Id accidebat, siue dolo atque insidiis hostium, siue equitū celeritate, equorumue alacritate, à quibus præuertebantur cataracti, præcipuè nostri, quum hostes omnes expediti essent, & leuiter armati, & cursu prædam aut fugam meditarentur, more veteris Parthicae militiæ. Quo nouo genere pugnae nostri facile succūbebant, assueti potius forti animo decernere quàm accipitrum instar hostem euolando ferere. Accedebat etiam huic terrori sæuitia atque immanitas Barbarorum, qui tam dira insolentia insultabant, tantōque furore grassabantur, vt neque sexui, neque ætati parcerent, & captiuos inermes atque imbelles omnes passim sine discrimine vllō iugularent, armatos verò omni fœditatis exemplo trucidarent, nec promissa aut fidem conceptis verbis datam, vnquam seruabant. Solenne enim apud Parthos semper fuit, fidem ac iuramentum hosti datum nunquam præstare, vt qui fallendum contra se arma ferentem esse, in prouerbio habet. Ignauus siquidem, atque effeminiatus hominis esse

*Parthorum
mos militaris.*

*Barbarorum
immanitas.*

Parthi fallaces.

putant, quippiam deorum metu agere: aut honoris, decorisve gratia vilitati cedere. His miserabilibus querelis horrédisque clamoribus Ferdinandus concitus, te quamprimum ex Hetruria è medio scilicet victoriæ cursu, literis ac nuntiis reuocauit, quasi alterum Hannibalem, vt oppressæ patriæ subuenires, quum nullæ aliæ vires præter tuas satis essent ad extinguendum tam tetrum ac dirum totius regionis incendium. Tu verò agnito præcipiti ac manifesto rerum discrimine, tanta alacritate properasti, vt euolare potius, quàm excurrere videreris. Agnito itaque celeri ac maturo aduentu tuo, Barbarorum dux Agametus, vir celer & industrius, quum cerneret vires suas impares tuis esse (hyems enim iam appetebat,) milites suos omnes, qui antea passim vagantes omnia ferro igneque vastabant, intra munimenta: quæ tutissima parauerat ad Hydruntem compulit. Ipse autem futuro bello prospiciens, celeri classe cōtracta, ad nouum delectum, nouamque militiam scribendam è Macedonia, atque omni Asia ac Græcia celeri cursu maturabat, sperans se nouo vere maximas copias in Italiam transmissurum. Tu verò eius rei per exploratores ac trāsugas certior factus, eum iam celeri cursu cum omni classe sua properantem, per triremes atque actuatias naues tuas, quas paratas ad eiusmodi opportunitates semper habebas, ad Sasonem parua ac desertam insulam (quæ media inter Epirum Brundisiumque interiacet) magna ac felici victoria superasti. Nam ex tanta classe solus Agametus cū vno perexiguo myoparone euasit: reliquæ omnes eius naues vel à tuis interce-

Agametus.

Sason insula.

ptæ, vel in mari cum omnibus vectoribus demersæ petierunt. Qua ex re animi Barbarorum plurimum deiecti sunt, tuorū verò valde ad spem victoriæ erecti. Ineūte deinde vere, vt primum per tempus licuit, coactis vndique viribus ac copiis tuis quas per hybernū tempus optimè instruxeras, Hydrūtem terra marique obsedisti, & quāuis milite, re frumentaria, comæatu, missilibus, atque omni tormentorum genere affatim abundaret, & oblessi rem neutiquam segniter agerent, adeò vt eruptione facta sæpe cū tuis acré pugnam inirent, attamen eodē attritos viribus, atque omni expectatione frustratos, intra paucos menses ad turpem atque ignominiosam deditiōnem cōpulisti, tam etiā efferato animo essent, nihilo indigerent, & obsidionem ad tertium vsque annum ferre potuissent. Ob cuius rei meritum omnis Italia gramineā coronā iure optimo tibi deberet, quam olim Fabio maximo tanta cum gloria detulit quū Fabius Max- per eius virtutem ac sapientiam à Punico exercitu ximus. euasit. Tua enim fortitudine, solertia, atque industria, eandem non modò à formidabili bello, verum à dire seruitutis iugo liberaisti. Sed tamen nemo tibi eripiet hoc dignitatis, fame, ac gloriæ præmium, quod omnium mortalium rumore affecurus es, vt omnium ducum atque imperatorum nostri æui fortissimus ac celeberrimus habeatis, possisque iuditiō omnium cum quouis verustissimo de virtute ac dignitate certare. Sed non est consilij mei hoc loco res præclaras à te gestas domi militiæque recensere, ne modum præfationis excedam, aliud quippe volumen exigunt, satis

Hydrus obsidetur.

Gramineæ coronæ.

quū Fabius Max-

superque mihi fuerit ostendisse, non ut te doceã, hos meos libellos te nouisse, sed ut abs te sciam (si per clemẽtiã atque humanitatem tuam licebit) ecquid in his meis lucubrationibus probãdum tibi esse videatur, aut aliqua ex parte laudandũ. Quo-
to enim cuique accidit, ut de seipso rectẽ iudicare possit? Hebescit sãpenumero ingenium in nobis, Vt humanus oculus, cũ alia peracutẽ intueatur, seipsum tamen omnino ignorat. Cerno equidem Iulium Cæsarem virum Romanorũ penẽ omnium elegantissimum, libros suos de ratione Latinæ linguæ ad Ciceronem inscripsisse, non quòd eum docere aut instituire vellet, quem de Latino sermone & de omni cruditione optimẽ meritum esse dicebat, & Romanæ orationis principem appellabat: verũ, ut iudiciũ illius scrutaretur, nosceretque, num libri quos nuper scripserat, edendi an suprimendi esse viderentur. Eadem etiam ratione (ut opinor) Marc. Terentius Varro, vir summo ingenio, exquisitãque doctrina, libros suos de origine Latinæ linguæ similiter ad Ciceronem scripsit: non ut eum moneret, cui maximam auctoritatem deferebat, & oratorum omnium principem esse parabat: sed ut illius sententiam sciscitaretur, iudiciũque eliceret, quo liberius libros suos, si ab eo probarentur, ederet, & cogitationes suas consultius manumitteret: Hos igitur libellos meos nunquã manumittendos emancipãdõsue esse opinabor, nisi tu prius eosdem in tutelam adoptionemue sumpseris, edixerisque edendine, an Orco dãnandi esse videantur. Quod si eos dimittendos statueris, suæque sorti creden-

Iul. Cæsar. libros de lingua latine ratione cur Cicero mi dicant.

M. Varro libros de lingua Latina cur ad Cic. scripsit.

dos, patrociniũ eorum ut accipias opus esse arbitror, ut à calumnia facilius euadant, & à liuore atque inuidia sint tutiores, preciosiora siquidẽ semper illa habentur, quæ è sacrariis delubris templis principũve penetralibus eruũtur quàm quæ ex priuatis domibus, inopũmque diuersoriis exeunt, Sic quoque lapilli ac gemmæ plures ueneunt quæ à diuitibus atque opulentioribus sunt, quàm quæ à pauperibus, ac tenuioribus. Principũ præterea gratia in paruis etiam rebus studium ac fauorẽ populi conciliare solet, & quæ minora sunt, longè ampliora reddere. Imperator Nero Pop-
pæam virginem decore atque forma præstantis-
simam, quam deinde vxorem duxit, ad insa-
niam vsque adamauit, & illius capillos crebris
sermonibus laudabat versibusque ad citharam
scitè cantabat, quòd succini coloris essent. Fuit
enim Nèro (quod nemo inficiari potest) oratio-
ne poẽmate ac musica preclarus. Hac quidẽ oppi-
nionẽ ductæ puellæ omnes Romę & in omni
Italia eo tempore eiusmodi colorem magno stu-
dio affectabant, non modò in coma & capillo, ve-
rum in reticulis, annulis, & in omni genere orna-
mentorum: qua ex re succina gemma, quæ paruo
antea æstimabatur, magno deinde liceri ex vni-
uerso terrarum orbe cõpit, quando maximo om-
nium principi grãta erat. Sic hæ nostræ medita-
tiones si tibi iucundæ fuerint, plurimos fãutores
habebunt. Sed ut ad exitum hunc sermonem
meũ perducã, nihil aliud causæ esse duco, cur philo-
sophorum multi & oratorum ac poëtarũ quam-

Nero.

Poppæa.

succinus co-

lor.

Plinius lib.

37. cap. 3.

Succina gẽ-

ma.

Cur princi-

pibus opera

sapius di-

centur

plurimi opera sua regibus, ducibus, imperatoribus in scribant, nisi ut priuati omnes eadem ab illis accepta carius legant, sanctiusque venerentur. Ut enim auidi atque furaces homines, rapaces manus à sacris rebus longè magis abstinent quàm à prohanis, sic emuli, obrectatores, ac procaces homines linguas suas diligentius cautiùsque comprimunt ab illis quorum studia atque industriam maximi ac potentissimi vindices tuentur.

SIT NE EIVS VIRI QUI DE
rep. scripserit, de vnus etiam principis
Dominatu tractare.

TIT. I.

NOVVM, & admiratione fortasse dignum plerisque videri poterit, quòd ut qui paulò antè præcepta ciuili institutionis nouem tradiderim volumini bus, nunc de regno scribere aggrediar: quasi non eiusdem viri sit officium, qui republicam laudauerit, extulerit, probaueritque, vnus etiam principis dominatum admirari, atque efferre. Nec deerunt qui dicant pugnantia hæc inter se esse, neque satis constanter ab vno eodemque præcipi posse: exemplumque Platonis ac Xenophontis in medium afferent, qui quum ex eodem ludo eademque disciplina profecti essent, æmuli tamen, ac dissidentes, inrer se similitates exercuerunt: & alter ciuilem societatem commentus est, alter autem Cyri Persarum regis disciplinam scripsit: & vterque eorù seorsum suo studio delectatus, alterum

contempserit. Quibus quidem respondendum est, libera hominum esse iudicia, & posse quempiam alterum laudare sine alterius vituperatione: vel vtrunque etiam, si placuerit, probare. Hanc tamen quæstionem paucis absoluit diuinus dicendi ac sentiendi præceptor Plato, libro quarto de ciuili societate, his ferè verbis. Dico equidem vnum reipublicæ esse modum, qui bifariam diuiditur.

Nam si vir vnus optimè imperat, regnum nuncupabitur: si verè plures, optimatum principatus. Nihil enim de ratione ac virtute amouebitur, siue vnus, siue plures multitudinem rectè gubernent. Hac opinione ductus Samius Pythagoras, commentarios peregregios reliquit, in quibus & de republica & de regno simul scriptum erat: quos quidem summo studio per epistolam ab Archyta Tarætino illius discipulo rogauit Plato: cui, quum eos deinde accepisset, gratias egit peringentes, & eosdem summis laudibus extulit. Aristoteles quoque vtrunque munus complexus, & ciuilia documenta tradidit, & ad Philippum Macedonum regem præcepta regni scripsit. Eius quoque discipulus Theophrastus præceptoris terens vestigia, libros de republica edidit, & de regno etiam ad Cassandrum præclara volumina exarauit. Idè ante eum fecerat Xenocrates Calcedonius, qui populares institutiones tradiderat, & de regno ad Alexandrum præscripserat. Antisthenes quidem Cynicus regia quoque & ciuilia præcepta docuit, sicut Cleantes Zenonis discipulus, qui libros ad Ptolemæum de regni ratione misit, & remp. Lacedæmoniorù literis comédauit. Non igitur hoc

In fine 4.
dialogi de
Republica.

Regnum.
Aristocrata

mihī vitio dandū erit, si vtrūque tētaūero, quum possim & superiores testes, & complures etiam alios citare, qui idē quoque facitauerunt. Sed hanc diuersitatis opinionē maximē auget varia gētium consuetudo. Vix enim fieri potest, vt qui sub regibus diutius viuere consueuerunt, paruo tēporis momento ciuilem æqualitatem, à qua longo vsu alieni sunt, ferre valeant. Sic alia ex patre qui annis magistratibus parēre adsolent, & parēdi imperandique vices seruant, non possunt æquo animo vnus principis dicto auscultare. Et sic quisque populus suo viuendi ordine contentus, alios spernit, ne dicam odio habet. Cappadoces, quum apud eos regia progenies extincta esset, oblatam à Romanis libertatem repudiauērunt, & Ariobarzananen regē alienigenā optauerunt, vt qui affirmarent, æquo inter se iure neutiquam sine principe viuere posse. Athenienses autem contrā, extinctis enim regibus quamprimum popularem statum constituerunt: & quanquā variante fortuna nunc à regibus tenerentur, nunc autem à Tyrannis, tamen ad consuetam remp. semper redibant. Sunt etiam nonnulli, qui ad eò peruicaciter in suo viuendipræsripto perseuerant, vt inclinante etiam fortuna, nullis conditionibus, nullisque pollicitationibus inde abduci possint, malintque extrema omnia experiri, quam propositū vitę genus mutare. Cræsus Lydorū, Babylonisque rex, qui iustitię ac clementię laude non caruit, quum accepisset, Solonem, vt Pisistrati, tyrannidem fugeret, patriā reliquisse & incertis sedibus vagari, eū humanissimis literis rogauit vt ad se veniret, secūque re-

cappadoces
Ariobarzanes.
Athenienses.

gni habenas moderari vellet. Ad quē Solon in hac sententiā rescripsit, amplector, rex inclyte, maiorē in modū beneuolentiā in me tuam, & per immortalem deum, nisi mecum statuissē illic degere, vbi communis libertas agitur, mallem apud te in tuo regno vitam ducere, quam Athenis Pisistrato violenter tyrannidem exercente. Sed gratius illic ex instituto meo ago, vbi sunt omnibus pariter æqua ac cōmunia iura. Vale. Quid durius aut seuerius Catone, qui maluit sibi ipsi violentas manus afferre, quam clemētissimo victori aliqua ex patre cedere, ac solitū vitę suę genus, Stoicęque sententiam præterire? Atqui incertū mihi omnino esse viderur, laudisne plus, an vituperationis attulerit hæc mors Marco Catoni. nā Cicero quāuis eā eloquentię laudibus extulit, eius exemplum tamen neutiquā imitatus est: & illum secutū esse fatetur præscriptū durioris vitę, se autē ab ineunte ætate mollius semper vixisse. Quę quidē verba nō tam excusationis causa dixisse mihi viderur Cicero, quam quod vim sibi ipsi Catonē attulisse minime probauerit. Iulius verò Cæsar duabus elegantissimis orationibus Catonis laudē refellere non dubitauit, & sæuam ac sanguinariā illius sententiam improbare. Sed hęc palæstrā declamatoribus inter se luctantibus relinquamus, nos autem ad præscriptam rationē reuertamur. Themistocles certe secus egit: nā post Græcorum suo ductu atque consilio victoriā contra Xerxem Persarū regem (qua nullū maritimū præclarior facinus, neque à Græcis neque à Barbaris gestū vnquā fuisse Simonides testatur) post multa etiā inclyta in Republica

sua gesta, quum cerneret æmulos suos Athenis præualuisse, & se indigno exilio multatum, nihil amplius cum ingrata patria agendum statuit, sed in regno potius esse agendum. Proinde ad Xerxem, qui paulò ante acerrimus hostis fuerat, se contulit: maluitque ancipiti inimici fidei, ac barbaro regi se committere, quàm durius quispiam in se statuere, aut reconciliatæ patriæ gratiam expectare. Xerxes autem, qui Themistoclis virtutem atque excellentiam planè nouerat, illum gratissimo hospicio accepit, maximo in honore habuit, rogauitque ut obliuisceretur se exulem esse, & reliqua ab eo summa expectaret. Egit gratias Regi honorificis verbis: Themistocles, & aliquid quo modeste degere posset, & familiam parcè educare, ab eo rogauit. Tum rex beneficentiæ ac liberalitatis non indoctus, tres illi vrbes opulentissimas dono dedit: Myum, imprimis vnã ex duodecim Ionix vrbebus, pecoris ac pabuli feracissimam, quàm in obsonium se ei dare dixit: Magnesiã verò in panem, abundat enim optimo ac candidissimo frumento. Lampfacum autem in vinum. Erat enim Lampfacus insignis ciuitas, & studiis literarum dedita, in qua diutius diuersatus est Epicurus, adeo ut à plerisque Lampfacenus crederetur. Eiusdem vrbis subiecti colles mari imminèbãt, & multum ac suauissimum ferebant vinum. Vixit autem diutius Themistocles in eo regno gratus regi, & cum pluribus illustribus viris, & cum ex rebus humanis excecesset, Magnesiæ summo cum honore sepultus est.

Sed illuc redeat sermo, vnde defluxit. Licebit, spero,

spero, mihi sine reprehensione de regno scribere, quamuis libros de ciuili societate ediderim. Nec maledici aut æmuli formidandi sunt, quos qui metuunt, nihil literis commendabunt, sed taciti igno-
 timidi pa-
 rum profici-
 unt.
 Hippasus
 est obtrectatorum calumniã, ut nihil scriptum reliquerit, ut ait Demetrius. Eodèmq; pudore cohibitus Pyrrhò, & complures alij doctissimi viri
 Pyrrhon.
 miro silentio tacuerunt: & ut detractorum suorum maledicta vitarent, obliuionem sui nominis post se reliquerunt. Nec admirandù id quidem est. Recta enim ingenia verècundia debilitat, peruersa autem audacia confirmat: ut est in veteri sententia. Nec sperandum est quempiam eruditorum hominum ab inuidis intactum esse. Cernimus enim Homerum (qui consensu omnium scriptorum cunctis mortalibus felicitate ingenij præstitit) in via sua Sagarim, post obitum autem Xenophontem & Zoilum Macedonem æmulos habuisse. Hesiodo prætererea cum Cecrope certamen fuit viuo, post mortem verò idem Xenophanes maledictis cum persecutus est. Simonidi cum Timocreonte etiam contentio fuit, & Pindaro cum Amphimene. Sed quid poetas memoro, quorum aliquando scripta aut adulationis aut odij suspecta esse possunt? Quid? non & Philosophorum principes (qui ea scribunt, quæ neque ad singulos pertinet, neque molesta cuiquam esse debent) maledici ad viuum vsque lacerarunt? Thaleti Pherecydes obtrectator extitit, ut biantii Sylurus Priænus, &


Myum.

Magnesiã.

Lampfacus.

Epicurus.

Themistocles ubi sepultus.



Pittaco Antimenides, & Anaxagoræ Sofibius. Putemus Pythagoræ aut Socrati æmulos defuisse? Quorum alterum Cydon & Onata aliterum Antiochus Lemnius & Antiphon maledictis infectati sunt. Ebulides Aristoteli infensus fuit, vt Alexinus Eliensis Zenoni.

Sed ne in nominibus recensendis ambitiosior esse videar, sic statuo, neminem paulo clariorem in studiis bonarum artium exiisse, qui à plagis viticibusque inuidiæ omnino expers euaserit. Nos vero æmulis malignisque detractoribus relinquamus, vt suo liuore tabescant, seque perpetuo mœrore vlciscantur. Sequamur igitur cursum operis nostri. Deo optimo maximo beneuolente, vt prisca verbis in præsentia sententia vtar.

POETAS OMNIUM PRIMOS MORALEM
*Philosophiam indagasse, deque
ea versibus scripsisse.*

Tit. II.

poetica anti-
quissima
disciplina-
rum.



Viuendi rationem quam moralem ciuilemve sapientiam licet appellare, primi omnium mortalium prisca poëtae indagauerunt. Fuit enim poëtica antiquissima disciplinarum omnium, quæ literis cogitationes suas commendauerit quæcunque ad veram virtutem, hominumque mores atque affectiones attinent, quæque docuerit & res gerendas cum gratia ac iucunditate commiseret. Hoc & Strabo refert, & Græci omnes scriptores testantur. Hæc quidem sibi Musicen (vt animos hominum alliceret) so-

3
ciam ascieit, versumque dimensa est, vt cantu, cithara, lyra tibiærumque modulis, agrestes illos ac rudes homines ad virtutem cõmunitatemque vitæ, & officiorum inter se vicissitudinem formaret. Proinde vetustissimi solos poëtas sapientes esse arbitrabantur, eisdemque liberos suos erudiendos iradebant, vt qui illos viros bonos esse experirentur, atque omni probitate insignes. Nam poëta bonus nequaquam esse quis potest, nisi etiam vir bonus existat. Et sic poëte se morum magistros, & humanæ vitæ emendatores esse profitebantur. Suis namque carminibus quum viros claros laudat, virtuti meritam gloriã exhibent, & ad imitandam viuendi rationem iuuenes excitant, vt virtutem capeffant, & laboribus subeundis promprios, alacrioresque reddantur. Hæc poëtica ratio quum primũ processit in medium, libenter ab optimis viris accepta est, & ab omnibus comprobata: diũque poëtarum carmina per ora hominum voluebantur, & in sacris deorum conuiuũs, epulis, magnisque celebritatibus, cantabantur, adeo nihil memoriæ hominum nisi poëticis numeris scriptum mandaretur. Sed qui deinde secuti sunt, Cadmus videlicet, Rhæcydes, & Hecatæus, reliquis poëticæ partibus seruatis, versum numerumque soluerunt: & sic oratio pedestris inuenta est absque numero quasi ab excelso loco vel celeri curru in planiciem decurrat, vt Cretensis refert Strabo. His utique principis fluxerunt. hi quos primo sapientes, mox mitigato nomine sapientiæ stu-

*Soli poëta
sapientes.*

B.ij

dios veteres appellarunt. Nam multis seculis ante eos, poëta de Deo, de rebus cælestibus, de natura rerum, de moribus, de civili sapientia, de ratione, ac sermone tractauerunt, non Homerus modo, quem Pythagoras, Plato, Aristoteles, Zeno, & alij philosophorum principes, quasi fidelissimum rerum suarum testem sæpenumero inducunt: verum & complures alij qui ante Homerum atque Hesiodum cecinerunt, vt Linus, Philammon, Thamyras Amphion, Musæus, Demodocus, Phemius, Ithacensis, & complures alij. Quo in numero Sibylla etiam habenda est, quæ virginitatis merito diuini consilij particeps & dici & esse meruit.

Homerus
 Amphion
 Sibylla.

DE RERVM CIVILIVM DIFFERENTIS: *¶ vnus viri principatus reliquos omnes anteat.*

TIT. III.

HI quidem poëta maiorem philosophi partem circa principum vitas ac mores versari opinati sunt, & rerum civilium differentias ab ipsis principibus in tres partes discreuerunt, vt esset regnum principatus vnus qui comodum quærat eorū qui ab eo reguntur. Et hanc speciem duabus reliquis prætulerunt. Secunda autem sit optimorum civium potestas, qui ad virtutem omnia dirigunt. hanc Græci ἀριστοκρατίαν vocant. Nam Politia generale nomen est, & vnamquamque civilem administrationem significat. Tertia verò esset popularis so-

Tres rerum
 civilium sta-
 tus.
 Regnum

Aristocrati-
 a Politia.

cietas, quæ ad iuris æqualitatem tendit, multitudine studet, libertatemque sibi præficit. Horum statusum quisque dum rectè geritur, suam habet laudem: quum autem præuaricatur, & à seipso discedit, in manifestam labem incurrit. Nā si rex oblitus utilitatis eorum quibus præest, proprium duntaxat quærit comodum, sibi suisque studet, iustitiam negligit, voluptati inseruit, tunc à dignitate sua discedit, fitque manifeste tyrannus, qui rectum transgreditur, & ab omni virtutē secernitur. Tyrannus Optimates. uerant, nec cōstanter virtutem comitantur, sed ea neglecta diuitiis atque opibus inhiant, tunc quam primum in paucorum potentiam concidunt, quæ ολιγαρχίαν dicitur, & vix paululum quidem differt à tyrānide. Pauci enim sunt opulentiores illi qui dominantur, & multitudinē formidant, proinde sibi ipsis caueant, sæuitia & omni immanitatis genere insultant. Atqui potentia illa quæ multorum dāno ac periculo exercetur, diuturna esse non potest. Popularis autem status cum ab æqualitate illa discedit, quam mitissimo verbo Græci ἰσονομίαν appellant, quumque aut nimis vni viro defert, aut multitudinē nimis indulget, in alterutrum vt incidat opus est, aut in tyrannidem, cum virile populari aera suffultus nimis extollitur, aut in plebeium dominatum, quum plebs nimium sibi arrogat, quo nihil deterius esse potest. Plebs enim sicut humiliter seruit, quū durioribus habenis comprimatur: sic vbi frenum respuit, insultat admodum, sefforē deturbar, & iniuste, crudeliter, sæuissimèque dominatur. Hanc præuaricationem ple-

Dmceras-
 tia
 Tyrannus
 Optimates.

oligarchia

Popularis
 status.
 Isonomia.

plebeius do-
 minatus.

beium dominatū appellamus, quādo ad inopum tantūmodo vtilitatē status deducitur, magistratus omnes ex plebe creantur; reiectis hominibus virtute præstātibus, nobilioribus, opulētiōribusque.

*Popularis
status à ple-
beis differt
ut genus à
specie.*

Hoc loco monendi sunt nonnulli, qui falso opinantur popularem statum & plebeium vnum & eundem esse, quum sint diuersi, & popularis status vna ex tribus speciebus sit administrandarum ciuitatum; quas philosophi omnes probant, vt in superioribus dictum est: plebeia autem gubernatio, transgressio excessusque sit, & superioris præuaricatio, qui verò aliter sentiūt, fallūt in nominis interpretatione: dicitur enim græce *δημοκρατία* & *δημος* populum, non plebem significat. Vnde hæc duo verba manifeste discernuntur, vt Caius iureconsultus clare indicat in titulo de verborum significatione: & manifestius patet in libris institutionum, vbi de iure naturali, gentium, & ciuili tractatur, his verbis. Plebs autem à populo eo differt, quo species à genere. Nā appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis, & senatoribus, plebis autem appellatione, sine patriciis & senatoribus cæteri ciues significantur. Patet etiā hoc ex eo quod cū Romana plebs quondam à patribus secessisset, iura quædam condidit, quæ post conciliationem à populo accepta, suadente Hortensio præso pro legibus habita sunt, & plebis nomen seruauerunt, dictæque sunt plebiscita. Quinetiam Tribuni illi quos sibi in monte Sacro plebs creauit, Tribuni plebis nūcupati sunt quorum auctoritas amplissima fuit, adeo vt plebem à senatoribus tueri possent. Similis magistra-

*l. plebs.
Plebs
populus.*

*l. ij. de orig.
iur. ff.*

*Lacedæmo-
ny.*

tus fuerat apud Lacedæmonios eorū quos Ephoros appellabant. Singulas quasque harum ciuiliū specierum experti sunt Athenienses, tam rectas, quā etiam deprauatas. Nam prius regali tenebantur imperio, quorum primus Theseus urbem mœnibus sepit & vagos per agros ciues in vnum compulit. Et quanuis neminem iniuria laceffiuerit, tamen inuidiam atque offensionem ciuium effugere nequiuit: adeo vt ignominiose admodum eiectus fuerit ea vrbe, quā mœnibus, opibus, legibus, dignitate, gloria, imperioque extulerat, Rex deinde Cecrops, licet genere Ægyptius fuit, magna tamen clementia & virtute regnavit, apud quem iudicium Neptuni & Mineræ de vrbis nomine agitatum est: tum cū in arce oliua orta est, vnde & placuit ex deæ nomine urbem vocari, quæ græcæ *ἄθηναι* dicitur: cui ea arbor sacra est. Longe post summa cum æquitate regnavit Codrus, qui iuxta diuinum oraculum pro patria se morti vouit in bello Peloponnesiaco: qua ex re illustrem illam victoriam Athenienses consecuti sunt. Hic vltimus fuit Heraclidarum regum, qui recentis octoginta tribus annis continuata serie regnauerunt. His exactis rempublicam instituerunt, in qua diutius summam inter se æquitatem seruauerunt. Mox, vt res mortalium fluxæ sunt, inualecente plebe, Pisistratus vir popularis ac factiosus, quum in principes reipub. oblatrarer fauente multitudine tyrannidem inuasit, exacto Solone legumlatore integerrimo, ac sanctissimo. Huius tamē facti inuidiā timēs, conabatur eūdem blandis literis reuocare, eiusmodi exēplo: Pisistra-

Ephori.

Theseus.

Cecrops.

Codrus.

*Heraclida-
rum regnum.*

Pisistratus

tus Soloni salutem. Non solus ipse Græcorum omnium tyrannidem inuasi, nec medius fidius rem alienam vsurpauit. Genus enim à Cectope ducit: proinde iure optimo mihi vendico, quod Athenienses olim iureiurando affirmarunt Codro & illius generi se perpetuò præbituros, & post modum posteritati eius, immemores tanti beneficii neglecto iureiurando abstulerunt, Leges quas statuiti, seruari iubeo: & longè melius seruantur, quàm si multitudinis imperio resageretur. Tyrannus ego, nomine ac dignitate solum à plebe differo. Vale. Cui ita Solon: Solon Pisistrato salutem. Illic degere cupio, vbi communi atque equali iure omnes inter se viuant. Tyrannidem non amo, sed te Tyrannorum omnium mitissimum esse fateor. Gaude.

Multi quidem incommoda Athenienses à Pisistrato tulerunt, longè tamen plura ab illius filiis, quibus tandem sublatis, ad populare statum quàm primum redierunt. Ac principum quidè, clarissimi viri principatum in republica tenuerunt & quàm plurima bella terra marique feliciter fausteque gesserunt, Atticumque imperium non modo finibus, verum etiam auctoritate ac gloria latius propagauerunt sed ambitione atque inuidia crescente in dies, plebs per seditionem præualuit: quæ dum rationem impensæ in bello pecuniæ à ducibus reposit, ab exercitu victores reuocat, nouos imperatores præficit. hos damnat, illos interimit. Et sic à Lacedæmonis, quorum victores fuerant, vincuntur Athenienses, Lyfandro ducit, & ad paucorum potentiam rediguntur. Eis namque Lacon ille

callidissimus triginta ciues præfecit, qui in sanctissimos tyrannos euaserunt. Quibus deinde Trafybuli virtute exactis, rursus ad popularem statum redierunt. Macedonum nanque reges, qui illos subegerunt, solitam eis viuendi formam permiserunt: & Cassander, qui in alios violentior fuit, in Athenienses benignam exercuit potestatem. Eis nanque præfecit Demetrium Phalereum, eorum conciuem, qui non modò popularem statum illæsum seruauit, verum in melius quoque redegit, editis etiam præclaris commentariis de Atheniensium republica. Romani quoque eos libertate donauerunt, permiserunt quæ solitis legibus vterentur.

Quorsum hæc tam longa Atheniensium commemoratio? Vt intelligamus Athenienses omnes ciuiles status pertulisse, tam rectos, quàm etiam deprauatos, à quibus quidem vtriusque fortunæ exempla facile accipere possumus. Harum trium ciuiliū administrationum similitudines & quasi formas in domibus nostris familiaribus inueniri Plato & Aristoteles testes sunt. Nam patris indulgentia in liberos, instar habet regis pietatis in populos quos gubernat. Vt enim pater pro filiis anxius, est nihilque vt eis ad bene beatèque viuendum desit semper prospicit, vnus pro omnibus excubat, ratione cum illis agit, manult eos emendare quàm punire, sic rex etiam suis ciuibus indulget. Huius opinionis auctor Homerus, Iouem, quem deorum hominumque regem inducit, patrem appellat, ex quo clarè demonstrat, regnum fere paternum esse imperium. Viri autem & vxor-

Regnum patris simile.

*Viri & vxor
ris officia.*

ris in re familiari societas, qui pari officio par-
que pietate liberis prospiciunt, similitudinem cum
ea specie tenet, in qua optimates gubernant. Et
in iis quidem quæ foris sunt pro dignitate vir præ-
est, in his autem quæ domi, vxor: sicut & inter op-
timates robustiores militiæ infirmiores verò rei
domesticæ student. Fratrum autem societas in po-
pulari gubernatione cernitur, pares enim inter se
sunt, nisi quantum ætate ac virtute differunt. Sic
etiam similis fit transgressio. Nam quum pater fi-
lios negligit, sibi ipsi studet, sibi que ipsi viuunt, tunc
in liberos familiamque suam tyrannus est, sicut
rex in populum, cum à virtute discedit, & luxuriæ
auaritiæque se permittit. Similiter vir & vxor si
minus inter se congruunt, familiamque perosi li-
beros destituunt, aut sæuissime dominantur, similes
sunt paucorum potentia, quæ parum admodum
à tyrannide secernitur. Fratres verò qui negligenti-
us rem familiarem agunt, vel discordes inter se,
rei domesticæ imperiū minoribus aut seruis per-
mittunt, similes sunt popularibus illis qui habenas
omnes plebi tradunt eidemque se & alios subiiciunt.

Videndum igitur erit, ut quæque harum specie-
rum suam dignitatem seruet, nec à se ipsa discedat,
si laudem assequi cupit & diuturna esse studet.
Nam si secus egerit, quamprimum corruat neces-
se est. Veramque sententiam Xenophontis esse
experietur, qui ait omnes ciuiles societates vitio-
eorum ruere, qui illis præfunt. Nam si recte gu-
bernarentur, perpetuè omnino, vel immortales
eriam essent. Ipse autem Cicero à Platone philo-
sophiæque se didicisse ait naturales esse ortus at-

*Xenophontis
sententia.*

que obitus rerum publicarum, ut hæc tum à principi-
bus quidè vel tyrannis, tum à populis tenerentur vel
regibus, sed denique ut animalia reliqua, suo tem-
pore occiderent. Sed de his satis dictum sit, ne vl-
tra crepidam (ut dicitur) sermo noster decurrat,
cum sit propositi mei de optimo rege, ac de regni
ratione tractare, & reliquos ciuiles status omitti-
te, & præcipue quum de ciuili societate nouem
voluminibus præscripserim.

DE HIS QUI PRIM I DE REGNO
*scripserunt, differentia librorum Socratis &
Dionis. Tit. IIII.*



VLTI Græcorum de vnus viri prin-
cipatu, siue de regno scripserunt, &
non hi modò quorum supra mentio-
nem feci, verum alij complures. Nam
& Euphantus Olympius regem Antigonum eru-
diuit, regni que præcepta literis commendauit &
Strato Lampfacenus libros tres de regno ad Pro-
lemæum Philadelphum Ægypti regem scriptos
reliquit, Horum volumina nostro tempore nus-
quam apparent sed cum plerisque aliis dudum
periere. Maximum enim librorum naufragium,
ut & omnium aliarum rerum, regio illa pertulit.
Irruentes enim Barbari eam igne ferroque adeo
vastarunt, ut nullum penè Græciæ vestigium nec
in ipsa Græcia reliquerint. Enatarunt tamen duo
& in Italiam emerferunt, iamque ab omnibus le-
guntur, Isocrates scilicet & Dio prulæsis variòque in-
ter & argumento differunt. Fuit enim Isocrates
vir & dicendi & viuendi disciplina peritissimus: cui-
us è ludovt ait oratorum maximus tanquàm ex equo,

Troiano innumeri principes exiere. Hunc Socrates & Plato, atque ex nostris Cicero & Quintilianus miris laudibus extulerunt. Hic libros duos ad Nicoclem Cypri regem reliquit, in quorum altero praecepta regi tradit, in altero autem his qui ab eo reguntur. Hi quidem perbreues sunt, nec id sine consilio, quippe quod Nicocles paucis delectaretur, ut Neoptolemus ille apud Ennium, cui philosophari quidem placebat, sed paucis: longiora tamen scripsisse arbitror Isocrates, sed ab aliquo delicatiore in commentarios esse redacta, qui si vberiores essent, potuissent fortasse me ab hoc scribendi studio liberare: res enim tanta paucis absolui non potuit. Dio ite praecepta regni breuiter etiam complexus est, sed diuerso ab Isocrate argumento nititur. Nihil enim ipse praecipit, sed Homerum ostendere conatur, sicut omnium reliquarum disciplinarum, sic huius quoque civilis sapientiae principem & quasi architectum existisse, ut qui in libris suis cuncta praecepta quae ad regem spectant, complectatur, singulisque principibus seorsum proprias quasdam virtutes, propriumque decorum impartiat. Vlyssi enim omnes ingenij vires tribuit, consilium, eloquentiam, dolos, artes, prudentiam, rerum peritiam, ut qui complures vbes viderit, varios diuersarum gentium mores didicerit, diuersa studia calluerit, manus quoque agriculturae admouerit, sulcum aratro rectissimum duxerit, herbas incurua falce celeriter strauerit, Achilli vero animi fortitudinem, & corporis robur, omni ex patre tradidit & quaecumque alia quae ad optimum quaeque bellatorem pertinet cui & praeci-

Homerus.

Vlyssis ingenium.

Achillis ingenium.

pitum atque implacabilem im veluti fortitudinis cotem adhibet: & ardentissimum gloriae studium, quasi calcar, quo saepenumero quum (a pugna cessaret) fidibus & catu incendebatur, quum fortissimorum virorum laudes caneret, tantoque animi ardore efferebatur, ut caeteros quosque a congressu Hectoris arceret, ne viri fortissimi caede ab aliquo fraudaretur, a quo peruetus, deinde posterior gloria esse videretur. Diomedem autem modestiam quandam adhibet, qua tumentem iram comprimere, nemini malediceret, neque dicto factum ve proteruo noceret: ex qua etiam virtute cibi esset abstinentissimus, & vino nunquam nisi in magis laboribus vteretur. Sic singulis aliis principibus proprias quasdam virtutes tribuit Homerus, ad eum ut consummato operi nihil desit, quod ad animi corporisve virtutem spectet. Hoc igitur argumento Dio opus suum perfecit omnia Homero tradens, praeter pauca quae magno Alexandro tribuit, quae maximam omnium regum fuisse iure optimo arbitratum.

Ira eos fortitudinis.

Diomedis ingenium.

Alexander.

DE STUDIIIS ANTIQVORVM
regum erga doctos
viros Tit. 5.

LONGE facilius praecis illis seculis praecpta quaeque virtutis tradebantur, quam nostris, in quibus pauci sunt qui humanitatis studia & bonarum disciplinarum artes benevolentia aliqua complectantur. Quotus enim quisque nunc est qui doctos vi-

ros amplectatur, atque admiretur ac non potius negligat ne dicam contemnat, aut odio habeat? Cuius domus non potius scurræ mimo aut adulatori quàm poëte, oratori, aut philospho pateat? *Romani.* Veteres verò contrarium faciebāt. Atque vt omit- tam Romanos, (qui doctissimorū quorumque vi- rorū cōsensu mortales omnes virtute, gloria, atq; animi præstantia excelluerunt) nonne veteres illi principes ac reges erudissimis viris delectati sūt, & cum illis etiam summa beneuolentiā ac amicitia coniunctissime vicitarunt? Eosdem enim adhibebant in cōsiliis maximarū rerum, illis auscultabā, illos obseruabāt verebanturque. *Cræsus.* Cræsus Lydorū rex opulētissimus quū studio ciuilibus sapiētię flagra- ret, & cerneret barbaras illas nationes quibꝰ impe- rabat viris clarissimis omnino carere; excitatus Ana- charsis fama, ad eum Athenas vniū ex familiaribus suis misit, qui illū ad se accerseret, aurumquē ei dono offerret. Ad quem ille eiusmodi epistolam scripsit. Anacharsis Cræso bene agere. Veni in Græciam, Lydorum rex, vt mores, instituta, disci- plināsque perdiscerem. Auro non egeo, satis mihi fuerit si doctior meliorquē ad Scythas rediero. Sed quia beneuolentiā tuam mirificè amplector, ad te quamprimum ire pergam. Vale. *Dionysius.* Dionysius quoque Syracusanus quāuis ad sæuitiam narus videretur, tamen disciplina Aristippi Cyrenaici sum- mopere delectatus est, eò præcipuè, quod vir ille & faceris esset, & loco ac tempore inseruire opti- mē nosset, iocisquē ac salibus abundaret: quod quidem vel ex hoc cerni licet. Tres forma liberali & atate integra ancillas Dionysius ei adducit, vt

ex illis vnam quam vellet acciperet, tunc Aristip- pus tres simul abduxit, asserens Paridem neutri- quam impune tulisse, quod vnam deam duabus prætulerit. Quo quidem lepore ac ioco voti com- pos factus est, & integrum munus accepit. Fuit hoc etiam Dionysio gratum, ac periucundum. Nam cū ab eo pecuniam aliquando rogaret *Paris.* Aristippus, tum facerē Dionysius, Docuisti (in- quit) sapientem pecunia non egere. At ille, Da, inquit, postea de his differemus, quum verò de- disset, Vidēsne (ait) me pecunia non egere? Et quum tyrannus his rebus delectaretur, eundem summis honoribus ac muneribus quotidie afficie- bat. Stilponem quoque Megarensē nonne sum- ma beneuolentiā complexus est Ptolemæus So- ter, Ægyptiorum rex? Sic Menedemum Ere- triensem Antigonus, Idem rex mirificè obserua- uit Bionem Boristhenitē. & quum accepisset il- lam grauitè ægotare, & summa etiā inopia labo- rare, duos ex familiaribus suis ad eū visendum ac curandum misit, iussitque, vt opportuna ei om- nia suppeditarent. Lycon Troadenis Attalo regi gratissimus exiit, & ab illo regis opulētisshone- status est. Demetrius Byzantius Antiocho, & Ptolemæo perfamiliaris fuit, & illorum gesta sum- mo studio literis mandauit. Metrodorus Sceptius vir dicēdo periucundus, & variis disciplinis orna- tus, Mitridati maximo regi tanta beneuolentiā coniunctus fuit, vt vulgo regis pater appellaretur. Platonis etiam memoriā à deo veneratus est hic rex, vt illius statuam in Academia erexerit eiusmodi titulo inscriptam. Mitridates Rhoda-

bati filius Musis Platonis imaginem dicauit, Silamonis opus, Quot doctissimos viros dilexit Alexander? Omitto Aristotelē, cui ab ineunte ætate à patre Philippo in disciplinam traditus exiit, ad quem etiam eiusmodi epistolam dedit. Philippus Aristoteli salutem, Scito filium mihi genitum esse, quod equidem diis habeo gratiam, non proinde quia natus est, sed quod cum nasci contigit diebus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt edoctus abs te dignus existat & nobis, & rerum istarum susceptione. Vale. Ipse quoque Alexander in primis dilexit Onesicritum, quem in militia secum habuit: & res à se gestas ab eo literis mandari voluit. Anaxarchum verò maiorem in modum obseruauit: & cum Clitum per temulentiā peremisset, factique eum vehementer ad eò pœniteret, vt exclusus à cubiculo arbitris amicisque omnibus, iam de cōsuetudine, sibi morte ageret, solum hunc philosophum veritus est, qui in penetralia prorumpens, nullo familiarium id audente exclamauit: Hic cine est Alexander ille, quem vniuersus orbis admiratur ac metuit? At ipse nunc serulem in modum miserabiliter eiulans, hominū ignominiam, segesque formidat. An ignoras Iouem ita Regibus statuisse, vt quicquid agerent, æquum instumque esset? Deo optimo bene volente, temerarij militis petulantiam, & temulentā verborum licentiam vltus es. Scient omnes te Regem esse, neutiquam maledictis ac probris incessendum. Pugnēt in hostes milites tui ferro, non autem in te linguæ procacitate. His & similibus rationibus ac verbis vsus Anaxarchus, regis animum moderare affectum

*Philippi e-
pistola ad
Aristotel.*

*Plutar. in
vita Ale-
xandri.*

affectum leniit, mentisque compositum reddidit, & à precipiti consilio reuocauit. Quanti quoque Diogenem Cynicum fecerit, vel ex hoc intelligere possumus. Serò enim dicebat, Diogenes esse vellem, nisi Alexander essem, quasi se vnum omnibus mortalibus præferret, Diogenem autem secundum faceret. Tanto etiam studio Homeri Iliadem amauit, vt eam rei militaris viaticum appellaret, & eadem dormiens sub puluino cum pugnione teneret. Pares item gratias Aristoteli, magistro, & Philippo patri se debere dicebat, vt qui ab hoc viuendi causam ab illo autem bene viuendi rationem accepisset. Qua quidē sētentia facile intelligere possumus quanti Alexander fecerit sapientiæ studium, morumque documenta, & contemplationē etiam diuinarum humanarumque rerū, pro qua quidem nō minus ambitiosus fui, quam pro imperio totius orbis terrarum. Nam quum accepisset Aristotelem vulgasse occultiora quædam, illum per epistolam his verbis obiurgauit. Alexander Aristoteli salutem. Quod speculatiuas edidisti disciplinas, id nequaquam mihi acceptum est, nec me hercle rectè egisti. Eam enim rem qua ceteris præstabam, iam omnibus dedisti esse communem, malueram equidem singulari disciplina, quam ingenti potētia ceteros antecire. Admiratus est etiam Xenocratis ingenium, cui quinquaginta talenta dono misit, certior factus illum præ angustia rei familiaris vix operam studiis sapientiæ nauare posse. Archelaus Macedonum rex Euripidem tragicum tanta beneuolentia complexus est, vt eidem cōsilia omnia crederet, & sæpenumero eum

*Diogenes es
se vellē nisi
Alexander es-
sem.*

Homerus.

ad cenam vocaret, quam quidem in multam noctem, delectatus poetæ suavi sermone, protraheret, qua ex re accidit, ut cum illius æmuli atque obrectatores liuore & inuidia exarsissent, redeuntem aliquando illum nocte intempesta à regis conuiuio, insidiis exceperint, ferocissimisque carnibus lacerandum præbuerint. Cuius interitum aded molestè tulit Archelaus, ut suprema illius non modò magno funeris sumptu prosecutus fuerit, verum etiam cinem tòsus, regiam faciem deformauerit, animique mœrorem corporis squalore cunctis indicauerit: nec antè pristinum habitum recipere voluerit, quàm interempti poetæ manibus inimicorum sanguine parentasset. Doctos etiam viros complures honore ac muneribus affecit Artuaides Armeniorum rex, celeberrimus, & vsque aded illorum ope Græcis literis eruditus, euasit, ut tragœdias scripserit, orationes plurimas ediderit, & hiltorias etiam cum laude composuerit. Quinetiã oratores, poetas, philosophosq; complures ex Hellade magno impendio aduocauit, ut eos sibi comites haberet, & cunq; illis (spretis Barbaris) familiarissime vilitaret. Imperatores Romanos consuldè prætereo, qui doctissimi penè omnes exire, & eruditos quosq; gloria, dignitate, ac muneribus affecerunt: tamen si priorem Africanum neutiquam silentio prætereundum esse duco, qui Quinti Ennij poetæ statuum in sepulchro suo collocari iussit ut posteri perpetuo cernerent quanti fecerit tertix terrarum orbis partis victor poetam illum, qui primus apud Latinos heroicum carmen scripsit, & gesta Romani popu-

Artuaides

Africanus minor.

licelebrauit. Malo tamen hoc loco regum exemplis vri, quando de regno præcipuè, scripturus sim, quamuis singuli Romani principes pro regibus habendi sint, ut qui etiam regibus ipsis imperauerint.

Sed hoc demum concludendum censeo, primos regum, ac principum comites esse doctos ac sapientes viros, qui & consilio & auctoritate adiuuât & regiam dignitatem illustrant. Testis sit mihi Cyneas Thessalus, vir dicendò grauis ac suavis, ut Demosthenis auditorem planè cognoscas. Hunc *Cyneas.* Pyrrhus Epyrotarum rex magno in honore habuit, & eo oratore ad complures ciuitates vsus est *Pyrrhus.* qui eas aded in Pyrrhi voluntatem pellexit, ut veram Euripidis sententiam esse ostèderet, qui ait *Euripides.* Omnia cõficit oratio, quam etiam hostile ferrum afficere nequiret. Atqui Pyrrhus ipse dicere solebat, plures à Cynea oratione vrbes, quàm à se armis expugnatas esse.

DE DILIGENTIA REGIS INDE-
ligendis oratoribus, Tit. VI.

MAGNAM itaque principes diligentiam in legatis oratoribusque diligendis adhibere debent, & cogitare in primis illos maiestatem ac dignitatem eorum à quibus mituntur, præ se ferre, & mentem atque animum eorumdem exprimere eos debere. Verus enim ac scita sententia illa habetur, qua dicitur. Quales oratores videris, tales eos à quibus

Legati. missi fuerint, expecta. Romani veteres, legatos de pace agenda, Caduceatores appellabant. Erat enim Caduceus, Mercurii virga, per quam ostendebatur deus ille medius sequesterque belli pacisque inter dissidentes esse. Ad hanc similitudinem oratores de pace virgam in manu gestabant, per quam sancti, intacti, inuiolabiles etiã ab hostibus ipsis habebantur. Legatum autẽ de bello, Fecialium dicebant, qui bellũ peractis sacris iũbete populo ex sacerdotali iure indicebat. Nunc autem indifferenter legati siue oratores dicũtur de quacunque agenda missi. Et certe magnũ subeunt onus legati virique excellentes esse debent, & ætate ac virtute probati. Quod quidem optimẽ intellexisse videntur Athenienses, cum præcipuẽ cum tres illos clarissimos philosophos Romam miserunt impetratum, vt multa eis remitteretur quinquaginta talentorum, quibus damnati fuerant propter vastationem Oropi, hi fuerunt Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, & Critolaus Peripateticus. Qui singuli seorsum in senatu locuti sunt varia dicendi figura, quæ ἐπιρωσις græcè dicitur. Nam Carneades violenta, Diogenes scita, Critolaus modesta oratione vsus est, exemplo Homeri, qui Vlyssẽm vberis, Menelaum gracili Nestorem verò moderata oratione dicentes inducit. Illi sitaque oratoribus in senatu magna laude sine interprete respondit Cæcilius Senator, fuitque omnibus admirationi quod cuiusque eorum dicendi formã expresserit, non modò doctrinæ & eloquẽtia, sed vultu quoque ac corporis gestu. Magno autem sepe numero acumine ingenij ma-

Carneades.
Diogenes et
Critolaus.
Atheniensium
legati.
Vlysses.
Menelaus.
Nestor.
Cæcilius.

gnaque calliditate ac versutia oratoribus opus est: vt Murio Scæuolæ contigit, cui legato à Senatu ad Carthaginenses missõ, duæ tesserae Punico ingenio oblatae sunt, in quarum vna pacis signũ inscriptum erat, in altera belli: eiusque arbitrio permissũ est vt vtrã vellet referret. Ille autẽ vtrãque sustulit, & ait Carthaginenses petere debere vtram mallet accipere. Et sic astuto consilio calũniam enasit, declarauitque Romanos potẽtiores dignioresque Carthaginensibus esse. Cn. quoque Pompeius ad Antiochum Syriæ regẽ orator à Senatu populoque Romano missus, vt bello se quo Ptolemæum laceßebat, abstineret: (infestabat enim Alexandriã regis Ptolemæi regnum) cum ad eum venisset, atque is prompto animo & amicissimo vultu dexterã ei porrexisset, inuicem ei suã porrigere nõluit, sed tabellas senatusconsultũ continentes tradidit: quas vt legit Antiochus, dixit se cum amicis collocaturũ. Indignatus Pompeius, virga quã manu gerebat, circulum fecit, quo inclusum regẽ non prius inde exire permisit, quàm Senatui respõsum daret, pacẽ an bellum cum Romanis vellet. Hæc quidem asperitas adeo regis animum fregit, vt se obsecaturũ senatui responderet. Magnam insuper laudẽ assecutus est Xenocrates Chalcedonius, qui ab Atheniensibus legatus missus ad Antipatrum, captiuos omnes quos nec bello Lamiaco ceperat, dono impetrauit, quos nec precio redemptos vt redderet exorari potuerat.

Oratores, sancti iure gentiũ habebantur: proinde intacti inuiolatique ab omnibus esse debent. Lartus Tolumnius Veientum rex quatuor populi

*Scæuola.**Valer. Maxim. lib. 6 de grauitate dictis et factis.*

Romani legatos Fidenis interemit, quorum statuas ad suam usque aetatem pro Rostris extitisse Cicero in Antoniū refert. Hi fuere quatuor, videlicet Chlælius, Tullius, Roscius Santius, & Fulcinius: qui vitā pro patria amiserunt: quam deinde populus Romanus famæ diuturnitate eis instauravit, ut perpetuū virtutis exemplum posteris præberent. Quinetiam illorū mortē ne utiquā inultam esse permiserunt. Fidenates enim qui manus suarū legatorum cæde polluerant, condignas dederunt penas: victi enim primo cæsiq̄ue magna ex parte ab exercitū Romano fuerunt, deinde omnes qui obsidioni subtracti sunt: sub corona venerunt. Vrbis quoque ipsa prædē, direptioni, igniq̄ue exposita est.

Cicero Philippica nona in principio.

Corinthus. Corinthus verò Achaię vrbis opulentissima, & Asiaticis Italiq̄ue mercatoribus opportuna, ex Senatusconsulto à L. Mummiō euerſa est. Nullā aliam ob causam, nisi quòd in ea Romani oratores ab Achaiis violati fuerāt. Eius vrbis calamitates miseratus Polibius, multa indigna atque impia se vidisse testatur. Signa complura illinc detulit Mummius, quæ Lucullo dono dedit. Eadē ille cum fortunæ ædem statuisset, illic consecrauit: ex quibus maiorem laudē Mummius, quàm Lucullus tulit. Quinetiam L. Minutius & L. Manlius quòd Carthaginensiu legatos pulsauisse dicerentur, volente populo Romano, iussu M. Claudij Prætoris vrbani per Feciales traditi sunt legatis, & Carthaginem ad supplicium missi.

L. Minutius.

L. Manlius.

Bellum etiā Illiricis, quia legatos Romanorum qui ad se missi fuerant, occiderāt, indictū fuit, quo

subacti, cum magna suorum cæde in deditiōem populi Romani venerunt. Fuerūt autem oratores qui ab eis cæsi sunt, P. Iunius, & Titus Coruncanius: quos Tensa regina, quæ eis tunc imperabat, interim iussit, cum illorum verba minus patienter ferre posset. Illis itaque legatis (quoniam pro republica ceciderunt) statuarū à populo Romano in foro positæ sunt, ut ereptæ vitæ breuitas, diuturnitate famæ ac gloriæ compensaretur.

*P. Iunius.
T. Coruncanius.
Tensa regina.*

Abstinentes vt sint oratores, omnino opus est, ne muneribus corrupti in alienam sententiam abducantur, quod crimen præuaricationi simile admodum habetur, & oratores ipsos suspectos reddidit eis, à quibus missi sunt Romanorum legati qui in Ægyptū ad Ptolemæū venerunt, regia omnia munera spreuerūt. Hoc cum animaduerteter rex eosdē ad cenā inuitatos aureis coronis inter epulas coronari iussit. Tulerunt illi coronas honoris gratia equo animo: verū postridie eius diei easdē regis imaginibus quas in Iouis tēplo suspexerāt imposituerunt, ne quid regij muneris auertere velle viderentur.

Continentiæ etiam virtute vt fulgeāt oratores expedit, ne id in eos agatur, quod in Persarum legatos egit Alexander Amyntæ Macedonum regis filius, qui cum cerneret illos à patre inuitatos ad cenam, insolentius se gerere in regias coniuges ac filias, è conuiuio illas euocauit, pollicitus venustiores cultioresq̄ue se confestim easdē esse reducurū. Atqui è vestigio mutato habitu iuuenes supponit ferro clanculum accinctos, quibus vt legatorū petulantiā coercerēt iuber: legati opinantes illas

*Megabyrus
Bubaris.*

Amyntas.

cōcinniores conuiuio redditas esse, licentius multo insanire pergunt, iuuenes verò turpitudinem non ferentes, districtis gladiis legatos trucidant. Megabyrus Perfarum præfectus rem indigne admodum ferens, Bubarim cum exercitu, vt iniuriã vlcisceretur, mittit. Ille re diligenter cognita, dixit oratores iure cæsos fuisse. Et non modò ab omni iniuria in Macedonas abstinuit, verùm amicitiam quoque cum Amynta rege contraxit, & eam affinitate firmavit, quippe qui illius filiam vxorem duxerit, & per illã quidem necessitudinem Amyntam regem, & eius filium Alexandrum Perfarum regi perpetuò commendarit. Sed hæc de oratoribus, legatissve dixisse satis sit. In eos nãque minus caute incidimus, & exemplorum suauitas nos fortasse nimium diu retinuit. Nunc autem sermo noster ad locum vnde digressi sumus redeat.

VNDE SYMATAVR RATIO BENE
*viuendi qua ad felicitatem ducit: &
 vter aptior sit ad bene beatèque
 viuendum REXNE AN PRIUATUS
 ciuis. Tit. 7.*



Atura homines nec bonos nec malos gignit, aptos tamen ad bonum, procliuēs autem ad malum reddit. Hoc ratio suadet, ingenium ostēdit, experientia edocet, & Aristoteles ex veteris Academiæ documētis testatur. Inserit quidem in nobis natura ipsa igniculos quosdam cælestes, & semina quædam virtutum, quæ si adole-

uerint, quamprimum in optimam frugem euadūt vt ait Plato Ex illis enim nascitur bene agendi rectèque viuēdi ratio, quæ omnes turbidos affectus comprimit, potentias disponit, habitus autem confirmat. Hæc semita nos ad felicitatē ducit, quæ per sese expetenda est: omnia nobis supeditat, nulliusque rei indiget. Ad quam actiones, cogitationesque nostras omnes dirigere debemus: Animi namque continuata actio secundum virtutem, summū hominis bonum esse videtur. Hæc est enim vera felicitas, hæc etiam illud bonum est quod diuinum à cōpluribus philosophis nūcupatur. Actiones enim secundum virtutem duces nobis sunt, & effectrices felicitatis: contrariæ autem nos in miseriam mœrorisque barathrum percipitant. Sed quæri plerūque solet, vter aptior sit ad bene honestèque viuendum, priuatūne ciuis, an ille qui cum imperio est? Et certè multa cōmoda esse videntur ei qui priuatam vitam agit. In primis priuatus illo minus luxuriæ indulgere potest, minus deliciis diffluit, minūque ocio abundat. Vrget enim res familiaris: pro victu vestitūque vt laboret opus est: parentes, liberos, familiamque vt alar expedit quæ quidem res industria, labore, vigilia, parsimoniaque indiget, & continua animi anxietate. Quibus rebus quicumque ex animo intentus est, voluptatū, libidinū, illecebrarum, deliciarūque obliuiscitur. Cogitur præterea legibus iudiciisque parere, quibus libidines, cupiditates, nequitia, immoderate que voluptates coercentur. Adsunt quoque familiares ac domestici obiurgatores, affines cōsanguinei, necessarij vicini, inferiores amici, qui

*Priuatorū,
luxuriam
cokibentia.*

privatum illum ratione, iurgis conuitiis, minis cō-
tumeliisque aded vexant, ut vix eum male agere si-
nant. Accedunt præceptores & magistri, qui maio-
re licentia eum erudiunt, & nō modò verbis sed
verberibus etiā in illum animaduertūt, utque mon-
itis obtemperet omnino compellunt. Quocirca
priuatus ille facilius eruditur, doctiorque euadit.
Nāque ut præclare Aristoteles ait, aspectus à con-
tinenti aère lumen accipit, animus autem à libera-
libus disciplinis. Hinc sententia illa Socratis manare
videtur, qui asserit difficile factu esse, ut is qui do-
ctrina aut scientia aliqua excellit, vicio aliquò im-
mergatur, quo veluti mancipium in seruitutem
turpiter trahatur. Ordinatio præterea ciuilis, quod
quidem ius vno verbo appellamus, & vniuersalis
illa speculatio *πολιτεία* à Græcis dicta, lōgè ma-
gis priuatos ciues quàm reges ac principes cōpel-
lit. His igitur adiumentis magna ex parte destitu-
ti esse videntur, qui ad imperij spem alūtur, quivē
ipsi imperant, nam solutiores sunt, nemini obtem-
perant, deliciis profluunt, ocio merguntur, nihilo
indigent, nullo nisi voluptuario labori insu-
dant. Nullæ leges eos coercēt, nullæ morum di-
sciplinæ, nullæ ciuiles institutiones, nullæ familia-
res obiurgationes, nulla amicorum monita, nulla
præceptorum aut seniorum documēta, sed passim
soluti exultant, veluti effrenes equi sine habena
aut fessore. Qui netiam secta seclas quamprimum
complurimos habent, qui gratiam illorum turpi-
bus obsequiis mercātur, & optatas voluptates, at-
que illecebras omni studio omnique diligētia eis
conciliant, & scelera cuiuscunque generis pro bo-

Aristotel.

Socrates.

nis atque honestis suadent, quibus ex rebus illi &
deteriores fiunt, & totam ciuitatem inficiūt. Prin-
cipum enim exempla facile omnes sequūtur. Vn-
de verum esse cernimus quod à Platone, Socrate-
que dicitur, Principes longe magis exemplo quàm
culpa peccare. Qua enim via vitia vberius in po-
pulum exeunt, & in omniū mentes irrepunt, quàm
publica, vbi maiorum exempla cernuntur? Tutissi-
mo clypeo tegitur ille, qui se sancta maiorum ve-
stigia terere offēdit. Pessimia autem homines rectè
omnia se agere dicunt, quæcunque per imitatio-
nem principum agunt.

Præterea in tanto fastu, tanta fortuna, tanta po-
tentia, tantæque maiestate constituti, vix æquo
animo à minoribus minūsq; dignis moneri emen-
dari, obiurgarique patiuntur: Per pauci etiam sunt
qui ad principum regūque aures liberum adi-
tum habeant. Et hi quidē nulla libertate loquen-
di vtuntur, sed obsequendo, adulandōque eis ad
blandiuntur: vera mendaciis concinnant, laudant
turpia, & pro egregiis haberi affirmāt, seuera odio-
sa esse omnibus dicunt: nequiora autem leuiorā-
que, iucunda. Sicque assentando, simulando, dissi-
mulandōque principum aures permulcent, & tali
aucupio se tucatur. His itaq; illecebris blanditijsq;
illecti illi ab incunte ætate, omnia quæ agunt sibi
licere existimant. Qua persuasione nihil infelicius
esse potest. Miser enim ille habendus est qui ex
voluptate viuit, & quæcūq; agit, sibi ipsi indulget.
Eiusmodi rationibus plerique inducti, priuatam
optimi viri vitam tutiorem præstātorēque esse
putant, & lōgè ad benè beatēque viuendū aptio-

Principes

Vn-
de verum esse cernimus quod à Platone, Socrate-

que dicitur, Principes longe magis exemplo quàm

culpa peccare. Qua enim via vitia vberius in po-

pulum exeunt, & in omniū mentes irrepunt, quàm

publica, vbi maiorum exempla cernuntur? Tutissi-

mo clypeo tegitur ille, qui se sancta maiorum ve-

stigia terere offēdit. Pessimia autem homines rectè

omnia se agere dicunt, quæcunque per imitatio-

nem principum agunt.

Præterea in tanto fastu, tanta fortuna, tanta po-

tentia, tantæque maiestate constituti, vix æquo

animo à minoribus minūsq; dignis moneri emen-

dari, obiurgarique patiuntur: Per pauci etiam sunt

qui ad principum regūque aures liberum adi-

tum habeant. Et hi quidē nulla libertate loquen-

di vtuntur, sed obsequendo, adulandōque eis ad

blandiuntur: vera mendaciis concinnant, laudant

turpia, & pro egregiis haberi affirmāt, seuera odio-

sa esse omnibus dicunt: nequiora autem leuiorā-

que, iucunda. Sicque assentando, simulando, dissi-

mulandōque principum aures permulcent, & tali

aucupio se tucatur. His itaq; illecebris blanditijsq;

illecti illi ab incunte ætate, omnia quæ agunt sibi

licere existimant. Qua persuasione nihil infelicius

esse potest. Miser enim ille habendus est qui ex

voluptate viuit, & quæcūq; agit, sibi ipsi indulget.

Eiusmodi rationibus plerique inducti, priuatam

optimi viri vitam tutiorem præstātorēque esse

putant, & lōgè ad benè beatēque viuendū aptio-

mendacijs

adulationis

gymnasia

est aula

principum.

rem quam eius viri qui in talibus deliciis à primis incunabulis educatus imperium gerit. Quæquidè ambiguitas sic simpliciter enunciata, nõ difficilem solutionem habet. Quis enim adeò est hebetis atque obtusi ingenij, qui non malit se similem esse Soloni leguntatori sanctissimo atque æquissimo? Aut quis non velit potius similis esse Socrati, quam Critiæ? Aut Bruto quam Tarquinio? Ille enim libertatem constituit, hic autem Romanorum regno impietate ac scelere sibi parito, non regio more, sed tyrannica libidine, ac seuitia abutebatur. Age verò, Brutum Numæ Pompilio confer, tunc regiam dignitatem priuatæ vitæ quis non antegulerit? Quauis ipse Numa anceps fuerit, priuatamne vitam, an regiam agere vellet. Nam ad oratores, quos ad se miserant Romani & Sabini, qui tunc in vnum conuenerant illumque qui delegerat regem, & in urbem vocabant rogabant, que vt regnum acciperet, eiusmodi responsum attulit, Omnis quidè mutatio vitæ periculosa est, verum illum cui rerum necessariorum nihil deest, & qui querelæ neutiquam obnoxius habetur, nihil aliud, nisi amentia à consuetis studiis transfert vt certa pro incertis relinquat. Romulum diuina soboles regno dignum fecit: mihi autem genus mortale est. Ille Marte genitus, vos bellatores optimos educauit, Ardentis animi, & robusti corporis rege vobis opus est. Ego autem pacis studiosus religionem rectaque iudicia sequor. His & eiusmodi sententiis regnum repudiabat adeò vt vix multis oratorum precibus, & necessariorum lachrymis exorari potuerit, vt regias habenas vltro

Numa Pompilij responsum ad Romanorum legatos.

sibi traditas moderari vellet. Sed postquam illas accepit, tanta virtute præfuit, vt eo regnante, neque bellum neque seditio, neque tumultus Romæ vllus exiterit: nullæ præterea inimicitia, nullæque insidiæ aduersus eum regnandi causa, vt adlolet, fuisse dicantur. Itaque populum Romanum iustitia & modestia sua ad mansuetudinem ac pacis studium transtulit, & ad vitæ cemitatem. Numæ enim tempore Iani templum tres & Iani templum. quadraginta iuges annos, quibus regnavit, clausum mansit. Agriculturam autem quasi pacis & ocij effectricem, magis quam diuitiarum ac voluptatum ministram amauit. Metum religionis omnibus perscrast, cultum deorum instituit. Sacra ac ceremonias ordinauit, dies discretuit, vt essent sacri *Sacra dies* in quibus diuina tantum curarentur; *Negociosi* vero, quibus humana. Annum certo dierum numero præscripsit: & ciuitatem optimis legibus firmavit.

Dicendum igitur erit, priuatos viros optimos, & virtute præstantes, qui suis rebus contenti, aliena non appetant, suisque fructibus alantur, alienis non egeant: deterrimis principibus qui omnia iniuste agant, aliena rapiant, luxuria, libidine, avaritia seuitiaque insultent, longe præferendos esse, optimo autem regi principive nulla ex parte conferri posse non magis quam si humana diuinis comparare vellemus. Singuli enim scriptores fatentur, ex omnibus humanis bonis nihil præstantius regno, nihil admirabilius, nihil denique maiore reuerentia dignum. Et certe regnandi munus diuinitus mortalibus tributum est, vt Homerus asserit,

& Iſocr. teſtatur, vt ſi ſi militudo quædam diuinæ
Perſæ ſuos cellitudinis in terris cerneretur.

reges vene- Perſæ Reges ſuos inter deos colunt. Maieſtatem
rantur vt enim imperij ſalutis tutelam eſſe opinantur. San-
deos. ctitas quidem regum auguſta eſt, vt Iulius Cæſar

Indigetes

in oratione quâ habuit in funere Amitæ ſuæ, cen-
 ſuit & inter mortales omnes plurimum ſemper
 polluit. Quinetiam Heſiodus, qui de diuina ſobole
 fabulatur, magnanimos, atque optimos reges
 cum diis enumerat, hiſque exemplo terrenæ po-
 teſtatis, ſi benè ſe geſſerint, etiam in cælo regendi
 res humanas officium aſſignat. Deos ex homini-
 bus factos priſci Latinorum Indigetes, appel-
 lant, quaſi inter deos agentes, Athenienſes verò

Caſtor &
Pollux dii
tutelares.

δοξοπέγς id eſt Iouis filios dicunt: & hoc nomine
 Caſtorem & Pollucem honoris gratia veneran-
 tur. Sed eoſdem etiã *ἑπίπεπυρες* cognomento
 vocant, quòd nauas in periculis ac tempeſtatibus
 ſaluos incolumèſque reddant. Hiſ etiam inter
 mortales, qui iuſte regnauerunt præmium ac mer-
 ces maxima eſt honor, gloria, & perpétua fama
 qua à populis in omni æuo afficiuntur, quæ (vt
 Heſiodus ait) diuina eſt futura, nunquam perit,
 nunquam occidit, nunquam omnino perimitur,
 Iniuſti autem reges ſæuiſſimique Tyranni in vita
 quidem ſua omnibus odio ſunt, poſt interitum
 verò à poſtèris perpétuæ execrationi habentur,
 & diuerſis pœnis ac cruciatibus apud inferos tor-
 quentur, vt aiunt tragici poëtæ, & perpétua igno-
 minia infamiæque apud ſuperos notantur.

Plutarc. in
vita Artaxerxis.

Optimi regis deterrimi tyranni exemplum in ead-
 dem familia quondam extitit. Artaxerxes enim

Perſarum rex duos & ſexaginta annos regnauit,
 cùm duos & triginta annos natus à patre relictum
 regnum accepiffet. Manſuetudinis verò, comita-
 tis & clementiæ laudem ſuper omnes alios reges
 aſſecutus eſt: quam ſummopere poſt obitum au-
 xit, celebriorémq; reddidit filius eius Ochus, qui
 eidem in regno ſucceſſit. Patris enim virtutes om-
 ni vitiorũ ſcelere adæquauit. Nam ſæuitia, imma-
 nitate, perfidia libidinèque tyrannos quoſque ter-
 rimos ſuperauit: veràmque ſententiam Dyonifio-
 dori Træzenij eſſe docuit, qui ait, Quis patrem
 laudabit, niſi improbus filius? Quafi laudem op-
 timi parentis longè magis homines celebrent, cùm
 turpem ac degenerem filium vituperant.

DE IMBECILLITATE HVMANÆ
 conditionis, de mente à deo homini
 data. Tit. 8.

Silenus (quem Bacchi alumnum vetu-
 tiſſimi fuiſſe fabulantur) poëta fuit, &
 myſteria Liberi patris, quæ Orgia vocā-
 tur & diuinos cantus, quos hymnos ap-
 pellant verſibus ac ſidibus cecinit. Is aliquândo per
 regionem quæ Mæonia primo ab antiquiſſimo
 rege Mæone, deinde ab accolis Phrigia nuncu-
 para eſt, iter habebat, & à latronibus excep-
 tus ad regem cuius iuſſu graſſabantur, perdu-
 ctus eſt, regnabat per id temporis eo loci Mi-
 das rex, cupiditate, & auaritia notior quàm
 virtute aliqua: quod quidem & diuinitus oſten-
 ſum fuiſſe aſſerunt. Nam cùm in cunis infans dor-
 miret, fornicæ in illius os tritici complura grana

congeserunt: qua ex re coniectores illum prædixit
 uitam futurum prædixerunt, sed omnium auarifi-
 simū. Rex itaque ut primum hominem conspicua-
 tus est, rogauit quisnam esset, & quāti se redimere
 vellet. Tum Silenus nomen professus se poetam
 esse dixit, & inopem admodum, nihilque omni-
 no aris pensitare posse: sed si se liberali animo di-
 mitteret, velle eum docere quid maximum à deo
 homini dari possit, & quid secundum: quæ duo si
 recto animo expenderet, præciosiora ei futura es-
 sent multo auro multoque argento. Rex verò audaciā
 viri, & magnā pollicitationē admiratus, iureiuran-
 do affirmavit, se liberum inuolaturūque eum esse
 dimissurum, si promissa illa præstaret, docerētque
 ea quæ profitebatur. Tum Silenus, accepta di-
 cendi potestate, suauissimis versibus cecinit, hanc
 sententiam Maximum munus homini à deo esse,
 non nasci: proximum autem in primo vitæ lumine
 occubere. Hoc cum multis rationibus perorasset,
 gratissimum iucundissimūque regi extitit: & li-
 berum illum, ut promiserat, dimisit, ac munusculis
 quibusdam pro naturæ suæ parsimonia Silenum
 affecit. Hac sanè sententia ducti Getæ, puerperia
 lugent, funera autem cantu iustique celebrant.
 Huiusmodi opinionibus mouemur ut imbecillita-
 tis humanæ conditionem considerare velimus, &
 cognoscere hominem, qui tanta se iactantia ef-
 fert, ac tanta superbia exultat dominatorēque
 orbis terrarum se esse putat, & dominum ac do-
 mitorem cunctorum animalium: animal esse
 mortale caducum, & omnium infirmissimum.
 Sapienter quidem, apud Homerum, Vlysses dixit:

Nil

Nil homine infirmum tellus animalia nutrit, Inter
 cuncta magis. Solus enim homo alienis semper
 opibus se tuetur, Nudum illum in terram natali
 die natura abijcit, & ad vagitum ploratūque ex-
 ponit, qui nisi manibus, pedibus ac toto corpore
 vinciatur, contrahitur quamprimum & quasi
 truncus inutilis fit, vel statim moritur: quodqui-
 dem ei optandum esse videtur. Sed quid dicemus
 quod singulis quibusque animalibus natura ipsa
 vestē parat: nā alijs vellera, pilos, setas, spinas pen-
 nas, squammas & his similia parauit: hominē autē
 sine vilo inuolucro aut integumento edidit? Alijs
 cibis paratissimus est, homini autem querendus
 multo studio, multo labore, multa vigilia, multā-
 que industria. Alis natura artes documentaque
 tradidit quibus se alant, corpūsque tueantur, per-
 nicitate, robore, volatu, sagacitate, odoratu, nan-
 do, desiliendo, ascendendo, luctando similibusque
 conatibus quibus & arma parata aptaque habent,
 ut promulcidem elephantes: vngues ac dentes leo-
 nes, pardi, vrsi, tigres: cornua tauri, cerui, dama-
 siluetres capræ: calces, equi muli, cameli: rictum,
 dentesve, apri, sues, lupi, canes: rostrum, aut adun-
 cos vngues, aquilæ, accipitres. Et ne de singulis
 diutius loquar, singula quæque animalia in sua
 specie, instituentē adiuantēque natura victitant,
 & nullis externis opibus indigent, præter homi-
 nem: cui nihil scire sine institutione atque disci-
 plina dedit, nisi vagitum atque eiulatum, ad quem
 quidem natus esse videtur. Proinde nequaquam
 admirandum est, doctos atque eruditos nonnul-
 los extitisse viros, qui dubitauerint meliōrne ma-

D

Getarum
 mos in filio
 rum genesi.

ter, an tristior nouerca natura homini fuerit, & fuisse etiã philosophos, qui de comtẽptu humane vitæ scripserint: & duriores alios qui mortẽ compluribus perũaserint. Nã prãter hæc incommoda quæ multa quidem sunt, affectus quæ plurimos natura turbidos admodum homini dedit, quorum magna ex parte belluæ ipsæ expertes sunt.

Animaliũ solus homo luctet. Solus homo in sibi simile sauit.

In solo homine luctus cernitur, & luxuria libidoque multiformis, & omni etiam tempore: sic ambitio, cupiditas, superstitio, futurorum cura, innumerabiliaque alia, quæ quidem longum esse in præsentia percensere. Sed hoc vnum nequam omnittendum censeo, reliqua animalia tuta quietaque degunt in suo genere, congregantur simul, contrarias vires communi imperu propulsant, non dimicant inter se leones, non pardi, non ursi, nõ lupi, non serpentes. At verò homini plura ac maiora ab homine ipso imminet mala quam à reliquis animantibus. Proinde deus optimus maximus (qui prima rerum omnium est causa, & princeps eorum quæ sunt, quæque esse videntur) soli homini præter cetera animalia, vt illum à naturæ detrimentis mundique periculis muniret, mentẽ dedit sibi ipsi simile, quæ cum creatorem patremque suum respicit, & à corporis cõtatione recedit, plenam perfectamque similitudinem auctoris sui seruat, hinc ratio manat, quæ gerendorum ordinem obseruat, causamque subnectit, vt quid quo loco facias aut dicas, intelligas. Hanc mentem veteres qui latine optime locuti sunt, animum appellarunt, vt esset diuinus ille spiritus in nobis, quo quidem intelligimus & sapimus,

Ex Macrobio in primo de somnio Scipionis. Homini mentẽ Deus sibi similem dedit.

quique ab omni concreione mortali est alienus: & vt Deus mundum, sic ille regit ac gubernat hominem. Animam autem vocabant præsci spiritum quo viuimus, crescimus, & sentimus, quæ communia nobis cum multis etiam animantibus sunt. Proinde senior Cato ille, cui castior antiquorum ætas Censorij nomen ab emendatis moribus dedit, dicere solebat animam ideo Sui datam esse, ne putresceret illud pecus ignauissimum, cui quidem in luto volutari sic est requies, vt homini calida aqua lauari, vt eleganter ait Varro. Sed hæc duo nomina confuse inter se iuniores vsurpant, & frequenter pro animo animam ponunt, cum proprie loquendo longe diuiniore sit animus quam anima hæc enim corporeo carceri addicta est, ille autem purior, nulli corporis custodiæ subijcitur. A puro quidem animo sine corporea ope insunt nobis cogitationes, rectæ intelligentiæ, agnitiones, consilia, terrenarum rerum ratio, cælestium contemplatio, præfagatio futurorum, & his similia. At perturbationes ipsæ, turbidique omnes motus, à coniunctione corporis animari nobis accidunt, qui nisi ab animo regantur, nos similes brutis animalibus esse faciunt. Hoc diuino animi munere affectus homo, iure optimo principatum orbis terræ sibi vendicat, & dominum domitorumque omnium animalium se esse iactat: patiturque etiam se μικρόκοσμον id est paruum mundum vocari, cum ad similitudinem dei mundum regentis ipse etiam corpus regat.

Animam.

Cato Censorius.

Cap. 4. lib. 2. Rustici.

Animus & Anima.

homini, quæ per naturam ei
desunt, Tit. IX.

EA omnia quæ dixi per naturam homini
desse, suppeditat ratio ipsa, & admi-
randa docilitas. Quæ siue sit Platonica
illa reminiscencia, siue memoria ex præ-
existente cognitione, vt aiunt Peripatetici, siue
tranque naturam sapiat, vt pars eorū quæ scimus
reminiscencia diuinorum, partē verò disciplina nobis
tradat, vt ex Pythagoricis symbolis colligere
possumus (nihil enim in hoc laboro) res profecto
admiranda est, adeo vt nihil maius aut diuinus dici
aut excogitari possit. Nonne magnū tibi atque ad-
mirabile videtur, infantē anniculū, aut bimulum,
aut ad summū trimulum, blæsa adhuc lingua ver-
naculo sermone conari, & materna verba, qua di-
ligentia per ætatem potest, imitari, aded vt paruo
tēporis curriculo innumerabilia vocabula discat,
plenum perfectūque sermonē hauriat? Cū vero
seprimū agit annum, tunc & tempestiuè literis im-
buitur, vt ait Hesiodus, & ad studia bonarum ar-
tium sese erigit, & quamcunque disciplinā facile
perdiscit, fitq; quā primū vir, & ratione & oratio-
ne nititur æqualib⁹ omnibus suis præstare. Hoc di-
uinum rationis munus aded hominem extulit, vt
humanarum diuinarūque rerum eum capacem
compotēque reddiderit. Cui non satis fuerit, se
suosque alere atque educare, nisi etiam arcana na-
turæ indagauerit, absconditas rerum causas per-
quisierit, terræ viscera effoderit, aurum, argentum,

& alia metalla eruerit, cælum cogitatione ac mēte
penetrauerit, ab itaque omnia scrutatus, mortales
etiam alios docuerit. Hic est ille Prometheus la-
peti filius, quem ignē cælicolis ferula subtraxisse, *Prometheus*
& mortalibus tradidisse poëtæ fabulantur. Fuit *Iapetus.*
enim primus, vt quibusdam Græcorū placet, qui
Astronomiam docuit, vel Atlas Libys filius, quē
Diodorus Siculo refert primum spherā inuenisse, *Atlas.*
multis seculis ante Archimedē Syracusanum, qui *Plinius ca.*
eam deinde perfectiorem reddidit. Atlātem cælū *56. li. 7. &*
humis sustinere faciunt, vt ostendāt primum il-
lum Astronomiā docuisse: & Herculem onus su- *ca. 8. lib. 2.*
bire quod illius discipulus fuerit, & fesso ac sene- *Diodorus li.*
scenti magistro successerit. Sed huius artis anti- *Hercules.*
quiora præcepta ab Ægyptiis sacerdotibus tradita *Phanices.*
fuisse authores sunt. Cicero aliis omnibus Phœ-
nices in hac disciplina antiquitate præfert. Sed Pla-
to hanc cognitionē præcis Græcorum tradere vide-
tur, vbi in Cratillo ait, Solem, lunam, stellas, ac cæ- *Deus unde*
lum vereres Græci primi deos putauerūt. Et cū *dicitur.*
cernerent illos currere, *θεός* appellarunt, *θεῖν*
nanque currere significat, inde tractū est, vt *θεός*
Deus diceretur, nomēque Latinum hinc ductum
esse plerisque visum est. Sunt tamen qui deum à
timore dici putent. Est enim *δέος* timor, quoniam
dei potentia omnibus formidini esse debeat. Sed
quicumque fuit qui hanc cognitionem hominibus
tradidit, certe diuinus potius quàm mortalis ha-
beri potest.

Omitto inuentionē literarum, quæ quidem præ-
ter omnes alias admiranda est. Pauculis enim notis
vniuersum hominū sermonē complecti videmus,

per quas memoria mandarentur doctrinæ ac disciplinæ omnes quæ sine his ieiunæ omnino esse mutæ pendè, atque elingues, & patua répotis diurnitate propter varios fortunæ casus interirent.

Liber pater cur deus habitus est.
Emerere & vendere Liber pater docuit.

Omitto etiam aliarum artium inuentores, quos tanti Ægyptij & Phœnicis æstimarunt, vt eos qui vitam humanam re aliqua inuenta excoluerunt, communes hominum patrōnos, ac benefactores esse putarent, & eosdē quasi deos veneratūtur, statuis, simulachris, templis, ædibus, delubrisque decorarent, eorum quoque nomina inter præsentissima numina referrent. Nōne Liber pater, quod emere ac vendere docuerit, & vinum vsui mortalium tribuerit, diadema regium gestamen, ac triumphum in honorem fortissimorum ducū imperatorūmve inuenerit, Deus habitus est? Et Ceres, dea quoniam frumentum glande vescentibus dederit, & pinsere, molere ac pultem panēque facere docuerit, Æolus quoque Tellenis filius qui rationem vtilitatēque ventorum mōstrauit vnde nauigandi vsus fluxit, ex quo multa cōmunis vitæ cōmoda manauerunt, in numē relatus est. Sic Amalphis honores meruit, qui magnetis vsu primus nauigantes edocuit. Ante enim ad syderū obseruationem cursum dirigebant, fallebātūturque sæpenumero, siue nubilo obscuroque cælo, siue montium oppositione. Quanta laude dignus existimatus est ille, qui primus domos ædificauit Athenis? Antea (vt aiunt) specus & tuguria erāt pro domibus, verūm Doxius Cælij filius, ex èplo sumpto ab hirūdinum nidis, lutearum ædium inuentor fuit, qua ex re diuinas meruit laudes. Chiron

quoque Saturni & Phillyres filius, qui herbarum medicamenta ostendit, diuinus habitus est, & Aristeus Atheniensis propter olei mellisque documentum, sicut & Tritorelemus, quod bouem primus aratro subegerit. Bellarophon verò hominem equo vehi docuerit, & ex equo certare Thesali, qui Centauri dicti sunt.

His igitur relictis ne nimius fortassè videar, cōcludendum erit, mentem ac rationem homini à deo datam, omnia suppeditare, quæ per naturam ei deesse videbantur. Nam cum eadem recte officio suo fungitur, libidinem coercet, iracundiam comprimit, voluptatem respuit, cupiditatem sedat & alias omnes animi perturbationes freno rationis subigit. Tunc virtutem ipsam effert, secundum eā agit, & ab ea nusquam discedit, cuius habitu atque actu nihil homini deesse potest quod ad benè beatēque viuendum pertineat. Atqui, vt Plotinus platonicus ostēdit, duo præcipuè præstat in mūdo deus, vnum quo mundum instituit, alterum quo illū gubernat. Hæc eadem duo animus in corpore nostro efficit. Nam beneficio ac virtute animi corpus formatur, & sic ab eodem etiam gubernatur. Hic rationē homini tradit, quæ dirigit eū ad optimū finem, id est ad actionem secundū virtutem. Agere enim honesta & laudabilia, vt Aristot. ait, ex his rebus est quæ propter sese expetūtur, in quibus humana felicitas esse cernitur, quæ quidem humanarum rerū est finis, & ad quā actiones omnes nostræ dirigātur oportet. Felicitas enim per se ipsa perfecta est, & nihilo indiget, cū singule aliæ

Plin. ca. 56. lib. 7.

res alicuius alterius rei gratia expectantur, præter felicitatem, quæ humanarum omnium actionum finis est, & idcirco summum bonum plerisque clarissimis philosphis esse videtur.

SAPIENTIAM DIVINA MENS HOMINI præstat, quæ societatem humanam instituit, cui fuit necessarium rectorem
unum Præfici. Tit. x.

Mens diuina soli homini cum deo communis.



Iuina illa mens soli homini ex omnibus animalibus à deo tradita, quæ illum ducit & regit, & curam honestarum cogitationum habet, cuiusque occulta agitatio secundum propriam virtutem ad dei agnitionem & ad veram felicitatem nos ducit, efficit ut homines semper cogitauerint quæ profutura essent, declinarent aduersa, sequerentur prospera, aspera autem fugerent. Hac itaque duce agnitionem rerum, & sapientiam nanciscimur, quæ tanto maiorem iucunditatem affert, quanto præstantior est qui per se sapit, quam is qui semper inquirat, aut causas rerum prorsus ignorat. Accedit etiam contemplatio rerum maximarum, atque occultarum, quæ solius sapientis est. Tunc enim agit humana mens secundum illud diuinum quod in se habet. Tunc non terrena cogitat ut mortalis, sed quantum potest, ad immortalitatem se erigit homo omniaque efficit quæ recta sunt, ut bene beatèque viuere possit. Ea siquidem est vera ac beata vita, quæ secundum mentem ipsam agitur. Proxi-

Beata Vita.

imum locum tenet illa, in qua ciuiles actiones versantur secundum virtutem, quarum particeps omnino corpus esse videtur. Per hanc tamen contemplationem proderit etiam sapiens rebus humanis, quibus semper aderit, ut deum etiam dicimus nostris actionibus interesse. Quæ quidem persuasio optima est cum cogitamus diuinum numen singulis quibusque horis nostris rebus interuenire, edicerèque ut non nisi recta agamus, abstinamus ab iniquis. Præclare certè illud Silij poëte ad Scipionem dicitur.

Idem iustitiæ cultor, quæcunque capeffes,

Testes factorum stare arbitraberè diuos.

Hæc quidem cogitatio efficit ut homo intelligat quanta beneficentia à diuina natura affectus fuerit, quantaque munera acceperit. Nam non celeritate modò mentis eum ornauit, ut ait Cicero libro primo de legibus, sed & sensus tanquam satellites attribuit: figuramque corporisabilem, atque aptam humano ingenio dedit. Nam cum cætera animantia abiecisset ad partum, solum hominem crexit, ad cælique quasi pristini domicilij conspectum excitauit: Tum speciem cris ita formauit, ut in ea penitus reconditos mores effunderet: quando hilaritatem animi vultu ostendimus, moerorem enim, tristitiam, formidinem, iram, furorem, tranquillitatemque frons, oculi & supercilia indicant. Hæc mente diuina, principid rerum humanarum acutiore ingenio viri, qui inter vagos illos atque agrestes homines versabantur, animaduertent hominem aliena ope indigere, cum neminem sibi ipsi satis esse cernerent. Proinde arbitrati sunt illum

per societatem sui generis cōmodius degere posse, & facilius consequi omnia quæ per naturam ei deesse videbantur. Et idcirco à syluestri vagaque solitudine in multitudinis cœtum, humanamque societatem illum deducendum esse duxerunt. Quo quidem facto quamprimùm cōiuncti inter se homines sermonem ex assidua consuetudine statuerunt, quo conceptum mentis exprimerēt; & consilia communicarent. Nam solus homo ex omnibus animalibus sermone distincto utitur, reliqua verò omnia confusa voce affectus suos indicant, ut boues mugitu, equi hinnitu, canes latratu, elephantes barritu. Sic coniuncti, deinde societate, mutuis officiis homines, dando, accipiendo, commodando mutuando inter se, facilius vitare cœperunt, & ferarum incursum communi munimento propulsare. Sed paulatim moribus corruptis, cum naturaliter quisque magis sibi, ac suis, quam reliquis studeat, vnusquisque rem suam agebat, proximique commodum negligebat: nec erat quispiam, qui pro cōmuni vtilitate laboraret, aut curam multitudinis ageret: errabantque veluti sine pastore greges. Idcirco cogitandum fuit ut esset aliquis qui aliis præset, cunctos regeret, pro omnibus excubaret, communi vtilitati ac commodo studeret. Elegerunt igitur virum aliquem virtute, sermone, ac fortitudine præstantem: & probitate ac moribus integrum, qui quasi pastor omnium esset. Proinde apud Homerum Agamemnon populorum pastor sæpenumero appellatur, id enim significat (ut arbitror) Ἀγαμέμνων siue per similitudinem, siue quòd præcis temporibus homines non deliciis aut vo-

Regni principatusque origo.

Agamemnon

luptatibus, sed pascendo pecori, aut agriculturæ in sudabant, vnde illud Ouidij.

Cerera luxuriæ nondum instrumenta vigebant:

Aut pecus, aut latam diues habebat humum,

Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est:

Sed iam de vitato quisque parabat opes.

Huic viro quem præfecerant, arbitria rerum permiserunt. Cùmque prudentiam eius cernerēt circa iusta honestaque versari, & ea omnia agere quæ eis commoda, vtilia atque rata esse possent, decreuerunt eum publicè alere, ut ab omni illiberali functione, quæstuosæve industria immunis esset, quandoquidem putarent illū sapientem à deo factum, non autem fossorem, aut aratorem, aut aliud quippiam eiusmodi, ut de Mergythe ait Homerus.

Pastorum quinto.

REGES HOMINIBVS

A DEO DARI

Tit. XI.

Reges à deo petèdi sunt. Oeta græcorum omnium clarissimus opinatus est neminem rectè impetare posse, nisi eum cui deus imperiū destinauerit: quocirca reges à deo petèdos sacrificiis litationibusque esse dicebat. Hanc opinionem secutus est Sanius Ægyptius philosophus non vulgaris. Nā cum accepisset Alexandrum regis Iouis Hæmonis filium oraculo fuisse salutatum, admirantibus cōpluribus ait, omnes homines sub dei imperio sunt: idcirco imperare, & principatum inter mortales gerere, diuinum quoddam

Reges à deo petèdi sunt

Alexander Hæmonis Iouis filius

munus existimandum est. Omnibusque rationibus parere dicebat deum communem hominibus parentem esse, verum peculiariter veluti filios sibi adoptare illos quibus imperandi regendisque potestatem permitteret. Priamus quoque apud Homerum Hectorem laudans eximia illum probitate præstare ait, adeo ut non mortalis alicuius hominis, sed dei filius esse videretur. Romanus etiam senatus, imperatores optime de se meritis postquam excessissent à vita, diuos publico consilio appellandos esse censebat. Quod nomen viuo homini neuiquam conuenit, ut apud omnes incorrupte, ac latine loquentes cerni potest, vnde illud Adriani Cæsaris apud Ælium Spartianum qui ait. Ego mihi diuum adoptaui, non filium, cum Ælius Verus quem sibi adoptauerat, præ mala valetudine mortuus esse videretur. Natiuitatem educationemque regum numinibus curæ esse, populi ac nationes crediderunt. Hinc orta est opinio Romulum à lupa fuisse nutritum, Cyrum à cane, Abidum autem à cerua. Firmati hac opinione Persæ, ut diximus, reges suos viuos auguste sanctæque colebant: proinde rursus, spueri, occidere, nasum emungere, & similia alia ante reges agere, nefas omnino habebatur. Post obitum verò eos in numina referebāt, & aris, templis, statuisque eorum hostias cædebant, & thura atque alios diuinos odores illis adolebant. Arcebant præterea à regum suorum aspectu principum omnium populorumque oratores qui illos adorare minime volebant: nec nisi per internuncium mandata exponebant: quod quidem eiusdem ex-

Priamus.

Adrianus.

*Ælius verus dicitur
Commodus*

*Romulus.
Cyrus
Abidus.*

emplo cernitur Ismenias à Thebaris ad Artaxerxem orator missus, monebatur à regis satellitibus, ut si ad regem aditum optaret, illum ut deum adoraret. Quod Ismenias pollicitus est facturum: & tamen ne quid à patriæ dignitate alienum ageret, in troductus in regni penetralia, cum regem in alto folio suspexit sedentem anulum è digito suo exemit, & illum ante pedes suos deiecit, & sic se flectens adorantis in morem anulum sustulit, mandataque tali illusionem adiutus exposuit remque patriæ optimè nauauit. Hæc Persicam salutationem cum victo Dario nimis ambitiosè affectaret Alexander maximam ciuium suorum contraxit inuidiam. Dicebant namque Macedones, pessime cum eo principe agi, qui se deum quam regem haberi mallet, quique mortali patre abdicato se dei filium existimari cuperet. Hæc quidem res multis exitio fuit & Callistheni philosopho in primis, ut nonnulli scribunt qui hanc barbaram assentationem magna verborum licentia execrabatur. Quod cum accepisset rex, graui ira excanduit, & eum insidiarum in se conscium accusari passus est, exegitque ab eo immanissimas crudelissimasque pœnas. Nam truncatis manibus abscissisque auriculis, & naso, labrisque mutilatis, deforme ac miserum spectaculum omnibus illum visendum præbuit: ac deinde eum in caueam cum cane quodam coniectum ad metum exemplumque ceterorum palam circumferri iussit. At Lyfimachus Macedo vir illustris, & virtute virumque gloria præstantissimus, qui Callisthenis doctrina summopere delectabatur, miserratur, tanti viri fortunam, pœnam potius libertatis

*Plutare. in
vita Artaxerxis.*

Persica saluatio.

*Alexander
ut deus adorari
voluit.*

loquendi quàm perfidię aut alicuius grauioris duriorisve culpe pēdentis, venenum ei in remedium miserandę calamitatis detulit. Quod aded iniquo animo rex tulit, vt Lysimachum ferocissimo leoni exponi iusserit. Sed cū in eum leo imperum aperto ore fecisset manum pallio inuolutam in os leonis insauit, auulsaque lingua feram, exanimauit. Quod cū vidisset Alexander admirationem rei in satisfactionem vltionis accepit, & non modò Lysimacho pepercit, verū etiam eundem deinceps chariorem habuit, propter misericordiam animi constantiam: & eundem honore quoque ac muneribus affectit, & digniore militia honestauit. Sed Callisthenes, vt alij scribunt grauius in Alexandrum sapius oblatrabat, & mordacior verborum licētia regem incessebat, Nam palam Homeri versum in illum intorquebat,
Et cecidit Patroclus, vir te præstantior olim.
Et rogatus ab adolescente quodam qui inter ministros Alexandri erat, quidnam agendo illustris fieri posset respondit, Si illustrius quempiam interemeris. Enimvero Aristoteles non immeritò dicere solebat Callisthenem magnam quidē eloquētiam assecutum, sed cum esse mentis inopem. Quinetiam Alexander ipse in illum sæpenumero inquit, Odi equidem sapientem illum, qui sibi ipsi nunquam sapit. Eum quoque monuerat Aristoteles, vt modeste cum viro illo loqueretur, qui vitę, necisque potestatem in linguę acie haberet.

Sed vt iam ad calcem procurrat sermo, concludendum esse videtur his rationibus atque exem-

plis imperium in homines, diuina prouidentia diuinoque nutu concessum esse, nec posse quempiam iuste aut diuturno tempore imperare, nisi eum cui deus imperum permiserit. Proinde regem orandum poscendūque à deo esse arbitramur, vt præci etiam putauerunt. Desiderata quōdam apud Persas progenies regia Mergydis vltimæ Cyri regis filij interitu, magna que inter principes disceptatio erat de regni successione. Inter senim complures virtute ac nobilitate aded pares esse videbatur vt difficilis ex eis esset apud populū electio, quocirca ab omnibus in hanc sententiam ventum est vt res religioni committeretur: pactique simul sunt, vt ad diem dictam omnes ante regiam primo mane equis veherentur: & cuius equus primus contra solis ortum hinnitum dedisset, is esset rex. Persę enim solem præcipuum deorum omnium esse opinabantur. & eidem deo albos equos sacrificabant. Cum ergo ad statutum tempus conuenissent, Darij equus statim hinnitum edidit, & segnibus tacitisque aliis felix auspiciū omēque domino primus emisit. Tanta autem moderatione reliqui vsi sunt, vt religioni confestim cederent, & ex equis defiliētes, Darium regem salutarent: Populus itaque omnis principum iudiciū secutus, quasi deo bene volente eundem regem constituit.

Non in dissimili exemplo versati sunt Tyrionum serui qui conspiratione facta, omnem liberum populū trucidauerunt, potitque vrbe laminis regis dominorū occupauerūt, omnia inuasērūt, duxes deligunt.

Ex Vale. ma. lib. 7. de sapienter dictis & factis. Persę. Mergys. Cyrus.

Herod. l. 3.

Sol aens apud Persas

Serui Tyrionum occisis d. laminis regis

runtque cōinges pro sua libidine, vnus tamen è tanto seruorum numero Stratonem seni domino, & vnico eius filio peperit, eosque clanculum occultauit: Sed cùm placuisset seruis de statu rerum deliberare, & vnum ex se ipsis, qui diis præter ceteros acceptissimus esset regem instituere, illum cōmuni consilio regem decreuerunt, qui postmodum eius diei orientem solem primus ostendisset. Tum ille qui dominum seruauerat, rem ad eum defert. Et hic à domino edoctus, cùm in campum ad auroram omnes conuenissent, occidentem cæli plagam solus spectabat cùm alij omnes orientem intuerentur, ludibriòque habebant illum Solis ortum ad occiduum spectantem. Sed vbi dies aduentare cœpit, is omnium primus in summo vrbs fastigio oriẽtem solem ostendit. Atque cùm non seruilis ingenij hæc ratio visa esset, pietatem suam in dominum omnibus confessus est. Igitur venia seni, filiòque eius omnibus data tanquam diuino numine reseruatis, Stratonem regem declarant, qui aliquandiu omnibus gratus regnavit, post cuius obitum regnum ad filium, deinde ad nepotes posteròsque longa ferie transiit vsque ad imperium magni Alexandri, qui dirum seruorum scelus omni fœditatis exemplo vltus est. Et ad hæc sententiam latis, nunc autem ad vltiora transcamus.

FORTV

FORTVNAM IN REGE OPTANDAM ESSE, FATUM, & fortuna quo intellectu differunt.

Titul. xii.



Mnium humanarum actionum nulla difficilius est quàm benè hominibus imperare. Nam & si virtutes omnes suppetant, in fortuna etiam optanda esse videtur: qua inclinante, populorum animi plerumque labuntur. Non enim solis barbaris fides ex euentu pendet, sed plures etiam alij illorum sententiam sequuntur. Vnde Plutarchus vir eruditissimus in pluribus disciplinis, hanc sententiam protulit, prudẽtiam, iustitiam, ac potentiam nunquam satis posse nisi comitem fortunam habeant, à qua pulchritudinem ac magnitudinem humanæ omnes accipiunt actiones. Sed fortunam nunc intelligo subitum & inopinatum euentum eorum quæ accidunt, vt Academicorum complures eam definiunt. Et illuc spectare mihi videtur sententiã illa Ciceronis cùm ait, Multa efficit fortuna inopinata nobis, propter obscuritatem, ignorantemque causarum. Quam etiam sententiam, protulit vbi ad nepotem scripsit: Felicitas est fortuna adiutrix bonorum consiliorum: quibus qui non vtitur, felix nullo pacto esse potest. Et rursum ad filium scripsit, Magnam esse fortunæ vim in vtranque partem quis nescit? Nam cùm prospero statu eius vtimur, ad exitum peruehimur optatos: *Fortuna nō* & cùm refluauerit, affligimur. *Nec illis auscultandum censeo, qui fortunam deam esse putant, in dea.*

E

cuius potestate omnia sint quæ ad homines pertinent. Hi enim prisca fabulis mouentur, quibus ex Hesiōdi figmēto dicūt, Fortunam deam esse, quæ hominibus bona & mala nō ex merito aliquo virtutum aut actionum, sed ex temeraria quadam voluntate tribuat. Proinde cæca à quibusdam poëtis surdâque esse perhibetur. Eius simulacrum cum cornu & gubernaculo fingebant, ut qui opinarentur illam & opes largiri, & humanarum rerum imperium habere. Qua opinione ductus Aristoteles in libris suis de institutione Reipublicæ scripsit, externorum bonorum fortunam causam esse. Et Liuius in omni re fortunam dominari ait. Hiccius, quoque de bello Alexandrino, eiusmodi verba scripsit. *Fortuna* plerumque eos quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriorem calum reseruat. Hanc etiam de fortunæ imperio sententiam secutus Maro, fortunam omnipotentem eecinit. Et Domesthenes in clipeo suo bonam fortunam scripsit, quippe qui opinaretur eam Reipublicæ deam dominamque esse. Huius numinis templum magnæ vestutatis Preneste fuit, vnde certa oracula per sortem eruebantur. Apud Antium quoque promoueri solita simulacra fortunæ ad danda responsa multi scribunt. Nec defuit Roæ Fortunæ duæ templum & ædes illa quam Lucillus magnis opibus construxit, in qua statuas magnorum artificiorū complures erexit, quas dono habuit à Mummiō, qui Achaim vicit & Corinthum urbem opulentissimam & dominam duorum marium, ex senatus consulto euertit. Nemesis quoque (quæ dea superborum vltrix habebatur, &

*simulacrum
fortunæ.*

in opusculis

nem. sis.

deorum ira esse credebatur) à plerisque poëtis pro fortuna habetur. Vnde Antimachus scripsit hanc deam consensu omnium deorum cuncta mortalium bona in potestate sua habere, & Adrastum omnium primum eidem sacram ædam statuisse ad Arsapum fluium pone Cyzicum urbem. Fuit etiam ei templum ad Rhamum Atticæ pagum, vnde etiam Rhamnusia appellatur. Sapientius multo Homerus sensit, qui fortunam nullam esse arbitratus, eius nomen in poëmatis suis nusquam posuit. Is tamen fatum asseruit, quam diuinam voluntatem esse definiuit, non impiam aut fabulolam aliquam sententiam secutus, sed à vera ac theologica ratione neuiquam aberrans. Non enim omnia, sed quædam tantum fato fieri existimauit: quod vel maximè ibi cernitur, cum increpat eos mortales, qui temere superos inculant in rebus suis aduersis, quum homines ipsi pro sua ipsorum vecordia atque ignauia malis suis causam præbeant. Actionibus siquidem nostris omnibus deū præesse putat, sed illarū partē naturæ permittere, partē volūtatī nostræ, partem autē subitis & inopinatis casibus. Hos autē casus fortunæ subiectos esse. complures etiam doctissimi viri arbitrantur. A fortuna enim ea fieri autumant, quæ præter animi nostri intentionem accidunt: ut si quis cultura gratia fodiatur agrum, & thesaurum inueniat cum eius rei causa non foderet, erat tamen fortuna incerta, Et quædoque eam in bonam, quandoque autē in malam accipiebant partem. Nam pro rerum euentu secunda vel aduersa dicebatur: ut si quis aurum fodiens, subito cuniculi

Rhamnusia

*Homerus
fortunæ nūq̄
quam inuenit.*

*Fors fortuna-
na.* lapsu deficiente mole opprimeretur. Fors autem fortuna ab antiquissimis semper in bonā sumebatur partem. Eius numinis templum à Seruio Tullio Romanorum rege, secundū Tyberim, ut Varro scribit, extra urbē dedicatum fuerat : cui in magna aliqua felicitate sacrificabant. Cicero verò duas refert sententias : vnā eorum qui censent omnia ita fato fieri, ut fatum omni ex parte vim necessitatis afferat Alteram eorum quibus videtur nullam esse fatum, sed omnia referunt ad voluntarios motus animorum nostrorum. Platonici sapienter quidem fatum causarum complexionem, & prouidentiam dei, quam primam causam appellat, esse existimant. Posidonius verò fatum definit collisionem causarum ex astrorum motibus, vim efficaciamque trahentē. Hipparchus Eudoxus, Hecateus, & alij nonnulli Astronomiorum fatum virtutem constellationum immutabilem esse dicunt, quam tamen opinionem non omnes astrorum periti affirmant. Heraclitus enim Ponticus cum incidisset in versus illos Hesiodi, in quibus dicitur dierum omnium alios infelices, alios verò felices esse, poetam illum irrisit, asserens eum nō cogitasse naturam omnium dierum pariter dominam esse. Romanos tamen video hanc sententiam Hesiodi secutos esse, nonnullos enim dies infestos notabant, ut quinquagesimum ante calendas Sextiles propter Cremerensem, Alienensemque cladem. Multi veterum dixerunt fatum esse seriem causarum inuitabilem caelestium orbium mouentem. Sunt etiam qui durius sentiant, dicantque hanc seriem à deo neutiquam mutari posse.

in lib. de fortuna, & in topicis ad Trebatium.

Natura. Tit. lib. de ca. lib. vi. in prim.

Vnde Pythiam Cræso regi de illusionē oraculi *Pythias.* contra Cyrum per legatos quærenti respondisse *Cræsus.* ferūt; fortem in fato destinatam, ipsi quoque deo immutabilem esse Hoc etiam declaratur vetustissimo versiculo illo in quo dicitur.

Quod fore futurum est, ipsum exuperat Iouem.

Fatum facilius prævideri, quàm vitari posse doctissimi veterum senserunt: quod quidem declarauit

Iulius Cæsar. Nam cum peritissimus in studiis A-

stronomiæ esset, vidit ex natalibus suis Martias

Idus propter Scorpionis occasum sibi fatales esse:

easdem tamen cauere nequiuit, sed prædestinato

fato succus est, & quod præsciuerat, neutiquam de-

clinauit. Quid autem de Cæsare loquor, cum certam senatum populūque Romanū prædictum

multo antè fatū cauere non potuisset: cum decem-

uiri, qui libris Sybillinis præerant, cecinerunt

ad Aufidum non esse pugnandum? Et Martius va-

tes fore etiam prædixit ut Romani ad Aufidum

Apulię flumen vincerentur. Chrysippus Stoicorum

princeps fatum (quod quidem ipse *περσικὴν*

vocat, alij vero *εὐμαρδίην* definit esse sempiternam quandā & indebilem seriem rerum, ac catenam voluentē semetipsam, seque implicantem per æternos consequentię ordines, ex quibus apta conexaque sit. Hęc est aurea illa Homeri catena,

quam pendere de cælo in terram iussisse commemorat. Sentit enim à summō deo ad imum terrā

usque vnā mutuis se vinculis religantem, & nusquam interruptam esse connexionem. Hinc Cicero.

tursus Cicero in libris de diuinatione, Fatum inquit esse ordinē serięque causarū, cum causa cau-

Aufidus.

Chrysippus.

Ex Aulo gel.

ca. 2. lib. 6.

Catena au-

rea.

Homeri.

Cicero.

Fatum.

*Physici
Chryſippus*

ſam ex ſe gignit, eaq; eſt ex omni æternitate fluens
& ſempiterna virtus. Hæc phyſici cauſam æternam
vocant. Noſter autem Stoicus, ne à Chryſippo (qui
nō aliqua vt Homerus, ſed omnia neceſſitate fato
rum fieri putat) diſcedat, fatum definit neceſſitatem
eſſe omniū rerum, omniūq; actionū, quam nul-
lavis frangere poſſit ex dei diſpoſitione definitam.
Hanc opinionem cum ſequeretur Animianus
Marcellinus eiſmodi verba ſcripſit. Nulla vis hu-
mana vel virtus meruiſſe vnquam potuit, vt quod
præſcripſit fatalis ordo, nō fiat, Sed Pindarus lon-
gè ante eum dixerat. Non ignis fatum, neque
ferrea munimenta arcent. Sed Alexander Aphro-
diſeus mitiorem ſententiam protulit. Dixit enim
fatum nihil aliud eſſe niſi naturam ipſam quæ ſi-
cut ad rationem voluntatēque noſtram ne-
quaquam redigi poteſt; ſic & fatum inexorabile
omnino eſt, nulliſque viribus auerti flexiſue poſſit
ad hanc ſententiam redigitur etiam illud Homeri-
cum, Non eſt qui fixas Parcarum auertere leges,
Effugere aut poſſit.

Primum natiuitatis noſtræ diē viā ordiri, & extre-
mum dare, multi ſentiunt. Hinc illud Silij Italici,
Extremūque diem primus tulit.

Et tragicus noſter ait,

Primūque diem dedit extremum.

Nec diſtat ab hac ſententia illud Maronis,
Stat ſua cuique dies,

Sed hanc ambiguam obſcuramque quæſtionem
aliis relinquamus, fatiſque ſit ſi vltro fatemur ve-
niam aliquam indulgendam eſſe his qui opinan-
tur non modò virtutes omnes ciuiles ac militares

*Maro 10.
Aeneidos.*

regibus principibūſve neceſſarias eſſe, ſine quibus
bene imperare non poſſint, verūm proſperam e-
tiam fortunam expetendam optandamque eſſe.
Hinc illud Æneæ ad filium,

Diſce puer virtutem ex me, verūmque laborem,
Fortunam ex aliis,

quū ſibi ipſi minus felix ac fortunat⁹ eſſe videretur

Ageſilaus Lacedæmoniorum rex, qui exercitui
rotius Græciæ contra Tyſſaphernen cum ingenti
præſuit gloria, vir fuit omni virtute clariffimus
nam ingenij acumine, animi probitate, conſilij ſa-
pientia, fortitudine, robore, celeritate, tollerantia,
omnes anteibat. Is tamen fortunam ſemper formi-
dauit vt qui eam præter hominum poteſtatem eſ-
ſe cerneret, & poſſe etiam paruo temporis mo-
mento rotius vitæ laudem labefactare, atque obſ-
curiorem reddere. Quocirca ſæpe numero dicere
ſolebat, non eos qui bene ac proſpere viuerent,
adhuc felices ac fortunatos eſſe habendos, ſed eos
qui glorioſe morerentur. Proinde *εὐθόνατον*, quā
iſe apellabat, hoc eſt bonam mortem felicitatem
eſſe dicebat. Hæc eſt verus illa ſententia, qua qui-
dem dicebatur, Alius de alio iudicat dies, ſupre-
mus autem de omnibus.

*Dictum no-
tandum.*

Nos verò à principe quem deſcripturi ſumus, ea
expoſcere debemus, quæ ipſe præſtare poteſt, quæ-
que in eo ſunt. Aliena enim quis polliceri poteſt?
Multa de Cn. Pompeij felicitate Cicero populo
Romano pollicebatur, quaſi illius fortunam in
conſilio haberet: ad id aſſequebatur exemplis
bellorum quæ ante geſſerat, in quibus proſpe-
ros ſemper habuſerat euentus, verūm quos ignorat

fortunam lubricam, volubilem, mutabilémque esse, quæ quidem humanam vitam nunc secundis, nunc aduersis rebus permiscet aded vt nullam vnquam felicitatem miseræ calamitatísve expertem euenire permittat: quam etiam beatissimus quisque versa (vt dicitur) fortunæ rota, ante solis occasum miserimus fieri possit, Fortunatus habitus est Paulus Æmilius quum regem Persem superauit, & cum captum cum tribus filiis in triumphum ante currum duxit. Sed fortuna eiusmodi læticiam nec solidam nec diuturnam ei permisit, verum domesticis funeribus eam miscuit: duos enim adolescentes peregre in indolis filios amisit, alterum quidem antequam triumpharet, alterum verò paucis diebus post triumphum.

*Paulus a-
milius.*

C. cotta.

C. quoque Cotta orator, Sulpitij æqualis, ante diem decreti sibi triumphum diem obiit, ex reclusa vulneris cicatrice, quod pluribus annis antè in prælio pro republica acceperat.

M. Marcelli infelicitas.

Ad hæc Cicero ipse pro restitutione M. Marcelli luculentam orationem ad Cæsarem habuit reditumque illius impetrauit, sed aduersate fortuna (quæ raro admodum stabilis esse solet) Marcellus restitutionis beneficio neuiquam frui potuit. Nefarie siquidem per scelus à Cneo Chilone cliente suo Athenis occisus est.

Fortuna a simulachris in pila cur sedebat. Pompeij ex cidium.

Sapienter itaque veteres pictores vt instabilitatem fortunæ ostenderent, eam in pila sedentem pingebant: non deam aliquam, quæ nusquam est, significantes, sed mutationem conditionis humanæ, & varios rerum euentus. Nam idem Pompeius, qui tot regna ac nationes vicerat, principa-

tumque in Romano senatu tandiu tenuerat, & à virtute rebusque gestis cognomentum magni meruerat ad spædonum proditorumque libidinè in Ægypto trucidatus est, & eius caput, quod paulò ante terror gentium extiterat, hosti dono datum. Nec minimum etiam fortunæ ludibrium fuit Persei (quem modo dixi in triumphum ab Æmilio ductum fuisse) legitimum filium ad spem imperij tot gentium ac nationum educatum cernere, ferrariam artem exercentem necessarii victus quærendi gratia.

Videndum tamen est, ne culpæ nostræ crimen in fortunæ instabilitatem reijciamus. Fieri enim solet, vt errata nostra diluètes, casibus assignemus, vt mali gubernatores facere consueuerunt. Non pugnassem apud Pharsalum Pompeius, ac maledicebant æmuli, & oblatratores, eumque Agamemnonem vocabant. Atqui tutius ei fuisset male audivere, quam male pugnare. Non ei cum Armeniis aut Ponticis res erat, sed cum Italio Cæsare, qui trecentis in Celtas victor certauerat, & quadringentas nationes bello subegerat, adeo Romano populo formidanda, vt antiqua lege de senum ac sacerdotum immunitate scriptum fuerit, nisi Celticum instaret bellum, quo quidem imminente & sacerdotes, & senes in armis esse oporteret. Cæsaris quoque milites à Gallis germanisque inuicti plura gesserant bella quam quispiam recensere posset, & mille vrbes vi expugnauerant, & decies centena milia hominum occiderant. Segnius quam promptius cum illis certandum fuerat. Si cunctando Pompeius certamen aliquandiu detre-

Pompeij so-
lertia belli-
ca

ctasset, actū certē de rebus Cæsaris extitisset. Desperatio milites eius fortes ac strenuos longē magis effecerat. Omnes enim aggressus hostiles præsidii suis Pompeius interceperat, præclusisque itineribus omni comæatu terra, marique milites Cæsaris arcebantur, adēdō ut ex herbis siluestribus confectum panem comedere cogēretur. Nec res hæc Pompeium latebat. Nam trās fugæ nonnulli eius modi panem ad eum detulerant, ut latitiam perfunderetur. At ille neutiquam exultauit, sed sibi cum bellis pugnandum esse exclamauit. Pōpeius autem nihilo indigebat omnique comæatū affuebat. Adēdō enim re nautica præstabat, ut quocumque vento spirante, vndique, aut frumentum aut pecuniæ, aut equi, aut milites ei adueherentur. Cæsar autem terra marique angustiis vndique circumseptus, fame inopiæque rerum omnium compulsus, necessario pugnam capessere cogebatur. Et hoc à natura mortalibus insitum est, ut propter admodum exequantur, quod per difficultatem piget inchoare. Iniuit igitur pugnam Pompeius siue proprio consilio (nullis enim pacis conditionibus auscultare vnquam voluit) siue militum suasiū, qui vltro prælium deposcebant, & illum carpebant ut certaminis detrectatorem, affectatoremque diurni imperij) siue infinito militum numero fretus, septem enim millia Pompeianorum equitum contra mille Cæsarianorū in pugna futuri erant: & peditum infinita multitudine excellebat. Quibus quidem copiis elatus, indubitata sibi victoriam persuaserat: vsque adēdō, ut quum classem omnium Romanorum im-

peratorum maximam in anchoris religatam haberet, neque eam accersiri iusserit, neque ex ea auxiliij quicquam aduocauerit, cum oportune admodum id efficere potuisset, Et ut cunque res ageretur, in quenuis euentum præsidium maritimum perutile admodum extitisset vel ad victoriam nauticam, vel ad meditandum effugium. Quæ ex re negligentia vecordiaue incessitur Pompeius, & ex euentu argumentum calumniae æmulis & obrectatoribus suis præbuit, experientiaque docuit verum esse, quod ex veteri sententia usurpari solet, Gnaram assuetamque paucitatem, longē plurimum ignaram insuetamque multitudinem præcellere. Proinde Magnus ille ex superioribus victoriis nuncupatus, ut primum quidem equitum suorum fugientium surgentem puluerem vidit, omisso omni imperatorio munere officiove, lymphato attonitoque similis in castra se recepit, & quum hostem victoria vndique exultantem in se tendere cerneret, Tucaminij castra exclamauit. Tum subito mutata veste, pauculis comitibus ac seruis comitatus, præcipitem fugam corripuit. Cæsar autem victoria potitus, summa alacritate in hostium castra penetrauit: & in Pompei tabernaculo, ut mensæ suæ ministris prædixerat, defedit: & cenam quæ Pompeio parata fuerat assumpsit. Similiter quoque victor exercitus hostium epulis magna cum hilaritate repletur. Quid igitur dicemus? Fortunæ hoc ludibrium extitisse, an temerariū ambitiosi vāsani que animi consiliū? Hoc si intelligere volumus, audiamus. Cic. verba ad Pōponium Atticum virum grauissimū scriben-

tis de republica. Valde timeo, nec adhuc ferè inueni qui nõ concedendũ putaret Cæsari quod postularer potius quàm pugnandum. Atqui si ferro omnino decernere statuerat, cautior diligentiorque esse debuerat. Quid idem testis in alia epistola de eodem dicat, audit: Cui. autem noster, O rem miseram! vt torus iacet, non animus ei est, non consilium, non diligentia. Reliqua illic legenda sunt, vt intelligamus qualem se præstitit Pompeius.

Carthaginenses.

Proinde seueritatem Carthaginensium culpæ meritò nemo possit qui ex senatusconsulto imperatores illos in crucem tolli iubebant, qui prospero etiam euentu prauo consilio rem gessissent. Felicitatem enim illam ciuitatis Genio tribuentes, remeritatem imperatoris vlciscebantur. Præster igitur se immunem ab omni temerario consilio, quicumque vult fatum aut fortunam incusare, alioqui non euentum, sed seipsum criminabitur. Princeps verò quem describimus, humanæ mentis sublimitatem cognoscat: nihil temere, nihil incòsulto, nihil imprudèter, aut pœnitendũ agat: proinde omnia circumspeciat, Turpe est enim dicere non putauit, vt maior Afrfricanus dicere solebat: Agat etiam splendide, constanter, grauitèr honestèque quicumque agit: nec properandum, sed maturandum in rebus arduis magnisque esse ducat. Præclare Cæsar Octavianus dicere solebat. Nihil minus in optimo duce, quàm festinationè celeritatèque esse optandum. Sed celeriter fieri, quicumque bene fiant. Et Fabius Maximus, non quòd promptior fuerit, laudè immortalitatis, & gloriæ perpetuum

Octavianus

Cæsar.

Fabius Maximus.

cognomentum assecutus est. Nihil ita expectet quasi certo futurum, nihilque cum acciderit, admirandum, inopinatum, aut nouum accidisse putet. Omnia ad suum arbitrium referat, secum habiter, secum meditetur ratione in omnibus regatur. Et quanuis aliena audiat consilia, tamen illis examinatis, suis sententiis suisque iudiciis nitatur, Romanos imitetur, qui res omnes magnas & prospere gestas in deum auctorem referebant. Et hac opinione ducti vetustissimi non victori coronas dabant, sed soli deo. Vnde Homerus neminem viritum coronat, sed eas cælo & belli præsidio deo tribuit. In sacris quoque certaminibus apud Romanos non victor sed victoris patrij Penates Genique pronuntiabantur coronari. Quinetiam triumphantibus dabantur coronæ, vt eas in templis dicarent. Recto etiam sit animo rex, & impatiens superioris, Abiectos, & subiicientes sese, libenter adiunct: & præcipue illos qui miseri sunt, quum hoc facere videatur tanquam maior. Nam quotiescunque discedit æmulatio, succedit humanitas, vt ait oratorum maximus. Et vt ad Romanum populum inquit Maro:

*Romani.
Homerus.*

Tu regere imperio populos Romane memento
Hæ tibi erunt artes (pacisque imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Et hæc hæctenus.

*præesse: sic vnus principatum
reliquos omnes antere.*

Tit. XIII.

Vnitæ.

Naturæ ratio edocet omnem multitudinem ab vno incipere. Agit enim in omnibus natura quod optimum perfectumque sit secundum singulorum speciem. Sed vnitæ ipsa quæ dicitur *μονάς* eiusmodi est, vt ex ea omnia fieri, & in eam omnia resolui veteres sapientes putauerint. Cuius sententiæ auctorem fuisse dicunt Musæum Atheniensem Eumolpi filium, qui multò ante Homerum poëtatus creditur. Sic & qui Pythagoras Samius principium rerum omnium vnitatem esse arbitratus est, & ex ea infinitam dualitatem, veluti materiam auctori vnitati præberi, subiectamque ei omnino esse. Hinc dicere per similitudinẽ possumus vnitatem imperare, reliquos autem numeros parere. Proinde dicimus vnus viri principatũ longè præstantiorem esse quàm multorum. In multis enim vnitæ quædam requiritur ad omnes consultationes, actus, & electiones: nam plures benè ac rectè regere ac gubernare non possunt. Hoc sane in ciuilibus societatibus cernimus, quæ tandiu seruantur, augenturque, quandiu speciem illam ac similitudinẽ vnitatis imitantur: cum verò illam deserunt, statim occidunt, vel grauiter ægrotant, donec per vnitatem ad pristinam valeditudinem redeant. Præstat igitur id quod per se vnicum est, his omnibus quæ per se diuisa, separa-

Musæus.

*Vnius imperii
multitudine
uti-
lius.*

tæque sunt, & vnitatem quandã per imitationem fictam desiderant. Hoc quoque à Mathematicis, qui numerorum rationem scrutantur, manifeste ostèditur. Vnitæ enim, quæ *μονάς* ab illis dicitur, mas est, eadem & fœmina, par & impar, nec per se numerus, sed fons & origo numerorum, principium & finis omnium, cum ipsa principiũ & finis omnino expers sit. Proinde ad summum refertur deũ, & ad mentem illam, quæ ab ipso creata deo, vices temporum ignorat, nunquam senescit, sed semper in eodem æuo permanet, & nunquam occidit. Vt igitur in vniuerso mundo omnia regit deus, in partibus animi mens, in multitudinẽ mēbrorum cor, aut cerebrum, quando quidem omnis naturalis gubernatio ab vno manat: sic quoque consentaneum esse viderur, vt cuiusque collectæ multitudini vnus potius præsit, quàm plures. Virtus siquidem vnita (vt Academici & Peripatetici quoque sentiunt) potentior longe est quàm dispersa, & vtilior ad omnes bonas ac rectas actiones. Cernimus enim ciuitates quæ à pluribus gubernantur, seditionibus & intestinis odiis plerumque laborare, illas autem quæ ab vno reguntur, cõcordes esse, vt quæ iustè legitimèque imperanti, æquo animo pareant, vtròque obsequantur sine æmulatione aut obreftatione aliqua: quibus quidem ex rebus perpetuæ sunt & bonis omnibus affatim semper abundant. Quinetiam ciuitates atque respublicæ ipsæ quum bellorum calamitatibus aut maximis difficultatibus premuntur ad vnitatis remedium se conferunt, nullaque ratione alia facilius euadunt, quàm si res om-

Mathematici.

*Mēs animū
regit, cor,
aut cere-
brum, cor-
poris mem-
bra.
Academici.
Peripateti-
ci.*

Romani. nis ad vnus arbitrium redigatur. Romani in ma-
 gnis periculis dictatorum vnum creabant, cuius
 imperio omnia permittebāt. Et idcirco Dictato-
 rem appellari Varro arbitratur, quod illius dicto-
 omnes auscultaret obsequereturque. Licinius Ro-
 manus ciuis, qui magna diligētia de antiquitatibus
 scripsit, retulit Romanos huius magistratus exem-
 plum ab Albanis, à quibus magna ex parte origi-
 nem ducebant sumpsisse, qui post Amulij Numi-
 torisque mortem deficiente regia sobole annuos
 Dictatores designabant, qui regiam potestatem
 haberent Theophrastus quoque in libris suis de
 regno scripsit, ciuitates Græcas in rebus difficili-
 mis ad modicum temporis eiusmodi magistratus
 instituisse, quos Æsymnetas vernaculo verbo ap-
 pellabant: quemadmodum Mytilenæj elegerunt
 aliquando Pittacum contra exules qui cum Alcæe
 erant, vt Dionysius Halicarnassæus etiam testatur.
 Romani itaque id eò faciebant, quod clarè cognos-
 cerent in vnus principatu maximam auctorita-
 tem esse, liberam sententiam, consilia non ambi-
 gua, iudicia in rebus ordinandis potiora, & execu-
 tiones promptiores alacriorisque: & hoc consilio
 è multis periculis non semel euaserunt, ac penè vi-
 cti, victores extiterūt. In difficilimo cōtra Latinos
 bello Anlus Posthumius ad Regillum lacum Di-
 ctator emicuit, & aduersus Æquos re male gesta
 apparuit. Quinctius Cincinnatus dictator factus, &
 ab aratro accersitus, quamprimum victos hostes
 sub iugum misit, & ad optatum agellum rediit.
 Sic etiam Fidenates antè victores, Marco Æmilio
 dictatore victi sunt. Et Fidenæ captæ Furius quo-
 que

que Camillus Dictator primum obsessos per an-
 nos decem Veios cepit, & rursus cum Galli Seno-
 nes fusis Romanis ad Alliam fluuium urbem cepi-
 sissent totam præter Capitolium, & coacti fame
 Romani mille auri pondo iam spondissent. *M. Æmili⁹*
Furius Ca-
 millus. *millus.* Camillus Dictator crea-
 tus cum exul esset aduenit, & Gallos vrbe expulit,
 ac trucidauit, pristinamque patriæ libertatem
 vindicauit, Romanumque populum, qui iam
 Veios migrare volebat retinuit. Longè etiam
 post cum tot cladibus à Carthaginensibus duce
 Anniballe acceptis, post Cannensem etiam cala-
 mitatem (à qua per fugam euasisse in laude fuit)
 res Romana in vltimo discrimine versaretur, Di-
 ctatorem creati placuit, & Fabius Maximus desi-
 gnatus est, qui cunctado Annibalis vires attriuit,
 & rem Romanam restituit, donatusque est à se-
 natu populoque Romano & ab omni etiam Ita-
 lia graminea corona qua nulla fuit nobilior. *Corona gra-*
minea. Nā ceteras omnes singuli duces militibus qui opti-
 me pugnauerant dabant: hæc autem non nisi in
 summa desperatione vnuerso exercitu seruato
 seruatori illius decernebatur. Idcirco etiam obsi-
 dionalis vocabatur, liberato ab obsidione exerci-
 tu. Legebatur hæc coronâ viridi de gramine de-
 cepto eò loci vbi obsessos seruasset. Summum
 enim signum, summæque victoriæ confessio fuit
 apud veteres, cum victi herbam victori porrige-
 rent. His igitur exemplis intelligere possumus, ex
 sententiâ eorū qui virtute & armis imperium om-
 nium gentiū quesierunt, rerum publicarum status
 in magnis periculis magnisque calamitatibus nul-

la alia ratione seruari saluariq; posse, nisi ad vnus viri impetium redigantur. Quinetiam in bellis intestinis, in quibus Romanus populus in seipsum ferrum conuertit, post diram sauitiam atque immanitatem Lucij Syllæ, qui à ciuium iniqua cede ac carnificina felix cognominari voluit, post Cinnam, Marium, Carbonem, & alios qui præmium in medio patriæ prædâ posuerunt, & pro patriæ tyrannide certauerunt, postquam ad Pompeij Cæsarisque seditionem ventum est, cōplures prudentes atque optimi ciues publicè assererant, nullo pacto ab intestina lue rempublicam curari posse, nisi delato imperio ad vnus arbitrium. Hanc sententiã Cicero, qui nunquam nisi de optimo statu reipublicæ cogitauit, manifeste docuit, cum ad Pomponium Atticum scribens inquit. Ego autem vsque eo sum eneruatus, vt hoc oculo quo nōc tabescimus, malim *τυραννείσθαι* (hoc est tyranno gubernari) quàm cum optima spe dimicare. Illos verò inter se non de republica, sed de tyrannide certasse clarus ostendit in alia quadam ad eundem Atticum epistola, his verbis. Cum Cæsare aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio. Depugna, inquis, potius quàm seruias vt quid? Si victus eris, poteris, si viceris, tamē seruias. Vilitas redigendæ rei ad vnus arbitrium apparuit.

Caesare rerū potito. Nam continuo seditiones intestinas cōpressit: pacem non modò vrbis, verum etiam Italiæ & vniuerso terrarum orbi præbuit, instaurantes bella coercuit, leges, iudiciãque instituit, labascentem Romanum populum erexit, nutantem Italiam firmavit, ciuibus pēperciit,

lib. 2. epistola. 14.

Caesaris beneficiis in reip. suo singulari imperio.

inimicis indulsit: exules proscriptosque restituit. Tunc vetustissimum illud oraculum verum esse apparuit, quo consulentibus Phrygibus de fine ciuiliū discordiarum respondit Iupiter Rege in seditionibus opus esse. Proinde Gordius vir prudentissimus, sed humillimæ sortis, vt qui cūductis bobus araret, iussu dei rex constitutus est: qui discordias omnes virtute atque eloquentia compescuit, & summa cum æquitate diuini imperauit. Hic nodum indissolubilem in templo suspendit, ex quo Phrygiæ fata pendere dicebatur. Quem longo tempore post cum soluere nequirit, abscidit magnus Alexander. Gordio successit Midas eius filius, regum omnium opulentissimus, cuius posteri longa serinē regnauerunt, vsque ad tempora Alexandri, qui eos exegit. Cæsare vt ad rem redeam plarūque clarissimis viris qui contra se arma tulerant, veniã dedit, ex quibus Brutus ille exitit, à quo deinde occisus est: quo primum post Pharsalicam victoriam non cōparente, graniter indoluit Cæsare & illum diligēter perquiri iussit: cumque tandem incolumis perductus esset, summa hilaritate atque læticia ab eo exceptus est tantæque beneuolentia & honore à Cæsare affectus, vt à quibusdam eius filius crederetur. Nec temere forsitam. Seruilia enim Catonis soror, & Bruti mater, adolescētē Cæsarem miro amore cōplectebatur. Quinetiam inter vulnera cum ab illo cōfoderetur, exclamasse Cæsarem testatur Tranquillus, Græcis his verbis *οὐδὲ τέκνον* id est, & tu fili? Sed & alios nonnullos ciues patriæ causa liberos dimisit Cæsare, à quibus deinde peremptus est, quum

Phryges. Gordi⁹ dei iussu rex cōstitutus. Gordianus nodus. Alexander. Midas. Cæsaris clementia.

Seruilia Bruti mater.

eos internosceret, rursus exclamans ait, Men ser-
uasse ut essent qui me perderent? Et certe repu-
blicam & vniuersum imperium optime cōstitu-
erat: Aded ut verè admodum in senatu dixisse vi-
deatur Antonius quum inquit, Nationes, reges,
potentatus, & quæcūque ab oriente ad occiden-
tem sunt, Cæsar nobis virtute ac potentia subegit,
& legibus & benignitatē clementiæque firmavit.
Non est ergo mirandum populum Romanum vi-
uo Cæsari templū cōmune cum dea Clementia
condidisse, & plebem ei solidam columnā prop-
viginti pedum Numidici lapidis in foro statuisse,
inscriptā Patri patriæ, apud quam longo tempo-
re (ut Tranquillus etiam refert) sacrificare, ve-
ra suscipere, & cōtrouersias quasdam, interposito
per Cæsarem iureiurando perseverauit. Nec por-
ro immeritò eiusmodi munera, & complura alia
ei delata sunt. Nullam enim mansueti ac clemen-
tis animi officium vnquā omisit, Pompeij disre-
ctas à plebe statuas reposuit. Quod cum accepisset
Cicero ait, Cum Pōpeij statuas erexit Cæsar
suas fixit. Et cum Alexandriam inuassisset: Phoni-
num & Achilem Pōpeij interfectores interemit.
Quocirca verum esse cernitur Quod Plutarchus
Chenorētis scripsit, Cæsarem rerum potitum nul-
lam crudele facinus aut tyrannicum vnquam
exercuisse, sed in principatu se quasi clementis-
simum mediū à deo datum omnibus in rebus
ostendisse. Proinde cum populus Romanus adeo
desiderauit, ut infestus atque inexorabilis eius in-
terfectōibus semper extiterit, criminique idē au-
ctor Bruto objicit, quod cum à Cæsare seruatus

esset, & quoscūque voluisset, etiam ex captiuis li-
berasset, prælatūque ab eo omnibus ferè amicis
esset, facta tamen conspiratione per dolum illum
cōfoderit, quod si nulla gratia, nulla in se collata à
Cæsare beneficia cum mouebāt, cui quod viuerat
incolumis que esset, iure optimo acceptum referre
debuisset, nonne illius potentiam, virtutem, for-
tunam vereri debuit? Cuius etiam solam nomen
Parthorum & Indorum reges summum capere
non sinebat. Ipse quoque Brutus ad Ciceronem
scripsit, ut idem Plutarchus meminit: Bonus pro-
fecto vir erat Cæsar, sed progenitores nostri mites
etiā dominos non tulerunt. Verè de seipso vati-
cinatus est Cæsar, quum renunciarentur ei non-
nullæ coniurationes, conuētūque nocturni, quos
quidem non vltiā arguit, nisi ut ostenderet eosdē
sibi notos esse: & ait nō tam sua quàm reipublicæ
interesse ut saluus esset. Se iam pridem potentiam,
gloriæque abunde esse adeptum, rempublicam
verò si quid acciderit, neque pacatā neque quietā
fore, & aliquanto deteriore cōditione ciuilia bella
subituram. Quæ quidem omnia, ut prædixerat, &
longe duriora acciderunt. Sed ad Brutum redeo,
quæ opinor antiqua maiorū suorum persuasione
id egisse quos cernimus summa gloria esse affectos
quod exactis regibus rempublicam statuerint, id
quod ipse quoque se facturum purabat, qua opi-
nionē ductus ad Atticū scripsit, Optimo in statu
mentē se locatam habere, aut enim victor Roma-
nam rempublicam liberabo, aut moriens à serui-
tute euadam. Sed cum iam ciuiliū bellorum per-
tēsum esset, res vnius imperium quasi adiuuante

C. Cæsaris
vita.

Brutus.

Reip. inter
erat Cæsare
saluum esse.

deo inclinabant, quæ Bruto omnia recta consilia, omnemque lætam fortunam (vt dicitur) auferrebat. *Aeschylus* quidam poëtæ sententia est, occasiones malorum diuinitus dari his hominibus, quos Deus propter eorum delicta punire voluerit. Nil æquo animo audire poterat Brutus, quod contra reipublicæ rationem diceretur. Erant inter amicos, & conturbinales eius philosophi duo, *Stallius Epicureus*, & *Pharnus Stoicus* *Catonis* scelerator, Hi inter se (vt moris est) aliquando in disputationem inciderant. Affirmabat enim multis argumentis *Pharnus* ciuile bellum longè durius esse, quàm vnus viri imperium, quod contra legem non esset. *Stallius* autem acutissimis rationibus ostendebat, viri sapientis non esse, ob ignauam imperitamque plebem periclitari, & anxio semper animo pendere. *Labeo* cum his sermonibus interresset, cõtra vtrumque sententiã suam protulit: sed cum obiecta illorum minus diluere ac dissoluere valeret, tacuit Brutus, vt qui contra sententiam suam loquentes iniquo ferret animo, & philosophos illos deinceps à tabernaculo suo prohiberi iussit. Claruit deinde multo magis post varias multiplicésque reipublicæ calamitates vnus principis imperio ciuiles discordias sedari. Vt primum enim *Octavius Cæsar* rerum potitus est, ita passim omnia quienerunt, vt post aduersam maris tempestatem residentibus cunctis ventis, & placido surgente solet fluctus omnes desidunt. Quocirca ex *Mimatij Planci* sententia *Augustus* appellatus est, quasi augurio ac felicitate populi Romani consecratus, vel (vt *Suetonius* scribit) ab auctu, vel

ab auium gestu gustãve imperium namque auxit, & urbem pro maiestate imperii excoluit. aded vt non iniuria gloriaretur se marmoream relinquere, quam lateritiã accepisset. Et vt *Strabo* Ceteris ait nunquam tanta pacis facultas, tantæque bonorum omnium copia Romanis ac focis affluxit, quantum suppeditauit *Augustus Cæsar* postquam imperij habenas accepit. Cretenses antiquam habuerunt rempublicam. Erant enim in ea insula complures vrbes, quæ omnes inter se societatem seruabant: & communi iure communi que consilio regebantur, Harum præstantissima erat *Cnosos*, quam *Minois* regiam *Homerus* appellat. Secunda *Gortina*, Tertia *Cydonia*, Quarta *Lycum*. His *Radamãthus* vir iustitia & æquitate clarissimus primus leges dedit, quas *Iouis* iussa se afferre commentus est, vt duriores homines ad ciuilem vitam facilius redigerentur, quibus legibus noua decreta diu post addidit *Minos*, quem poëta dicit annos nouem regnasse, *Iouis* mandata rursus ex antri abditis penetralibus captaisse. Horum quidem leges tanti fuerunt, vt eas optimi omnium Græcorum & *Lacedæmonij* imprimis (vt *Plato* in libris de legibus refert) imitati fuerint, hæ sanctiones rempublicam instituerunt ex omni populo commixtam, cui tamen rex vnus præerat, quod intelligerent legumlatores illi prudentissimi turbida esse multitudinis in rebus dubiis consilia, nisi ab vno aliquo veluti gubernatore in aduersis tempestatibus regerentur. Secundo enim vento remiges ipsi facile cursum sine nauarcho dirigunt. Fuit olim apud Cretenses antiqua sanè

Calis rex. regum profapia à Cælo illo, qui quando primus deo sacrificauit, nomen suum numinum domicilio dederit, deinde à Saturno, & Ioue, & eorum posteris, qui primi in ea insula regnauerunt, de quibus multa poëtæ fabulantur. Rex apud eos belli potestatem habebat, magistratus iudicia agebant. Populus autem magistratus senatumque creabat. Non dissimilis admodum huic erat Laconica respublica. Quas quidem regias familias habuerunt Spartani, quarum vna Eurytionida altera Agida vocabatur. Harum originem ad Herculem vsque referebant: nec vnquam passi sunt regnum vlla ex parte decidere: nec ipsi reges maiora vnquam quaesuerunt, quam quæ principio regni maiores eorum per leges accepissent. Hoc temperamento Lacedæmonij affecti sunt, vt principes Græciæ haberentur, & Herculi similes dicerentur. Nam sicut hæros ille leonis pelle amictus, & claua armatus, iniquos homines, immanesque omnes coercerat, sic illi scutica & pallio volenti Græciæ imperabant, dominatus enim iniustos compescabant, bella dirimebant, factiones sedabant non vi aut armis, sed vnico oratore misso, cui statim omnes obtemperabant, parebantque vltro. Tanti apud singulas qualque nationes eorum dignitas habebatur, & vsque adeo auctoritate, iustitia optimis institutis, mirificaque æquitate pollebant vt aliæ etiam gentes ac nationes ab eis peterent non classem, non militem, non aurum, sed vnum spartiam ducem, cui obsequerentur: quo accepto se tutos, atque hostium victores fore arbitrabantur, vt Siculi Gilippum petierunt, Chalcidenses Brasidam, Asiatici Lylandrum, Callicratidam, & Agefilaum, Carthaginenses verò Xantippum quo imperante quum pluribus præliis semper victi extitissent, exercitum Romanorum (cui *Chabrydium* apud Artilius Regulus præerat) profligauerunt. Et cum deinde inuidia perciti Xanthippum ingratis ac perfide demississent, deo vltori omnium scelerum penas victi dederunt, planèque didicerunt, mutato duce, fortunam viris que exercitus etiam mutari. Neque ab re dixit ille quisquis fuit, tutiorem Ceruorum exercitum esse duce leone, quam leonum duce ceruo. Harum igitur duarum ciuitatum auctoritate atque exemplo constat, non posse rem multorum imperio bene geri, nisi eis vnus præsit, qui veluti gubernator nauim resistentibus fluctantibusque ventis in portum salutis impellat. Huiusmodi reges qui mixtam ac penè communem cum populo potestatem habebant, agenda omnia ad senatum populumque referebant, vt eligerent in rebus dubiis semper quæ potiora essent. Quod quidem & Homerus probare videtur, sepe enim Agamemnon belli principes consulit quid facto opus sit, & inter plures sit confutatio, tamen si nihil arduum vnquam deliberasset, nisi prius Nestorem in consilio habuisset vt ab eo cogitam rationem haberet quid agendum esset. Arist. quoque eligibile, consultabile affectabileque esse dicit: & electionem, consultationem, aut agendum, aut non agendum affectationem esse definit. Hactenus superioribus argumentis, & exemplis satis abunde probatum sit, naturale imperium vnus esse hominis, & vnum longè melius imperare, quam plures: deinceps au-

TITVL. DECIM. TERTIVS 45

Plutarch. in Apophth.
Agamemnon.
Nestor.
Aristot.

tem in sequenti volumine ostēdemus iustum imperium, vnius esse regnum, & regem bonum iuste imperare

Libri primi finis.

LIBRI SECVNDI AD EVNDEM
ALPHONSVM.

prooemium.

*Eupolis.
Alcibiades.*



Eratosthenes.

Theophrastus.

Zaleucus.

Timæus.

*Græci scriptores fur-
ti se inuicē
accusant.
Ephorus.*

Viris Samius rerum Gæcarum scriptor eximius, securus quorundam vanam ac futilem opinionem, qui vel Alcibiadi æmuli atque infensi erant, vel comicam dicendi libertatem ac licentiam oderant scripsit Eupolin Comicum poëtam ab Alcibiade cum Atheniensium classe in Siciliam nauigante, in mare demersum extitisse. Hoc cum legeret Eratosthenes, vir in historia diligentissimus, illum irrisit, quod per incuriam ac desidiam malis auctoribus nimiam fidem adhibuisset, attulitque nonnullas fabulas, quas ille longè post ea tempora docuisset. Theophrastus verò Peripateticus communem multorum imitatus opinionem, asseruit Zaleucum Pythagoricum leges Locrensibus civibus suis scripsisse, id tamen à Timæo Platónico reprehensum est, & tanquam falsum repudiatum. Luctatur inter se cōplures Græcorū, alter & alterum furti ac mendacij criminatur. Ephorum caustrius & Lyfimachus accusant, Theopompum Appolonius & Nicagoras. Sophoclem Philostratus, Pollio Crosū & Herodotū. Nec abstinerunt

quinā à Platone, dicunt enim illū à Protagora, Pythagora & Epicharmo Siculo multa accepisse, sicut Aristoteles ab eo, & à Socrate, & à plerisque; aliis deinde abstulit. Hęc eo consilio dixi Alphonse duci atque imperatorum omnium fortissime, vt intelligas exemplorum omnium quæ huic volumini interuimus, partim ex auctoribus Græcis eruta esse partim è nostris sumpta. Illi inter se plerumque varij ac diuersi sunt, nostri verò non semper cum eis cōueniunt. Proinde nō erit mirandum, si à Livio, Val. aliisque Latinis aliqua ex parte nostra dissentiant. Varietas nanque scriptorum, varietatem quoque facere solet eorum qui illos imitantur. Luctantur sanè inter se Græci scriptores (dicam enim quod sentio) neq; furaces tamē ob id aut mē daces eos esse arbitror, cum se inuicē accusant. Fructus enim legendi est, modestè admodum in rem suam cōvertere, quæ ab aliis optime scripta sunt quamquam ingenuitatis officium esse duco, ingenuè fateri, per quem proficimus, sin minus id fieri possit, quādo non omnia destinato operi quadrāt, cauendū esse, ne benè dicta in deterius corrūpamus vt de Hyperide Apolonius grammaticus ait, qui multa illum à Demosthene abstulisse refert, quæ ex optimis pessima fecerit, ne manifestum furtum cernere iur. Neque etiam eos mendaces dicerem, qui cum doctis pluribus errarent. Communis error tolerabilior esse videtur quàm singularis, grauior enim culpa eorum haberi solet, qui soli peccant, quàm eorum qui cum multis aliis delinquit quorū error reprehendendus magis est, quā culpa punitēda. Facit autem sepe historiam ancipitē, no-

*Aristoteles
les furti ac
cusatur.*

*Livius.
Valerius.*

*Fructus
legendi.*

*Spina.**Spinetum**straboli. 5.*

minium mutatio. Videmus nanque montium, fluminum, urbium, regionumque nomina alio tempore aliter fuisse nuncupata. Tarratinam, quam nunc dicimus Trachinam, Aufurempnem vetustissimi appellabant, Pestum Posidoniam, Puteolos dicæarchiam, sic etiam Venetiam Henetiam siue Euganea, Padum verò Eridanum. Ferraria, quæ nunc vrbs opulentissima ac pulcherrima est, paululum quidè à priscis sedibus remota, vt quæ Barbarorum latrociniiis atque excursionibus crebrò vexaretur. Spina quondam dicebatur. Pelasginim per mare Ionium ad Italiam yecti, vnum ex Padi ostiis Spinetum nomine occupauerunt, & pone eius ripas urbem statuerunt, quam Spinam ab ostij nomine appellarunt, quæ breui deinde tempore interiecto ad maximas creuit opes, adèd vt diutius Delphos ad Apollinem decimas mitteret, vt Dionysius Halicarnassæus refert: & Strabo Cretensis testatur, thesauros peringentes in eodem templo ad omnes fortunæ casus deposuerit. Hæc Ferrariæ vrbs, per virtutem, sapientiam, celeritatemque tuam ex hostium faucibus superioribus annis eruta est. Teneri enim potentissimo exercitu terra marique eam obsederant, & hoste, fame, pestilentia adèd vrgebat, vt ciues iam de deditioe agerent, & Hereules eorum dux inclytus, qui cum soror tua illustrissima denupta est, fugam meditaretur. Tu verò rumore ac nunciis concitus, Neapoli, cum expedito exercitu (quem ad omnes casus paratissimū semper habes) Italiam penè omnem celerit cursu permessus, illuc aduolasti & quamuis aditus ad obsessos, nisi à cælo relictus

esse videretur, vi tamen & armis eiecto hoste, intra vrbs mœnia penetrasti, parvòque tempore assiduis congressibus atque excursionibus egisti, vt Veneti de statu urbium suarum solliciti, pacem æquis conditionibus pepigerint: qua quidem per te nunc etiam Ferraria fruitur, & iam instaurata pristini splendoris speciem ac decus recuperavit.

MVNVS REGIS IVSTITIAM

*Esse iustum vnius viri imperium,
regnum esse.*

Tit. I.



Alexander, cui magno ob virtutem cognomentum fuit, cum aliquid ocij à summis negociis nactus esset, venationis studio sumopere tenebatur: eamque in tigres, pardos, apros, vrsos, leonésque libentius exercebat, quam pecora inter inertia, vt optabat Iulus apud Maronem. Et illi quidem aliquando colluctatio fuit aduersus maximum ferocissimūque leonem, quem post magnam difficilēque pugnam summis viribus tandem stravit. Forte tum aderat Spartanorum legatus qui vehementer admiratus dixit, Vtinam, rex inclyte, pro magno aliquo imperio cum leone tibi esset certamen. Hæc tamen venatio tanti fuit, vt eam Craterus vir illustris, & Alexandro gratissimus, à Lysippo Leocharēque (qui præcipui omnium artificum eo tempore habebantur) ære conflatam Delphico Apollini suspendi fecerit. Cernebatur illic Alexander, qui leonem adoriebatur, & iuxta

*Alexander
ferociora animalia venabatur.*

Aeneid. 4.

*Spartanorū
legatus.*

Craterus.

Lysippus.

Leochares.

Apollo.

eum aderat Craterus inter canes, & alios venatores. Expressit enim Lyſippus ſimilitudinẽ Alexandri, & amicorum eius adeo, vt penẽ ſpirantes viſque eſſe viderentur. Sed ad Spartanum oratorem redeo, cuius ſententia illuc quidem mihi ſpectare videtur, vt intelligamus regem fortem eſſe oportere, non autem audacem, ferocẽmve, & quaſi vitę ſuę prodigum, ac contemptorem. Vbi tamen imperatoris periculum, magni alicuius momenti foret, vt res proſtigatas poſſet reſtituere: illic forti animo magnõque conatu pugnãdum eſſet. Secus autem ſi parum prodeſſe poſſet. Decet enim eum qui imperat, vt ait Theophrastus, ducis gladiatoris obire, non autem gregarij militis, aut gladiatoris in arena. Hi honeſte cadunt, ſi viritum certantes, fortiter ſe cõtra ſingulos hoſtes gerunt: Imperator verò pro toto pugnat exercitu. Pulchre itaq; Scipio maior ad quendam qui dicebat illum parum eſſe pugnacẽ, ait. Mater mea me imperatorem peperit, non autem bellatorem. Timotheus quoque Cononis filius laudatur. Nam quum quidam oſtenderet Athenienſibus cicatrices quas in bello pro patria imperator accepiffet, ridẽs inquit, Equidem valde erubefco, quòd quum Samum obſiderem, iuxta me ſagitta forte cecidit, qua exanimatus, non quaſi dux tanti exercitus, ſed quaſi ignauus tyro profugerim. Juſta imperatoris dimicatio fuit Publij Decij, qui tot Romanos ciues in preſidio obſeſſos propria virtute liberauit, & ſeruator à ſeruatis gramineam coronam accepit, quòd facinus quale fuerit, ex religione ipſa cerni licet: bo-nem enim album Marti immolauit, & ceterum ſul-

*Non oportet
regẽ eſſe vi-
rẽ ſuę pro-
digum.*

*Theophras-
tus.*

*Scipionis di-
ctum.*

Timotheus

*Tit. Liu. De-
ca. ca. li. 7.*

*Graminea
corona.*

uos, quibus virtutis ergò ab obſeſſis donatus fue-
rat. Juſta etiam dimicatio extitit, Q. Fabij Maximi
cum Minatium magiſtrum equitum, & eius exer-
citũ ab Annibale oppreſſum ſeruauit: qua ex re
pater à ſeruatis hono-
ris gratia appellatus eſt. Sed
ſi rectè iudicamus, proprium regis munus eſt iuſti-
tia, quam à Ioue eum dono accipere teſtatur Ho-
merus, non autem bellicas machinas, aut roſtra-
tas naues. Proinde eum Ionis diſcipulum vocat: &
non ferocem, audacem, aut immanem inducit,
ſed omnium iuſtiſſimum. Rex enim magiſtratus
omnes in ſe vno continet, & vniuerſorum lex ha-
betur. Vnde Demetrium Antigoni filium repre-
hendit Plutarchus, quòd expugnatoris vrbiũ co-
gnomen ambitioſe affectauerit, (cũ id à regis de-
cõro longe alienum ſit, nanque vrbiũ ac ciuita-
rum ſeruator cuſtoſque habetur, & dicitur) Lau-
dat autem Ariſtidem, qui quanuis inops & igno-
bilis eſſet, iuſti tamen cognomen per virtutem eſt
aſſecutus, quòd nullus regum aut imperatorum
ante eum optauerat, ſed expugnatores fulmina, vi-
ctores, aquilas, accipitrẽsque ſe appellari gaude-
bant, quaſi viribus & potentia potius gloriarẽtur,
quam virtute, cũ iuſti cognomentum deo & re-
gi admodum conueniat. Ex omnibus diuinis bo-
nis, folius virtutis homo particeps eſſe cernitur.
Idcirco ſi ſecundum eam viuit, nihilo egere po-
teſt, vt Stoici docent: & ſimilis ſit deo, ſin verò
ab ea alienus eſt, nihil boni habere poteſt, & à fe-
ris ac belluis nulla ex parte differt.

Diuitiã, opes, potentia, ſi iuſtitiam comitantur,
ſplendorem ſuum retinent: ſed ſi ab ea ſecernũtur,

Ariſtides.

obscuræ sunt, & turpitudinem temeritatēque augent. Isocrates quidem regi suo præcipit imprimi, ut videat ne deterior ipse melioribus imperet ne ve indoctor peritioribus. Et naturæ legē Dionysius Halicarnassensis esse dicit omnibus communem, ut deterioribus semper imperent meliores. Non erit igitur importuna definitio illa, qua dicitur, Rex est vir bonus, cui per generis dignitatem, vel per legitimam electionem concessum sit, ut ciuitates populōsque regat. Regere enim nonnulli interpretantur recte agere, quæ interpretatio si durior forassee videbitur, relinquatur à lectoribus, & nos lasisse putemur, si enim verbū minus acutē exponimus, rē profecto ipsam optime declaramus. Nec tamen alienum erit virtutem regis determinationi addere, eum Oratorem Cicero virum bonum discendi peritū esse dicat, & similiter Strabo poëtam: quasi nec orator dicere, nec poëta canere sine virtute recte valeat, multo etiam minus rex sine probitate bene regere possit, ad quam pertinet omnis virtutis moderatio: cuius quoque officium est iuste gubernare eos quibus præest, & illorum commodis semper adesse. Nam sicut medicus languentis utilitati, non suæ, & gubernator eorum quos vehit, consulere debet, sic rex eorum quibus imperat. Aliter rex neutiquam habendus esset, sed tyrannus, qui iniuste imperans omnia ad utilitatem suam metitur. Quocirca finis regis est, ut ait Socrates apud Platonem ciues suos ad fœlicitatem perducere: quod nequaquam nisi per virtutem assequi possit. Tyranni autem finis est eos quibus dominatur, in voluntatem suam

compel-

compellere. Et sic alter virtute ac ratione, alter verò vi ac potentia nititur. Hoc declarauit Timotheus cum dixit Mars quidem tyrannus est, cum statuat violenta omnia iusta esse: Rex verò communis omnibus lex esse debet, singulos enim ciues non benevolentia solum, verum summa quoque pietate complectatur oportet, & humanum se cunctis, faciliemque præstet, & illorum congressu atque cōsuetudine delectetur. Verè Isocrates inquit, non homine, non cane, non equo bene quispiam uti potest, nisi eo delectetur & eundem charum habeat. Rex quidem pro dignitatis, meriti, virtutisque ratione sic omnibus prosit, sicut sol omnibus lucet. Verum ædificia illa quæ patentiores fenestras habent, magis illustrantur, ut Aristoteles testatur. Virtus quidem omnium rerum mensura esse debet. Sic quoque rex se præster, ut meliores amet, mediocres diligit, reliquos autem non negligat, neque odio habeat sed cupiat meliores fieri. Sic ciuile præceptum illud Platonis imitetur, cum ait. Nec eo ordine rempublicam instituimus ut vnum genus in ea duntaxat fœlix existat, sed ciuitas vniuersa, quæ beatitudinem per solam iustitiam consequeretur. Sed si bonis animi externa quoque addere volumus ut Academicis & Peripateticis placet, dicemus Regem beatam ciuium vitam sic sibi præponere debere, ut sit ciuitas virtute honesta, gloria ampla, copiis locuples, opibus firma. Optimus enim pictor non solum oculos & faciem quamquam potiora sunt, penicillo exornat, verum totam quoque imaginem colorum varietate honestat. Nec perfectam dicimus imaginem illam

G

Socrates.
Plato.

Plutarin
vita Deme-
trij.

Isocrates.

Sol.

*Appelles.
Tyrannus.*

*Ludi lite-
rarj magi-
stri. puer.*

Veneris, quam vltimam Apelles pinxit, nam faciem & pectus politissima arte perfecit, reliquas autē corporis partes inchoatas reliquit. Tyrānus, nisi vilitatis aut voluptatis causa, diligit neminem: cui optimi potius quam deterrimi odio sunt. In fensus siquidem est omnibus qui virtuti studēt: nec patitur quempiam vltra alios sapere, aut in præclarum virum euadere, aut opibus augeri, aut amicis, clientibus, hospitibusve frui. Domini imperium in ciues quasi in seruos exercet: vt formidine perciti, nihil homine libero dignum agere audeāt. In timore enim nimio qui educatur, ignaui sūt, & seruilem abiectūmq; animū semper habēt. Literarj ludimagistri, qui minis ac verberibus nimis in pueros sæuūt, hebetiores illos tardioresque reddunt, & in odiū disciplinarum, bonarūque artium eos compellunt, quos nimia formidine coërcent: verberibus enim obdurant, vt pessima quæque mancipia quæ plagis assuescunt. Ingenia namque puerorum nimia seueritate emendationis deficiunt, & vt ait Quintilianus, quum desperant, dolēt, & disciplinam ipsam odio habēt: sic dum omnia timent, nihil conantur, malūque ignorare, quàm tanta cum difficultate perdiscere. Eodem pacto vecordes & ignaui fiunt ciues qui tyranni sæuitiam semper formidant.

Audiamus nunc Thrasylbulum, quid consulenti per internuntium Periandro Corinthio responsi per literas afferat. Thrasylbulus Periandro salutem. Præconi, quē ad me misisti, dissimulaui, nihil dixi enim cum per segetem, & altiores spicas bacillo decussi, vt ex eo qui corā adfuit, scitari poteris, &

quid viderit, audiueritve, intelligere. Tu igitur sic efficies, si tyrānidem tutò tenere cupis: Ciuitatis principes tolle, siue amici, siue inimici esse videantur. Tyranno enim potentes etiam amici exitio aliquando fuerunt. Non dissimili exemplo vsus fuit Sextus Tarquinij Superbi filius qui deceptis per dolum Gabiis nunciò misso patrem consuluit quid facto opus esset vt tuto imperaret. Tum ille mutuatus vt arbitror argumentum à Thrasiboli hystoria, nihil responsi nūcio dedit, sed delibera bundus sequente illo in hortū ædium descendit, ibique tacitus ambulans papauerum sublimiora capita baculo quem in manu gestabat, decutiebat. Nuncius verò fessus longiore mora, putans se ludibrio haberi vt re perfecta Gabios rediit. Quæ dixerit, quæque viderit, refert. At filius ex noto patris ingenio, sanguinarum consilium intellexit. Et cōfestim primarios ciuitatis per varias calūnias interemit, vt tutius tyrānidem exerceret. Si rectè autem iudicare volumus, vt optimus rex omnium mortaliū felicissimus habendus est, sic cōtra tyrannus omnium infelicissimus, sicut enim illi omnia tuta sūt, ita hinc omnia infirma, & insidiarū plena.

Alexander Pheræus tyrannorum omnium primus, ab vxore periit. Ea quidem Thebe dicebatur, quæ perosa viri perfidiam, sæuitiam, immanitatemque cum tribus fratribus suis quos habebat in necem illius cōspirauit. Et cum cerneret illū remotis satellitibus, à quibus custodiebatur, in secretiore cubiculi lecto altū dormire remoto per blanditias ferocissimo cane qui pro foribus cubiculi excubabat, & tenui lana stratis gradibus

*Sextus Tar-
quinij filius
Gabijs.*

strepitus hominem experefaceret, percussores fratres admisit, eosque, non modo hortata est, verum minis etiam compulit, perterritaque, ni rem strenue maturarent, se excitaturam virum, qui facinus vlcisceretur, & illorum vecordiam animaduerteteret, quo timore perciti illi cædem, maiore audacia peregerunt. Pherei ciues summa lætitia affecti, populariter metu liberati, cadaver tyranni omni feditate vncis ferreis tractum, laceratumque feris atque alitibus exposuerunt & illius vitam atque memoriam turpibus probris dirisque execrationibus damnauerunt: Theben autem, & eius fratres, vt patriæ liberatores, dignis honoribus, opulentissimisque muneribus affecerunt. Hoc futurum in somniis familiari suo Eudemo Cyprio prædictum scripsit Aristoteles. Nam quum Pheras urbem tunc nobilissimam in Thessalia venisset, quæ quidem sæuissima tyrannide tenebatur, in maximas febres incidit, adeo vt medici omnes illius salutem desperarent. Et tunc leniter dormienti secundum quietem iuuenis decora facie visus est dicere, fore vt quamprimum conualesceret, sed paucis diebus interiturum Alexandrum: quod quidem statim effectum est, & euasit Eudemus, & tyrannus trucidatus est.

Dyonisius autem Syracusanus filias quas conftriculas effecerat, quum adoleuissent timuit, & eandentibus iuglandium putaminibus barbaram sibi ac capillum exurebat, ne collum ac guttur tonsori committeret. Et allocutus populum, quum singulos quoque formidaret, ex alta turri concionabatur.

Alexandri.

Pherei miserabile funus.

Pheras urbs Thessalæ.

Quid quod corporis sui custodia non necessariis, non ciuibus credunt, tyranni, sed seruis, peregrinis ac barbaris satellitibus, & illis præcipue, quorum opera in conciliandis toris, turpibusque voluptatibus ministrandis abutuntur? At Isocrates, iustissimam regum custodiam non turribus, propugnaculis mœnibus satellitibus, aut armis contineri inquit: sed amicorum præfidiis, ciuium beneuolentiâ, propriâque virtute: quibus quidem opibus regna & imperia non modò seruari, verum in dies augeri ac propagari asserit. Planè etiam cognoscat oportet, rex, non se dominari vt hominem, sed vt rationem regere. Est enim custos boni & equi, & quasi animarum ius. Proinde qui ad eum accedunt non tanquam ad hominem aliquem verum ad ipsam iustitiam atque æquitatem accedere videntur. Ipse autem rex non sibi, sed aliis laborat. Vnde verum esse cernitur, quod Academicus veteres & Peripatetici affirmant, Iustitiam alienum esse bonum, non autem illius qui secundum eam agit: sed iusto satis mercedis ab honore & gloria rependi. Ille verò cui hæc non sufficiunt, non rex habendus est, sed tyrannus, qui non vt ratio, verum vt homo imperat, tenditque ad proprium commodum, non autem ad vtilitatem eorum quibus præest. Nã vt Plato asserit, tyrannis est, cum vi compulsi ciues iugum seruitutis violenter subeunt regnum autem quum vltro parent, parèmq; dimensionem iustitiæ & officiorum expectant. Regem in iuredicundo non gratia, non amor, non odium, non timor aut alia quæuis animi perturbatio à recto seiungit, sed semper in eodem iudi-

Isocrates.

Rex ius animatum.

Iustitia est alienum bonum.

Tyrannis quid. Regnum quid.

cio perseverat, nec res similes dissimilibus sententiis iudicat: quippe qui leges ipsas imitetur, quæ semper & firmæ sunt & nullo aspectu mouentur.

Sequitur quoque prudens rex maiorum suorum vestigia qui rectè ambularunt & eorum iudicia sibi ad imitandum proponit. Præiudicium quidem apud veteres Romanos semper magni momenti extitit, præbebat enim futuris iudiciis similibus rerum quasi firmissimum exemplum, à quo discedere iniquum esse videbatur. Est enim præiudicium, res quæ quum statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum ut idem iudicent, ut apud Ciceronem in Verrem cernitur.

Heroes quidem præcis seculis ideo diuinis honoribus à gentibus ac nationibus venerabantur, quod iniuste, impiè, aut crudeliter imperâtes coercerent atque vlciscerentur. Diomedes eius Traciæ partis rex, quæ Maronia dicitur, quam Sthenos fluuius alluit, mandendos aduenas equis suis apponebat. Qua immanitate permotus Hercules, illum regno pepulit, & eisdem equis deuorandum præbuit. Busiris quoque Ægyptiorum tyrannus ab eodem Hercule interemptus, aræque impositus dicitur, quod hospites cæcos Ioui immolaret: & Cacus, quod boues eius abegisset claua interfectus. Antæum verò in palæstra amplexu brachiorum peremit, & Cynnum singulari certamine superatum: ut qui pro æquitate ac iustitia certaret, & eos perderet, qui hominibus exitio esse studeant, quique iustitiam & æquitatem metum ignauiamque appellarent, & robur ac potentiam insauitiam & immanitatem conuerterent. His gestis

*Diomedes
immanitatis.*

*Hercules
monstrorum
domitor.*

*Cacus
Antæus
Cynnis*

Herculis æmulus Theseus plerisque facinorosos homines necauit. Fuerunt etiam ex sapientibus qui pro iustitia pugnaverunt, ut Pittacus Mitylenæus, qui simul cum Alcæi poetæ fratribus Nearchium, qui iniusta seruitute Lesbium insulam opprimebat, interemit.

Romani quoque, à quibus virtutum omnium exempla sumenda sunt, quanto studio, quanto labore quantaque impensa ciuitates atque prouincias complures ab iniustis inuasoribus liberauerunt? Nabis quondam Lacedæmoniam iniuste occupauerat, & Philippus Demetrii filius Macedonum rex omnem Græciam inuaserat. hoc cum Romam populorum querelis perlatum esset placuit senatui populoque Romano, vltionem vindictamque Tito Flaminio consuli demandari. Erat eo tempore Flaminius annos circiter triginta natus, & facundia, virtute ac comitate pollebat, quibus artibus Græci qui nondum in partes Romanorum inclinauerant alliciendi fuerant. Is cum primum in Græciam venit, Nabin aperto Marte deleuit: & paulo post collatis signis, Philippum illustri pugna apud Cynocephalas Scotuæ locum superauit, multis milibus hostium cæsis ac captis, ut ex noto Alcæi Epigrammate constat, in quo & Philippum trucem appellat, & eius turpem fugam probris incessit, cæcorum quoque ac captiuorum numerum recenset, cum inquit:

Fletibus & busto indecores terdena, viator,
Thessaliæ oppetimus millia in hoc tumulo
Marte sub Ætolum domiti & virtute Latinum,
Quos Titus immensa duxit ab Italia,

Ænathæ clade trux spiritus ille Philippi,
Ceruorum cursu præpete lapsus abit.

Sed Alcæus numerum emēticus est. & Quintij
animum in iorem in modum offendit: ob idque
eius iussu hæc sunt loco carmina inscripta:

Frondebis & veteri libro nudata, viator,

Celsa sit Alcæo crux sita in hoc tumulo.

Hæc victoria Græciam omnem à seruitutis iugoli-
berauit. Nam quum certamen Isthmicum cele-
braretur, quod Theseus in honorem Neptuni-
lim primus instituit, & ad spectaculum frequens
hominum conuentus confedisset, in dicto silentio
præco proclamauit in hæc verba. Senatus, popu-
lûsque Romanus, & Tirus Quintius consul, rege
Philippo, & Macedonibus debellatis, sine custo-
diis, liberos immunes, & suo iure permittunt Co-
rinthios, Locros, Phocenses, Euboicos, Achæos,
Phthiotas, Magnesios, Thessalos, Perrhæos hæc
res adeo vniuersis grata fuit: vt relictis certatori-
bus omnes prosilientes consurgerent: Et Flam-
miam amplectarentur, illum Græciæ saluatorem
liberatorémque salutantes, tanto clamore, vt Cor-
ui qui fortè superuolabant, vocis horrore attoniti
è sublimi cælo in theatrum ceciderint, quod Plu-

Plutarchus rarchus refert, & alij scriptores testantur. Ob hæc
in vita T. victoriam Titus Quintius Flaminius tribus conti-
Quintij sã- nuis diebus Romæ triumphauit. Rursus etiam alio
minij. tempore cum Pseudo Philippus homo audax, &
Pseudo Phi- ignotus, qui falso Philippi regis se filium esse ia-
lippus. ctabat, Thessaliam inuaderet, occupata iam Ma-
cedonia, à Quinto Cæcilio victus ac captus fuit:
& Thessalia cum Macedonia pristinae libertati est

restituta Prolameus rex, qui Energetes dicebatur
(ob contrariam vt opinor locutionem quando
εὐεργεσία beneficentiã significat, & illi in neces-
sarios & in omnes erat fauissimus) regno pulsus
ab Ægyptiis fuerat, & regia etiam insensa præ ni-
mia eius crudelitate, Cyprum profugerat, hoc cum
accepissent Romani, auxilium Ægyptiis tolere, &
reginam Cleopatram illius sororem, cui regnum
iure optimo debebatur, instituerunt. Fuerat enim
illa à fratre incredibili iniuria lacerata: filiam
enim eius primo per vim stupratam, deinde in
matrimonium ductam: deinceps repudiauerat, &
infantem quem ex ea susceperat, Cypri intereme-
rat, & caput, pedes manûsque illius matri dono
miserat. Miserati igitur Romani tantæ indignitatis
facinora, regem odio profecuti sunt, & iniuria af-
fectos vindicarunt. Regem Capadociæ Ariobarza-
nem, & Nicomedem Bithiniæ pepulerat Mithri-
dates Ponti rex, ille cuius iussu quicquid Roma-
norum ciuium in Asia fuerat, trucidatum est. Hos
reges Romani per Syllam consulem vi & armis
restituerunt. Cuius beneficij non immemor Ni-
comedes, quum moteretur, populum Romanum
hæredem instituit. Athenas quoque, quas eadem
tempestate inuasserat Archelaus Mithridatis præ-
fectus, idem consul ex senatusconsulto liberauit, &
pristinæ libertati reddidit. Quorsum hæc tã longa
exemplorum connumeratio? vt intelligant iusti
reges se iure optimo vltros esse debere eorum
qui aliena inuadunt, aut iniuste dominantur. Vt
enim iustis adesse, ita iniustis obesse, optimi prin-
cipis est officium. Accedit etiam alia ratio mani-

festa. Nihil est enim quod magis reges suspectos
 populis reddat, quam durum imperium eorum
 qui per vim aut iniuriam dominantur. Timent si-
 quidem ne deterrimis exemplis bonorum probi-
 tas corrumpatur. Potentia enim sepenumero ho-
 mines procliuēs in libidinem iniuriāque rapit,
 Vera profus Ciceronis sentētia esse cernitur, cum
 ait, nihil principibus infelicius esse, quam velle a-
 gere quæcunque possunt, rursūque illos miseros
 omnino habendos esse censet, qui omnia sibi lice-
 re existimant. Nero tunc sæuissimus factus est, cum
 intellexit omnia sibi permīssa esse, & cuncta scele-
 ra ac probra sua quasi pro egregiis ac præclaris ge-
 stis vulgè probari. Agrippinam matrem postquam
 peremit, cunctabatur in oppidis Campaniæ, a-
 spectum fugiebat senatus, odium plebis formida-
 bat, incertus quid ageret & anxius omni ex parte
 erat. Adfunt vndique adulescentes, & pessimi ho-
 minum assentatores, & reliqui ministri scelerum,
 turpiūque voluptatum: exclamant cuncti, mor-
 te Agrippinæ (cuius nomen omnibus inuisum e-
 rat) accensum in eum populi fauorem: bene fa-
 ctum dicere, & reditum illius in urbem desyderare.
 His suasionibus motus Nero Romam ire per-
 git. Præmiserant optimi illi fallendi artifices, nun-
 cios, qui clam iuberent omnes imperatori ob-
 viam prodire. Parent metu perciti, occurrit se-
 natus festo cultu, & omnis ordo, omnisque se-
 xus. Putat hæc omnia libero animo sibi exhiberi,
 cernit obsequium senatus, studia plebis, & indul-
 gentiam, beneuolentiāque in se omnium.
 Tunc boni consulere quæcunque ageret lingu-

los quosque existimat. Animum audaciāque à
 scelere sumit. Octauiam coniugem domo extur-
 bar arguens illam sterilem esse: Poppæamque
 dudum ante illius pellicem ducit, & octauiam in
 Pandathariam insulam claudit, deinde restringi
 vinculis ei venas iubet, & per omnes artus san-
 guinem mitti. Ac ne pauore sanguis tardius flueret,
 præferendi balnei calore necatur. Atqui Poppæa
 ipsa non diutius in deliciis habita est. Nam furo-
 re & iracundia accensus, Nero eam cum in ven-
 tre factum haberet ictu calcis peremit. Poenituit
 eum grauius postquam ad sese rediit, & cum a-
 liquantulum fleuisset, quod mirum admodum
 fuit in homine sæuissimo, translato funere eam
 sepeliri iussit, & sepulchro Iuliorum inferri. Sed
 vt ad exitum percurrat sermo, cum sibi omnia li-
 ceret persuasit Nero, non ante imperij licentia a-
 buti destitit, quam ab infesta multitudine ad mor-
 tem compelleretur. Plura tamen sunt, vt ait
 Flavius Syracusius, quæ bonos principis mores
 corrumpunt, licentia, rerum copia, amici impro-
 bi, dispensatores auari, satellites detestabiles.
 Sapienter quidem dicebat Diocletianus Cæsar,
 nihil difficilius esse quam bene imperare. Coeunt
 aliquando in eandem sententiam tres aut qua-
 tuor ex his quorum consilia grata sunt principi, &
 ex composito ficta pro veris narrant. Ille autem
 ad quem paucis est aditus, vera nequaquam nouit,
 cogitaturque fidem illis adhibere, à quibus decipi-
 tur: & sic plerūque in deteriora labitur. Et amico-
 rum culpa, inuidiā, odiumque populorum incius
 contrahit. Julius Cæsar potius rerum mitissime se

Octauia
Poppæa.

Julius Cæsar notatus tyrannidis. Plutar. in vita Antonij. Antonius. gessit: sed amicorum insolentia, quibus adiutoribus in victoria vsus fuerat, effecit vt tyrannidis nota inureretur, plerisque enim nimium indulsit, & præcipuè Antonio, cuius errata negligentius ammaluerit, cum dignosceret illum virum esse fortissimum, & manu strenuum ac prumptum, cuiusque opera in bello sæpenumero vteretur. Erant enim Antonius multis ciuibus odio pro nimia sui peccandi licentia, inter aleatores, mimos, temulentos, scortaque assiduè versabatur: & vnguenti delibutus, in multam noctem vino ciboque se ingurgitabat. Amici etiã Antonij ipsum quoque eodem ludo illudebant, quo ille Cæsarem prius illuserat. Eo nanque inscio multa agebant turpiter, & inique, ex quibus maximam inuidiam contrahebat Antonius, negligentiorque in vlcisendo habebatur, siue incuria quadam, siue nimia indulgentia qua in suos tenebatur: adeo vt vix credere posset quippiam quod illis obijceretur. Eratque ingenio suo Antonius propensior ad gratiam ac præmium, quàm ad vltionem, ac pœnam.

Cicero. Sed vera est sententiã illa Ciceronis, quã dixit bellorum ciuillium hi semper sunt exitus, vt non ea solum fiant quæ velit victor, sed etiam vt hi mos gerendus sit, quibus adiutoribus parata sit victoria. Boni reges ac principes plerumque etiam aliarum auiarum (vt dixit) ab adulariis deteriores fiunt. Hoc *Apologus.* docere videtur Græcus, ille apologus quo inducuntur aues complures vt adsolet cuculum circumuolare, non ad eum propius accedere quas ille quidem rogabat cur se fugerent, cum placidus & imbellis, esset volucres verò audacter respon-

debant se ideo ab eo deuolare, quia cernerent illum vngues ac rostrum eiusmodi habere, vt facile, si vellet, accipiter fieri posset. Tigranes Ponti rex principio mitis ac placidus fuit, deinde pessimorum amicorum vanis adulationibus assentationibusque illectus, & potentia ac superbia, & alius vitiis non modò acerbus ac durus, verùm insolentissimus quoque redditus est. Adde vt illius mores Græci omnes execrarentur, nec eum vllò pacto ferre possent. Ministrabant ei reges aliqui qui eius ditiori suberant, ac si pedissequi eius satellitesve essent. Quinetiam pedibus per lurum, ac puluerem, cum curru aut equo veheretur, illum sectabantur, sine discrimine vllò ætatis aut dignitatis: sedenti verò, vel ius dicenti connexis singuli brachiis circumstantabant. Hæc erat seruitutis confessio quædam, atque imago manifesta, vt clare ostenderent datam domino sui etiam corporis liberam potestatem. Succensuit is mirum in modum L. Luculo, quòd eum regem tantum non autem regem regum per epistolam salutasset. Hec ideo agebat Tigranes, quòd nimium adulatoribus aures præbuerat, à quibus ficta pro veris plerumque audiebat. Nam grati blandique sermones ab illis afferebantur. Et principum opes frequèntius adulatorem quàm hostes euertunt, vt sapienter Quintus Curtius dixit. Idcirco Tigranes ex magno rege tyrannus factus, odium fere omnium gentium contraxit, pœnasque dedit Romanis duabus iniuriis vlciscentibus. Iustus autem rex nunquam à seipso discedit, sed in vera sententia perstat, nec vllò vento agitari se per mittit, nec blanditiis

*Tigranes.**L. Lucullus**Curtius de gestis Alexandri.*

aut illecebris artificiosi sermonis cedit, ut faciebat Neoptolemus ille apud Sophoclem, qui suauitate verborum pellectus, non persistebat in sententia, sed suauis Ulyssis mentiebatur quamquam vera loqui pulcherrimum esse duceret. Et hæc satis ad ostendendum iustum vnius viri imperium regnum esse, & bonum regem iuste imperate.

STATVENDVM EST DEVM

*summum esse bonum. finem hominis,
similem Deo fieri ad quem per so-
lam virtutem peruenitur.*

Tit. II.

*Virtus.
Zeno.*

Virtutem satis esse ad benè beatèque viuendū Zeno Cirtius Stoicorum princeps, & omnes qui eum comitantur, opinati sunt, tantique illam faciunt, ut nihil ei deesse posse arbitrentur, qui secundum virtutem agit: etiam si corporis fortunæque bonis careret, eundem tamen nihilominus beatum esse dicunt. Si in Phalaridis quoque tauro vreretur, similiter felicem esse, quandoquidē solum bonum virtus sit: alia autem quæ ad corpus vel ad fortunam spectant, neque in bonis neque in malis esse habenda, sed media quodammodo haberi, & si opio detur, præferenda aut eligenda tantum videri non tamen bona, quæ fortunæ sunt, & id est externa Stoici illa appellant quæ postposita & reiecta licet nobis auctore Marco Tulio ap-

Phalaris.

pellare. Acuta quidem est hæc sententia, & veris philosophis, quales Stoicos iudicare possumus, digna, sed dura satis, quæ nacta acre ingenium irremque animum audentiam securitatemque prestat & neglectum quemdam rerum humanarum: verum felicitatem animi contemplatiuam potius complectitur quam hanc nostram, quæ quidem rerum humanarum finis est, & ad actionem secundum virtutem tendit. Nam virtus ipsa licet per se expectatur, & nihilo videatur egere: tamen cum non solum ad animum, verum ad hominem quoque ipsum respicimus, tunc planè intelligimus illum indigere externis bonis, corporis scilicet & fortunæ, quæ etsi bona animi non augent, tamen hominem ipsum adiuuant. qui & bona habitudine valetudineque indiget & victu, veste, domo, & aliis externis commodis, sine quibus vix tranquillo animo esse potest, aut omni ex parte beatus. Sapienter Solon felicem eum esse ait, qui ex virtute optime ageret, & rebus externis mediocriter abundaret. Plato autem, qui primus omnium rationem honesti declarauit, licet per se virtutem satis esse ostendat, nullisque opibus augeri posse, tamen corporis bonis eam egere fatetur veluti integritate sensuum, ac membrorum bona valetudine, habitudine, robore & similibus. Exterioribus etiam ut opibus, amicis, optima patria, generis claritate, aliisque eiusdem generis. Nemo enim inficiari potest omne bonum cum alio bono iunctum expetibile esse, quam per se solum: qua ratione vtuntur illi qui honestam voluptatem virtuti addunt.

felix quis

dicatur.

Plato.

Sequamur modò in hoc volumine hanc initio-
rem opinionem, quæ aliquid nostris mollioribus
moribus indulget. Nam duriora illa contempla-
tioni aptiora sunt quàm actioni, nec facile legen-
tibus persuaderi possunt, sed acumine argumen-
torum ab illis extorquent, vt confiteantur potius
Academici. vera esse ea, quàm assentiantur, Academicos Peri-
Peripateti- pateticòsque nobis præficiamus quibus ducibus
ci. à recto itinere nūquam diuertemus: & Platonem
Plato. in primis, qui religiosissime pietissimèque Deum
Finis homi- summum bonum esse dixit, & auctorem bono-
nis esse simi- rum omnium: finemque hominis esse, per simili-
le deo fieri. tudinem deo adhærere: quod quidem per solam
virtutem nascimur. Optime dixerunt Stoici, in-
ter bonos viros & Deum amicitiam esse, concili-
ante sola virtute. Diuinam verò iustitiam legem
vniuersalem omnibus esse Plato arbitratus est, quæ
bonos præmiis, malos autem pœnis afficiat.

REGEM NON MODO ANIMI

*bonis sed corporis quoque & for-
tunæ commodis egere.*

Titul. III.



Ostquam ergo hæc fundamenta se-
cimus, dicemus regem corporis & for-
tunæ bonis etiam egere, & præsertim
cùm non sibi soli, aut vni alicui fami-
liæ natus sit, sed ad omnes homines iuuandos, tu-
tandos, conseruandòsque bona habitudo, bonæ
que valetudo in principe utilis admodum esse
cernatur. Vix enim ei bene ab animo esse potest,

cui

eui à corpore male est: & malè consulit, qui sibi
ipsi prodesse nequit. Corporis namque egrotatio
cùm diuturna atque insaniabilis est, vires inge-
nij atque animi frangit, & nonnullos etiam mol-
liores delicatiorésue compellit, vt longa doloris
confligatione vexati, desperent adeò, vt vitæ com-
moda relinquât: vt de Cornelio Ruffo viro clarif-
simo atque eruditissimo referunt, qui vix dum me-
dia ætate sibi mortem accersuit, cùm articulorum
dolores diutius ferre nequiret. Silius quoque Ita-
licus, cuius carmen de secundo Punico bello in-
scriptum magna cum veneratione temporibus
etiam nostris legitur, in Neapolitana ciuitate sua
sponte etiam media vita functus est, præ tedio in-
sanabilis morbi quem ex clauo sibi nato contraxe-
rat. Theophrastus dubitasse videtur, an corporis
dolores non solum corpus eneruent, verùm etiam
animi virtutes peruertât, & vt molliores mores, vi-
res ingenij frangunt, sic mala corporis affectio
mētis virtutes perturbet: Periclitique viti summa,
fortitudine, mirificaque eloquentia, exēplum in-
ducit: qui cùm graui modo ægrotaret, viscereturque
ab amicis, cùm iam meliuscule se haberet, cuidam
ex his quos chariores habebat, ostendit muliebres
quasdam incantationes, quas scriptas guturi suo
suspenderat, vt ostenderet hominem malè affe-
ctū corpore, mentis etiã esse alienatæ, vt qui eius-
modi vecordiis insanis que crederet. Has tamen
incantationes non videtur insanas omnino putas-
se Homerus. Nam Vlyssi, quem sapienissimum
Græcorum omnium inducit, grauitè in femore
vulnerato, sanguinis profluum carmine stetit

*Cornelius
Ruffus.*

*Theophras-
tus.*

Pericles.

*Carminis
vis*

H

affirmat. & Iulium Cæsarem dictatorem virum
tanti nominis tantarumque disciplinarum, fe-
runt post ancipitem vehiculi casum, semper ut
primum curram conscenderet carmine ter repeti-
to securitatem itinerum impetrasse.

Ptolemæus. Sed ad propositam rationem redeat sermo. Non
nulli principes langore aliquo corporis vexati,
plurima opera memoria digna imperfecta relique-
runt. Ptolemæus Philadelphus præclara multa
in Ægypti regno egisset, nisi perpetua valetudine
impeditus refedisset. Egit tamen quod potuit.
Nam disciplina bonarum artium, & bibliothecæ
mira diligentia operam dedit, fouitque præclara
quæque ingenia sui temporis.

Athleta. Integri corporis sensus, & dexteritas quædam
agilitasque membrorum, regem adiuuant pluri-
mum, cumque gratiorem aspectu reddunt. Sic
etiam vires optandæ sunt, non quales in athletis
cernimus, sed tales, ut ne minimis statim ictibus
concutiatur ac succumbat. Nec robur Tiberij Cæ-
saris optarim, qui articulis ita firmis fuisse dicitur
Tiberius. ut recens, intergrumque malû digito terebraret, &
pueri caput lethaliter vulneraret pollice solum, vel
impudico digito inflicto, ut Trâquillus in eius vita
refert. Satis mihi fuerit, si integritate corporis vige-
re vita stat, & mediocritate virium inrer æquales præ-
stet. Formæ præterea dignitas plurimû auget prin-
cipis auctoritatem, ut deformitas minuit. Est enim
in corporis maiestate, maxima quædam veneratio
qua quidem ducti Barbari omnes, nullos putant
magnorum operum capaces, nisi illos quos exi-
mia specie natura donauerit. Macrobij quoque

qui Meroen Nili insulam incolunt, qui que tale
nomen à longitudine vitæ acceperunt, quod di-
midio quam reliqui homines diutius viuant, Prin-
cipem cui pareant, à pulchritudine ac viribus eli-
gunt, nunquam enim deformi viro obedire di-
gnarentur. Nec speciem illam admitandam quæ-
ro, qua præter ceteros reges laudatur Demetrius
Antigoni filius, quem nullus sculptor aut pictor
adæquare vnquam potuit. Præ se enim ferebat
gratiam quandam, simul & terrorem cum graui-
tate & mansuetudine, ut natus videretur ad ter-
rorem hominibus pariter incutiendum, beneuo-
lentiamque conciliandam. Neque admirandam
etiam Alcibiadis formam, cui largita videbatur na-
tura hoc præcipuum, ut non modò in pueritia &
adolescencia, sed & in omni ætatis gradu omnium
speciosissimus esse videretur, Sed talem dignitatē
formæ ei optarem, qualem Marco Antonio fuisse
Plutarchus refert cuius species similis Herculis ima-
ginibus, (à quo genus se ducere dicebat) esse videretur.
Vel qualē præ se ferebat maior Aphricanus,
qui dignitate formæ, inter quoscuq; viros esset,
solus præter ceteros imperio dign^o esse videbatur.

Oris quidem ac corporis deformitas, virtutis lau-
disque gloriam aliqua ex parte minueret videretur,
& hominem obnoxium detractoribus reddere.
Periclē cuius præclara gesta omnis Græcia admira-
ta est, quod oblongo capite esset, versibus morda-
cibus irriti æmulus poëta: & sculptores eius ima-
ginem casside velabant, ne deformitas appareret.
Hipponacti Ephesio poëtæ notabilis faciei feditas
fuit, ad eò ut à Bupalò & Antermeo fratribus,

qui ea ætate sculptores peregregij habebantur, illius imago per lasciuam iocorum irridentibus cinædis exposita fuerit, qua ex re maxima ira excanduit Hipponax, & iambici carminis amaritudine sculptores illos aded perculit, vt hominum aspectum fugerent, & ad laqueum compulsi à quibusdam credantur. Titus quoque Flaminius, de quo paulò antè diximus, inde oro etiam oris habitu fuit, & non à maledictis eam ob rem imminis, sed longe eo turpior habitus est Philopæmenis Achæorum dux, de quo facetum illud scribitur. Statuerat aliquando Megaris diuertere apud hospitem longa consuetudine sibi notum: & paruo comitatu peruertens reliquos hospitis ædes ingreditur. Forte hospes ruri aberat, rogat hospita quisnam sit, responsum à puero accipit, ducem esse Achæorum. Tum illa nomine tanti hospitis perterrita, absentiam viri excusat, se tamen qualemcumque posset cœnam paraturam pollicetur. Deinde cum nullum ex familiaribus suis secum haberet, circumspicit anxia super apparatu, & videt stantem hominem quendam turpi facie, & vestitu etiam tenui. Philopæmenem enim non nouerat, sed ex aspectu putabat illum quem inuebarur, famulum quæmpiam ministrandi causa præmissum, tum mulier rogat, vt sibi in ministerio adsit. Ille autem se præsto adesse ait: nec tamen se indicat, sed posita chlamyde, acceptaq; securi ligna quibus ignem accenderet, scindere incipit. Interea accitus ab vxore hospes rure aduenit, domumque ingreditur. Tum conspiciatus Philopæmenem ligna scindentem, rei nouitatem admiratur, &

T. Flaminus.

Plutar. in Philopæmenis vita.

exclamans ait, Quid hoc rei est, dux præstâtissime? Tum leuiter subridens Philopæmen, Quid nam aliud (inquit) est o hospes, do quidem nunc pœnas deformitatis meæ, & tali ioco mutud inter se amplexati sunt.

Tyrtæo poëtæ (quem ex Apollinis oraculo ducem ab Atheniensibus contra Messenios acceperant) illudebant Lacedæmonij, quòd fœdo esset aspectu, & altero pede claudicaret: sed cum ex illius carmine victoria potiti fuissent, didicerunt corporis deformitatè non esse irridendam: quandoquidem Lacedæmonij huius ductu triplici prælio à Messeniis fusi, in eam desperationem venerunt, vt in suplemētum copiarum seruos militiæ ascriperint interfectorum matrimonia victoribus polliciti, vt quum se non solum ciuium numero, sed dignitati etiam successuros scirent, fortius bellicam ciuitati operâ nauarent. Iam ed cedēdo processerat desperatio, vt de exercitu Lacedæmonem reducendo, reges ipsi inter se cōsilia agitarēt: ne si super ceteras clades recētior aliqua accidisset, rem Spartanam pertinacius bellado perditū irent. Noluisse illi obsidionem. Et nisi Tyrtæus interuenisset, qui composita à se carmina pro concione recitauit, quibus hortamenta virtutis damnorum solatia, belli cōsilia complexus tantum militibus ardorem iniecit, vt non tam de salute, quàm de sepultura essent solliciti, & diuinum Musarum furorem posse Martem accendere crederent, & bellicam victoriam præbere. Agesi-^{Muse}laus quoque Lacedæmoniorum, rex qui tot virtutibus emicuit, altero etiam pede claudicabat. Xanthippus La-

Agesi-^{Muse}laus.
Xanthippus.

cedæmonius, qui Cartagenensium imperator contra Romanos, Attilium Regulum captiuum duxit, horribili ac truci fuit aspectu, nec speciem aliquem dignitatis aut decoris præ se ferebat, eræque statura pusillus, sed adeo robusto corpore, ut proceriores quosq; viribus superaret: & ingenio acerimo. Optabimus igitur, ut corporis bona, quæ vires ac speciem augent, principi nostro nõ desint, quæ autem decorem maiestatemque exornant, nõ absint. Dificile tamen est omnia in vno homine perfecta esse. Munera enim naturæ incerta omnino ac fugitiua sunt, breuia quoque & maligna his etiam qui illis affluere videntur.

*Plin. 7. lib.
cap. 5.*

Proinde minime admirandum est pro miraculo haberi vetus exemplum illud Xenophili Musici qui centum & quinque vixit annos sine vlllo in omni vita corporis incommodo. Idcirco qui plura & firmitiora corporis bona habet, perfectior ac cumulatioque iudicari poterit. Fortunæ verò bona partim necessaria partim vtilia, ac decora sunt. Non enim satis erit regi, si vni populo vniue ciuitati imperet, quæ quanuis suppeditet multitudini quæcunque vsui sunt, tamen ad propulsandum, inferendumque bellum nõ sufficit, sed maiore indiget auxilio, & prouinciæ regionique ut imperet expedit. Aliter nec te satis fuerit nec suos defendere possit, noménque inanè regis haberet, non autè potentiã. Ut enim scribit Arist. rex eorũ vtilitatem quærere debet, quos regit. Non enim verè rex est, nisi per se sufficeret, & omnibus bonis excelleret, adeo ut nullius ope egeret. Infirma est enim potentia illius qui alienis viribus nititur. Cerni-

mus nõnullas ciuitates quæ teui potètia sunt damnis, incommodis excursionibus, atrociniis, prædæque expositas esse: quæ quidem mala ut effugiant, plures num nonquam societatem inuēt ut quasi quodam vinculo inter se iunctæ, communi vtilitati salutique consulat. Et quæ seiunctæ singulæ languescerent, sic coniunctæ, & quasi in vnum corpus coactæ, seruantur: ut quodam Lycij populi factitarunt: quorum tres & viginti ciuitates societate coniunctæ, ad Italiam vsque mare omne infestum habuere: deinde à Romanis victi libertate donati sunt.

Sed hæc diuersarum vrbium conuenientia & quasi harmonia rarò diuturna, stabilis, ac firma esse solet, verùm discordia & seditione facile corrumpitur, & plerumque tyrannidem patitur. Sunt enim eiusmodi ciuitates veluti membra sine cordè aut partes reliquæ animi sine mente. Proinde expedit ut ad vnitatem illam redeant, de qua paulò antè diximus, regique pareant, qui iuste imperet, & vnus pro omnibus vigilet. Tunc licebit omnibus secundum virtutem agere: quæ, res quasi finis humanæ societatis, & coniunctæ hominum multitudinis esse videtur. Nam non solum ut viuant conueniunt id enim commune esset eis cum plerisque mutis animantibus) sed ut benè beatèque viuant, liceatque eis esse felicibus.

Munus quoque regis est (ut sentire etiam videtur Isocrates, ciuitatem aduersis casibus inclinatam erigere, & secundis nimium elatam, ne in luxuriam labatur retinere. Pro cõperto etiam omnes existimare possunt, longe melius gubernare eos qui

perpetuo regnant, quàm eos qui annuis magistratibus vicissim præfunt: quandoquidem isti munus imperandi rudes ineunt, & cum sapere incipiunt tunc imperium deponunt, & ad rem suam priuatam redeunt, reges verò ad publica tanquam ad sua ac propria accedunt: magistratus autè tanquam ad aliena, & vix publicis rebus præ temporis angustia animum adhibere valent. Reges autem cum nullis priuatis negociis impediti sint, rem diligentius gerunt, nec discordia decertant, ut plerùmque senatores solent, sed libero iudicio, ac sine ambitione omnia agunt, & idcirco cuncta celerius perficiunt: & cum sine aliqua alia cura sint, diligentius in publicis rebus agendis versantur.

Quod etiã illis eò facilius quòd nullis æmulatur nullis inuident, nullis obtreçant. Pares enim nullos habent: & cum suis opibus, consiliis, virtutibusque nitantur, alienis rebus neququam inuident: proinde singula quæque præstanti ratione iudicioque perficiunt.

Nunc autem illuc redeat sermo, vnde diuertit. Afferendùmque erit, regem diuitiis, opibus, ac potentia indigere, cum in pace & ocio, tum in bello ac tumultu. Esse enim magnanimus, & circa maxima versari debet. Benefacere aliis assidue studeat: nam beneficiũ ab aliis vt accipiat, nõ sine pudore esse potest. Dando, erogando, elargiendõque rex cunctis se præfert: accipiendo autem inferiorem se erogandi esse ostendit. Recte quidem illud dicitur, regẽ tũ deũ imitari, cum pluribus benignus, beneficus, ac liberalis esse ostenditur. Deum siquidem omnium rerum imperio ac potestate vel ex hoc

dignissimum esse arbitramur, quòd honorum omnium causa sit, malorum autem nullam præbeat causam. Est enim semper innoxius. *Æthiopes* qui vltiorem Nili regionẽ incolunt, vt Strabo Geographus refert, duo colunt deos, immortalem vnum, alterum mortalem. Immortalem eum dicunt, qui rerum omnium sit causa: mortalem autem eum, qui illos beneficio afficit. Hac ratione ducti, reges, suos optime de se meritos, deos communes omnium conseruatores atque custodes esse existimant. Hæc est quasi sponsio quædam, vt omnes eorum reges benigni sint, & benè de omnibus mereri studeant. In referenda itaque gratia rex omnino (vt addebet) excellat oportet, indignũ enim putare debet, ab inferiore aliquo benignitate ac liberalitate, superari. Priuati nõnulli aurũ aut argentũ principibus largiuntur: sed hos neque benignos neque liberales putandos esse scribit Isocrates, sed quasi pecuniæ fœneratores, qui paucam mutuunt, vt exigant plurimam, quæ quidem non largitas, sed quæstiuosa mercatura nuncupari poterit. Ex paruis nanque muneribus magnam commutationem astute callidèque expectant. Quoto cuique priuatorum tantæ sunt opes vt per eas se principibus ac regibus gratificari possespet: quod flumen istud est, quod nõ capit mare, vt facete ait Plautus: Reges *δυναστες* Græci propter potentiam appellant, quòd per potentiam & opes priuatis hominibus præstant. Hac opinione ductus Strabo regiam persuasionem non oratione contineri dixit, sed donis & muneribus: illam autem quæ verborum est, oratorum esse ait, *In. lib. 1.*

*Æthiopes.**Geographie
libro 1.**Isocrates.**In circen-
lione,*

Cineas. non regum: quorum opulencia, non eloquentia, splendida esse debet. Multa item per diuitias ac liberalitatem plerumque reges agunt quæ vi & armis nequaquam assequerentur. Cineas Pyrrhi regis orator multas vrbes Pyrrho per eloquentiam conciliauit, sed non pauciores per largitionem & regiam magnificentiam. Legati Mileti reipublice causa Athenas missi, eloquentiam maximi oratores Demosthenis argenti munere strâgulauerunt: quocirca popularis ille facere in eum cauillatus est, quum dixit νόσσην ἄγγιναν i. anginam Demosthenem pati, sed ἀγγυράγγινον id est argentanginam: hoc est eum non ab angina, verum ab argento fuisse strangulatum. Ad hanc sententiam dicebant Græci non Philippum, sed Philippi eorum Græciam subegisse. Infinita atque immensa est bellorum impensa, vt Archidamum dixisse ait Plutarchus. Vana ideo ostenditur sententia illa M. Crassi, & animi potius ægritudine quam veritatem ostendisse videtur, cum dixit neminem satis diuitiæ existimari posse, qui legionem vnâ ex suis fructibus alere non posset. Alexander verò eiusdem Philippi filius sicut reges omnes rebus gestis superauit, sic etiam beneficentia & largitione cunctos antecelluit, adeo vt recusantibus muneribus sua tristitior molestiorque esset.

Ex Cicerone paradoxo sexto. Sæpe etiam dicere solebat eos qui munera principum respuerent, puniendos esse, vt qui illorum virtuti inuiderent. Et Phocionem Atheniensem virum integrum ac grauē literis monuit, minime se existimaturū illum sibi amicum fore, si deinceps munera sua repudiaret.

Plutarchus in apophth.

Ex Aulo Gellio ca. 9 lib. 11.

Rhocion.

Munificentia etiam indicat regis iustitiam. Nam qui res suas ad hominum vtilitatem largiri gaudet, ab alienis vt manus absteineat verisimile est. Si enim pecuniarum cupidus esset, longe facilius suas seruaret quàm alienas raperet. Optima erit principis persuasio, si opinabitur pecuniis nõ modo iuste, verum etiam liberaliter esse vtendum, quando iusto satis erit aliena non rapere, liberalis autem quomodo sua ad hominum vtilitatem largiri possit cogitabat. Victorias sæpenumero per magnificentiam assequuntur reges, quas nullis aliis viribus vnquam obrinerent. Obsidebat aliquandò Philip. Alexandri pater (de quo modo dixi) castellū quoddam ingenio loci adeo munitum vt omnes dicerēt ad illud, nisi à celo, nullū esse accessum. Tum rex rogauit, an asinum pecunia onustum illuc perducere possent, respondentibus illis, Etiam: tunc ait, Vicimus ergo, ostendet aurum nonnulla conficere, que vix vllis aliis viribus effici possent, Inexpugnabiles arces, & plerâque munitissima oppida corruptis pecunia custodibus inuaserat Philippus, vnde eius liberalitas in prouerbium venit vt corruptor potius quàm liberalis aut benignus ab omnibus existimaretur.

Iustus. Liberalis. Philippus.

Concludendum igitur erit, regem non per solam virtutem, quæ omnia animi bona abundanter suppeditat, felicem planè esse posse, sed & corporis & fortunæ bonis egere, vt perfecto maiestatis munere fungi possit.

Aurū ferro potentius.

LIBRI SECVNDI
FORMAS QVASDAM PRIMA.

rias Quas sola mente concipimus, qua à Platone ideæ dicuntur, solas esse perfectas, & ad illas dirigendam esse speciem illam de qua agimus, & inde ducendum esse Archetypum.

Tit. III.

Iouis Olympij simulachrum. Phidias. Pandenus.

Simulachrum Iouis Olympij quod ex ebore fecerat Phidias Atheniensis, quo nihil præstâtius in eo genere omnes ferè scriptores extitisse testantur, cum inueneretur Pandenus pictor eximius, admiratione magna ductus, artificem rogauit, Vnde tam præclari operis exemplar accepisset: Tum Phidias e tribus Homeri versibus eiusmodi imaginem delibasse respondit, qui sunt ad hanc ferme sententiam. Inde superciliis iam Iuppiter annuit atris, Concussitque comam pulchro de vertice rector Æthereus, nutu & summum tremescit Olympi. Laudant Homeri interpretes hunc poëtæ locum, qui annuentem Iouem superciliis tantum ostendat, & tenui verticis comotione. Hoc imitatur Horatius, cum de eodem deo dixit. Et cuncta supercilio mouentis, quasi mæs, cogitatioque numinis maximi, ex modico frontis gestu ostendatur. At cum de Iunone loqueretur Homerus, vt decori affectu in vtroque ex diuersitate indicaret, dixit. Magnùmque oculis lustrauit Olympum, vt ostenderet illam toto corpore permoueri cum annueret, non superciliis tantùm, vt fecerat Iupiter. His cogitationibus affectus est Phidias, vt vulgo diceretur, vel solus imagines deorùm videre, vel lo-

lus ostendere. Hæc mihi cogitandi occurrit maximoratoris sententia illa, quum ait: Ego enim sic statuo, nihil esse in vilo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit vnde illud vt ex ore aliquo quasi imago exprimitur, quod nullis humanis sensibus percipi potest mente tantum & cogitatione complectimur. Et quum de Phidia paulopòst loqueretur, dixit. Insidebat in mente illius artificis species quædam pulchritudinis eximia, quam inuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem artem & manum dirigebat. Ex his sententiis colligimus formas quasdam ac figuras perfectas esse, quas sola mentis contemplatione intuemur, non autem oculis cernimus, aut auribus percipimus, sed ex illis similitudinem quædam ducimus earum rerum quas acturi sumus. Et sic mentem à sensibus auocando, hæc perfectiora esse cernuntur, quam ea que vulgo ab aliis imitatione singulorum ducuntur. Absolutas illas rerum formas Plato Ideas appellat, atque eas semper esse, ac ratione & intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, labi, nec diutius esse in vno eodemque statu.

Nos igitur de vnus viri dominatu, aut imperio dicturi in his libris, si ratione ac via differere volumus, ad vltimam sui generis formam ac speciem sermonem nostrum redigamus necesse est, atque in optimo principe fingendo talem formemus, qualis fortasse nemo vnquam fuit. Nō enim querendum à nobis est, quis eiusmodi fuerit, sed videntum erit qualis debeat esse ille, quem optima regem aut principem esse statuimus. Nec vnum nobis aliquem præficimus, cui virtutes omnes re-

Cicero in Oratore ad Brutum.

Ideæ Platonis.

gias tribuamus. Nam ut ait Nestor apud Homerum, non vni duci omnia à deo data sunt: vnus siquidem vincēdi arte caret, alter animi fortitudine, alius celeritati cōficiendi, alius consilio regendi. Pauci quidem sunt, qui pacis pariter & belli artes optime calleant. Plato cum iustitiam, ciuilemque sapientiam docere vellet, non Atheniensium rempublicam, aut Lacedæmoniorum scripsit, quamuis altera studiis sapientiæ, altera armis polleret: sed nouam ac cōmentitiā finxit ciuitatem perfectā, illam ideam respiciens, de qua modo dixi, quæ ciuitas nunquam fuit, & nunquam futura est. Impossibile aut difficile admodū existimauit esse Philosophus ille sapiētissimus, eis verā virtutem persuadere, qui liberiore licentia prolapsi, deprauatis moribus viuere cōsueuissent. Quocirca cum à Cyrenæis aliquando rogaretur, ut eorū rempublicam melioribus legibus ac cōstitutionibus emendaret, respondit, Viri Cyrenæi, difficultimum admodū est amplissima fortuna dissolutos ciues aliquibus durioribus legibus continere. Et cum inuitaretur ciuibus suis, ut ad rempublicam accederet, ait: Noui equidem Athenienses, eiusmodi viros esse, qui sibi persuaderi quæ iusta & recta sunt, neuiquam permitterent, & se vim eis facere nequire: & si etiam posset, id nequaquam facere velle, quum nefas omnino sit patriæ, aut parentibus vim aliquam afferre. Satius igitur, æquiusque esse, ut ad rēpublicam nō accederet, & eos doceret, qui facile sibi virtutē persuaderi sinerēt. Xenophō Socraticus, quē Platonis æmulū fuisse paulo antè dixi, Cyri junioris Persarū regis discipulū

suauissima eloquētia scripsit, & præceptorē inducit Cābyfen illius patrē, qui rerum gestarum gloria non contemnendus fuit, nisi ambiguitas Græcarū historiarum nos dubios ancipitesque reddat. Adiecit enim paternis regnis Ægyptum, quam per iniuriam occupauit: & quasi non cum hominibus tantū, verū etiam cum diis bellum gereret, omnes sacras ædes euertit: & in Thebas, postquam eas diripuit, summa impietatis seuitia grassatus est: cuius vrbs non solum portarum ambitiosum numerum, & custodum equitum millia admiratus est Homerus, sed & spaciosum mœniū ambitū, & ciuū diuitias publicas, priuatāsq; De Cābyse Strabo eiusmodi verba protulit Heliopolis, Solis vrbs, templum habuit vetutissimum, quod Cambyses euertit, cuius multis indicis insania ac sacrilegium ostenditur. Tempa enim partim igne, partim ferro destruxit, singulas quasque imagines mutilās, excidens, comburēs. Ad Ammonis quoque templum nobilissimum expugnandū exercitum misit, qui tempestatibus, & arenæ vi obrutus periit. Cambysen igitur audiemus loquentem de virtute aut optimi principis præcepta tradentem? Putabimusne illum melius aliis posse præcipere, quàm se ipsum instituire? Nisi forsitan ex Xenophōtis eloquio melior factus esset, aut ab eo reuocatus ab inferis iustitiam, pietatēque didicisset, sed philosophus ille eruditissimus non ad veritatem historiæ, sed ad adulationem Cyri regis illa scripsit. Onescritus Diogenis discipulus eadem similitudine tyrocinia Alexandri scripsit: & certe regū omnium auctore habuit, à quo non modò egregiæ indolis

Doriphorum puerum à Polycleto factum omnes artis virtutes in se habere. Proinde artifices illum canona vocabant, lineameta totius artis exco sumebant, veluti à lege quadam totius picturæ. Ad eum in vno opere ars omnis consummata erat. Huius quoque maximi oratoris exemplo dixit Horatius. Indignor quandoque bonus dormitat Homerus. Et quamuis diuinus ille poeta felicitate ingenii cunctis mortalibus consensu omnium scriptorum præferritur, tamen aliquando conquiescere, aut oscitare Horatio visus est: plerumque autem sunt in disciplinis & artibus, quæ nullis præceptis edoceri possunt, & vix etiam propriis verbis exprimi, quæ quidem magno ingenio viri, alia cogitatione, diuturnoque usu adepti sunt. Et ne à pingendi officina recedam, quanti laboris est animi affectus penicillo, umbra, lumine, ac colorum varietate exprimere? Non enim satis est pictorem corporum tenus tantum laborare, sed animi quoque sensus ut exprimat, omni cura omnique diligentia nitatur oportet. Polycletus Sicyonius animi affectus plurimum dicitur ostendisse, & præcipue in illis duobus pueris quos nudos talis ludentes fecit. viui enim, & penè spirantes esse videbantur: quo opere nullum absolutius plerique iudicauerunt. Laudatur etiam hac in re Lysippus, & hic gloriabundus dicere solebat. Alios artifices, quales essent homines facere, se autem quales viderentur. Euphranor quoque maximam laudem affectum est in Paride, quem & ære fecit, in quo omnia simul intelligebantur, iudex dearum, amator Helenæ, & Achillis etiam interfector. Hanc solertiam

Horatius.
Homerus.

Plin. li. 34.
ca. 8.

Plin. lib. 35.
cap. 10.

sunt qui primum cogitasse putent Aristidem Thebanum pictorem. Huius pictura fuit vrbe ab hostibus capta, ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans, intelligebatur enim sentire mater, & timere, ne mortuo lacte sanguinem infans lamberet. Est & alia occulta virtus, quam in pictura omnium præcipuam dicebat esse Appelles, hæc ἀγλαία græce Gratia à nostris, vel Venus poetico verbo dicitur. Hæc Appelles sibi soli vendicabat, dicebat enim reliqua omnia pictores alios cogitasse, venustatē autem se solū cognouisse.

Appelles.

Nunc ad propositam rationem redeo. Multa animi bona in Alexandro extiterunt, indoles imprimis, qua reges omnes præuertit. Constantia in subeundis periculis, velocitas in perficiendis rebus fides ineditos, clementia in captiuos. Quis consideratior illo? quis prudentior? quis rectior? quis moderatior? quis in laboribus fortior? quis benignitate, liberalitate, magnificentia præstantior? Hæc tamen & complura alia animi corporisque bona, sola ebrietas, ac temulentia sædauit, qua quidem aliquando percitus, violentior truculentiorque in amicos quam in hostes exitit. Iulius autem Cæsar animi præstantia mortales omnes longè anteuit. Cui (ut Plutarchus testatur) nemo summorum virorum, aut clarissimorum ducum imperatorum, regumve præferendus vnquam fuit. Nam si quis Fabios, Scipiones, Metellos, Syllam, Marium, utrumque Luculeum, & ipsum Põpeium huic contulerit, Cæsaris gesta omni ex parte superabunt: quæ si imperium non inuassisset, sed illud sine iniuria que fuisset, vel lege, aut hereditario iure accepisset, is

In Cæsaris
vita.

solus esset, à quo exempla penè omnia quæ ad optimum quenque regem aut imperatorem pertinerent, eruere possemus. Sed quoniam & Alexandrò & huic aliquid defuit, quod ad cumulum virtutum accedere debuisset, perfectum aliud quippiam, atque omni ex parte absolutum quæramus, delibando à singulis quod optimum fuerit, quando in vno omnia accumulata atque perfecta inuenire nequaquam possumus. Ex eplumque Marci Varronis sequamur, qui cum optimum ciuem & principem reipublicæ describere vellet, non vno aut altero contentus fuit, sed septingentorum virorum illustrium non solum vitas ac mores, & præclara domi militiæque gesta oratione conplexus est, verum singulorum imaginem ac faciem sermone veluti penicillo expressit. Nec præcipuum illud Plinij secundi viri eruditissimi hoc loco seruabo, qui in quadam epistola ait, Præcipere qualis esse debeat princeps, pulchrum quidem, sed onerosum, ac penè superbum est. Laudare verò optimum principem, ac per hoc posteris velut à specula lumen quod sequantur aliis ostendere, id vtilitatis plurimum habet, arrogantia verò nihil. Ego tamen institutum meum sequar auctoribus tot Græcis philosophis, quos principio huius operis mei recensui, ne dum arrogantia calumniam fugio, adulationis crimen subeam, quod longe grauius mihi esse videtur. Video enim quosdam reprehendi, quod ea per blanditias in principe aliquo laudauerint, quæ tacenda fuissent, quia vel frigidiora esse viderentur, vel omnino vituperanda quali turpia, & indigna homine libero. Adulatio-

Plinius.

nis atque mandacij reprehensione non caruit Xenophon, quam ea de Cambysè & Cyro dixit, quæ à virtute longe aliena erant, vnde Plato in eum inquit, *Quæ* de Cyro scribuntur, ficta omnia sunt, & ad benevolentiam potius caprandam dicta, quam ad fidem veritatis. Fuit si quidem Cyrus vir prudens ac strenuus, cuius prædiam Xenophon scripsit. Cicero quoque, ut Platonis in omnibus imitator cognosci possit, ait, Xenophon veram historiæ fidem non sequitur, sed effigiem iusti imperij. Nos igitur præcepta nostra à primæ regis educatione atque institutione ordiemur.

Xenophon
Plato.

DE PRIMA REGIS INSTITUTIONE. Tit. V.



CHRYSIPPVS Solensis, quæ Laërtius quinque & septingenta librorum volumina scripsisse testatur, quum sapientem futurum à materno utero alendum educandumquesumeret, lactis alimoniam propriæ parenti, ut natura edocet, tradit. Nam nequaquam integra mater esse videretur illa quæ cum in aluo haberet, cum aluit quem ignorabat, si postquam in lucem homo editus est, eum aliud ablegaret, sed si quo casu lac nato infanti præbere nequireret, videndum est ut nutrices, quas adhibet sapientes sint: si fieri potest, & nullo vitio manifesto inquinatæ. Plurimum enim confert lactis alimonia non modò ad corpus formandum, verum etiam ad affectus ac mores. Temulentia, iracundia, ignauia, torpor & his similia

Chrysiptus

Nutrices futuri regis
quales esse
debeant.

etiam cum lacte imbibuntur. Videndū igitur erit, ut lactantes Regis pueri, nisi à matre alantur, optimas habeant nutrices, & animo corporéque præstantes: sintque etiam puro nitidoque sermone, ne futurum regem à prima ætate edoceant ea quorū pudeat cum creuerit, vel dediscere cogatur. Natura enim pueri tenacissimi sunt eorum quæ à teneris vnguiculis (ut aiunt græci) accipiunt, Et dereriora (ut Quintilianus refert) pertinaciter hærent bona autem faciliè mutantur in peius. Alcibiades Atheniensis quibuscunque Græcis ac Barbaris temporibus suis fortitudine, consilio, & scientia rei militaris præferendus fuit: & in omnibus certaminibus quibus præfuit, hostes terra marique superauit. Is nihil in vita magis expetendum duxit, quàm ut fama & rerum gestarum gloria cæteros omnes anteiret. Fuit autem audax, & intrepidus adeo ut Spartanus potius quàm Atheniensis videretur. Hanc naturam complures eius æquales putabant eum à lactis alimonia duxisse. Nutrix siquidem eius Laccæa fuit, Amycla nomine, ut locupletes testes sunt Antisthenes & Plato. Quæ animorum differentia inter has tres ciuitates fuerit, faciliè admodum docuit Stratonicus, qui monebat Athenienses, ut mysteria pompasque agerent, Elicenses ludos ederent, Lacedæmonij autem verberibus illos cæderent quum deliquissent. Erat enim vulgata eo tempore opinio inter omnes gentes, Lacedæmonios Græcorum omnium præceptores esse: & fortitudinis ac rei militaris magistros: à quibus cum aliquando rediret Diogenes Cynicus, & Athenas pergeret, interroganti vnde

*Plurarc. in
vita Alci-
biadis.
Amycla.*

veniret, & quò iret, scitè respondebat se venire à viris accedere autem ad mulieres. Agefilaus verò Spartanorum rex glorianti cuidam Atheniensi, quòd mœnia Athenarum admirandæ latitudinis atque altitudinis essent subridens ait id optime factum fuisse, quando ea mœnia non viris constructa essent, sed mulieribus. Hæc Agefilai sententia cum Romanis conuenit, qui (ut Strabo refert) dicere solebāt, Non viris mœnia sed viros mœnibus propugnacula afferre debere.

DE PRIMA REGIS EDVCA-
TIONE Tit. VI.

Sed redeat iam sermo vnde defluxit. Lactis educatio plurimum potest. Cernimus enim nonnunquam abstemias nutrices abstemios alumnos educare, & ex contrario temulentas ebriosos alere. In ceteris quoque animalibus id etiam vsa venit. Hædi siquidem qui ouium lacte aluntur, molliore sunt capillo, quàm quos propriæ matres nutriunt. Et agni quibus capræ lac præbèt, duriores sunt lana: ut docet veteres illi qui elegantissimè de agricolatione scripserunt. Optimæ igitur nutrices regis filio, qui ad regni spè editus est in lucè, deligendæ sunt, & prudètia, virtute, moribus, sermone, forma, & habitudine probatissimæ: ne natus ad tantam sublimitatè infans, in primò vitæ limine tã parua diligentia fraudetur. Sed de hac tenera educatione paucis à me hoc loco differendum esse puto, & solū de his dicendū, quæ sublimiora sūt, & supra ciuiles mo-

res esse videntur, & ad solos principes pertinent. Cōmunia siquidem & vulgaria illa quæ singulos quosque ciues respiciunt, satis superque tractantur in libris de ciuili societate. Omnis itaque prima educatio muliebris est, & præcipuè matri incūbit. Cornelia Gracchorum mater filiorum eloquentiam sermonis cōsuetudine à tenera ætate adiunxit. sic etiam Aurelia Cæsaris & Accia Augusti, & namque matres educationibus liberorum sic præfuerunt, vt eos quasi ab infantiã reipublicæ principes formauerint. Priscis enim tēporibus magnorum virorum coniuges, ac filiæ non lanificij aut lini vsus tantum callebant, verum viiles quoque virtutes ac disciplinas imitabantur. Hortensia enim *Q* illius Hortensij filia, qui de eloquentiã laude cum Cicerone certauit, cum ordo matronarum à Triumuiris graui tributo oneratus esset, nec quispiam virorum præ timore patrocinium eis præstare auderet, causam fœminarū apud Triumuiros cōstanter feliciterque peregit, paternãque eloquentiã mira grauitate, & gratia expressit. Ante septimum ætatis annum pueri ad Patris cōspectum raro accedebant, non modò apud Lacedæmonios, quorū castigatissima eruditio fuit, verùm, & apud alias complures nationes, & præsertim apud Persas & Scytas, hoc ideo obseruabant ne filij antè patrem dignoscerēt, quàm illum veteri ac venerari didicissent. Et alia etiam ratione, ne pariter primæ teneritudinis blanditiis illecti, nimia indulgentia in pueros tenerētur, ne si quid eis accideret vt pro illius ætatis infirmitate fieri solet, nimio inærore angerentur, interea eorum curam matri-

*Cornelia.
Aurelia
Accia.*

Hortensia.

*Lacedæmonij.
Persæ.*

bus relinquebant. Durius Galli agebant (vt refert *Galli Cæsaris*) qui non antè filios suos se adire permittebant, quàm adoleuissent, & munus militiæ iustine re possent.

MAGNI REFERRE QVOS QVIS

que audiat quotidie, quibus cum loquatur à puero, & quibuscum frequens sit consuetudo. Tit. 7.



Aternæ igitur Curæ erit, non modo vt salubriter alatur puer, & vt optimo, puròque sermone conuescat, sed vt nihil turpe aut indecorum audiat, cernat aut suspicari possit. Scurræ, mimi, histriones, & eiusmodi artifices ab illius aspectu exigendi, prohibendique sunt, qui nequitiarum, illecebrarum, ac omnium voluptatum sementem iaciunt, quæ vt primùm adoleuit, indolis ac probitatis igniculos quosdam à natura nobis ingenitos, vt ait *Plato* extinguit, & virtutem animi, ac corporis effœminat atque eneruat. Arcendi etiam & exigendi sunt *Octauius* Pumiliones, quos græci *νάνες* appellant, homines scilicet parua nimis & humili statura, quos *Octavius Cæsaris* horrebat, & sic entrapeli omnes, ac manci. Asserebat namque illos naturæ ludibria esse, & monstra mali hominis Optime legislatores stauerunt non alendos esse, neque inter liberos habendos, quos mulier monstris similes, & contra humani generis formam pepererit. Hòsque inter prodigia procurandos esse veteres historici affir-

Spadones mant. Pellendi etiam Spadones, quasi violatæ naturæ monstra. Sunt enim oblutidi, enerues, ignavi, indecoraque membrorum cōpage deformes.

Semiramis. Semiramis regina, quæ prima teneros mares castrasse dicitur, iacturam non minimā laudis quam ex condita Babylone affecuta fuerat, fecit hoc scelerato flagitio. Cuius tamē pessimum exemplum plæræque orientales reginæ imitatæ, diutius Eunuchos in deliciis habuerunt. Fabulas illas quibus pueris nutrices eblandiuntur non probat Plato.

Plato. Ait enim, quando pueri per ætatem ad rationem animo capeffendam minus idonei sunt, ludo, ioco, fabulisque præparentur, quæ quidem si falsæ sunt, faciem quandam veritatis præ se ferant oportet, veræ esse posse videantur: omnino tamen castæ sint ac modestæ, & nullam turpitudinis speciem præstent: nihilque timoris, formidinisve incutitæ cauendum est, ne ve vanam aliquam, & anilè superstitionem inducant.

*Obscœnitas
verborum.*

Obscœnitas omnis verborum à puerorum auribus prohibenda est: libertatem enim verborum, licentia quoque actionum sequitur. Turpiter etiam dicta, turpiter facta comitantur. Puerorum indolem non tam adiuuât quæ quotidie bene dicuntur, quàm inficiunt quæ pessime & petulantè proferuntur. Hæc enim pertinaciter in mentibus hærent, illa autem facillè dilabuntur. Scythæ moderatione & abstinentia ceteros mortales antecellunt: & hoc admirandum in primis veteres esse scribunt, id illis à natura datum, quod ne Græci quidem doctrina ac præceptis assequi potuerunt. Nam si Græcorum variis disciplinis excultos me-

res cum illorum indocta barbarie conferas, vincunt animo barbari. Tanto plus in Scythis potuit vitiorum ignorantio, quàm in Græcis virtutis cognitio. Traces modestissimi habitus sunt *Traces.* de quibus Menander (vt refert Strabo) eius *Menander.* modi verba protulit. Traces vniuersi, & præcipuè nos Græci (nam indigenam me eorum esse glorior) omnium rerum continentiam valde agimus. Non erit igitur parua eruditio in pueris assequi vt vitia omnino ignorent.

PRÆCEPTORES ET PÆDAGOGI GRAVES PVERIS ADHIBENDI
Titul. VII.

ADHIBENDI deinde sunt viri graues & eruditi, qui alendi, exercendi, erudiendique pueri curam habeant, præfintque aliis præceptoribus, & videant nequid turpiter aut indecore agant sed tēpoti adsint ac curent vt quisque officio suo modestè, sanctè iustèque fungatur, & artem suam doceat, alienam autem nō attingat. Optime veteri proverbio præcipitur. Artem quisque suam doceat, sus nulla Minervam. Sic enim ab ineunte ætate reges instituendi sunt, vt nō solum sibiipsis, sed & alijs quibus præfunt, sapientia & exemplo profint. Achilles diligentes habuit præceptores, & imprimis Phœnicæ Amyntoris filium, qui cum suadete nouerca rem cum patris cōcubina habuisset, patria eiectus est, & ad Peleū diuertit, à quo gra-
Achilles. to hospitio suscepus, Achilli dicēdi agendique ma-

*Claudia-
nus.*

gister adhibitus est, multo tamen plura didici Achilles à Chirone Theffalo, quem poëta centauro hoc est dimidio equum propter equitandi peritiam fuisse fabulantur. Vnde illud Claudiani poëtae, Ocyus hausit Achilles Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes siue lyræ cantus, medicas seu discretas artes.

Philippus Macedo magni Alexandri pater, sortidum ante se Macedonũ nomen, ad spem imperii totius orbis terrarũ crexit, Et si causam vnde tanta virtutis incrementa manauerint, quærimus inuenimus primã eruditionem solida et fundamenta gloriæ ac laudis iecisse. Alexãder enim eius frater natu maior regiam dignitatem apud Macedones gerebat, contra quos Illyrici (gens eo tempore potentia & armis illustris) bellum gerebant, verum cum rursus succubissent Macedones compulsi sunt vt pacem redimerent arbitrio Thebanorum, qui pro vtriusque sponderunt. Dari sunt eis Macedonibus obfides, quorum princeps Philippus regis frater extitit, qui rum adolescens erat. In trienio apud Epaminundam desedit, à quo bonarum artium studia, & rei militaris disciplinam perdidicit. Et sic breui tempore virtute excelluit, vt quum mortuo fratri in regno successisset, non solum Illyricos quibus obles datus fuerat, subegerit, verum non dubitauerit totius Græciæ imperium inuadere, & omnium ante se regum gesta longe superare: Et quamuis in rebus bellicis assidue versabatur, tamen liberalibus studiis nunquam aberat, in quibus tantum profecit, vt librorum epistolarum reliquerit, quos Cicero se lectitasse

refert, & illorum grauitatem, prudentiam, & eloquentiã non mediocriter laudat. Hic deinde magnam diligentiam in Alexandro filio erudiendo instituentodque exhibuit. Nam Leonidam virum integrum, & morum comitate ac iucunditate, cõspicuum, qui Olympiadi per affinitatem coniunctus erat, præceptoribus, ministris, familiaque præfecit. Hunc tamen Diogenes Babylonius scripsit vitis quibusdam Alexandrum imbuisse, quæ robustum quoque ac maximum regem ab illa puerili institutione profecuta sunt, vt Fabius Quintilianus refert. Lysimachum autem præceptorem inter bonarũ artium doctores esse voluit, qui sæpe per iocum dicebat se Phænicem esse Alexandrum Achillem, Philippum verò Peleum. Adiecit paulo post his omnibus Philippus Aristotelem temporibus illis philosophorum omnium acutissimum, eruditissimumque, à quo Homeri libros in primis didicit Alexander, deinde ciuilem sapientiam, deinceps autem speculationes quasdam philosophicas quibus summopere delectatus est, ad æmulationem condiscipulorum vsque.

Non paruatam etiam diligentiam erudiendo Alcibiadi impenderunt Pericles & Ariphron, viri præclari, & à Clinia ipsius patre tutores testamento relictæ. Eidem enim primò cum puer esset Zopyrum virum in studiis bonarum artium peritissimum præceptorem tradiderunt, à quo complura quæ ad primam eruditionem pertinet, perdidicit, deinde cum adoleuisset, & illius dictominus ausculteret, ac licentiam viuendi liberio remiam propter

Libro de clavis oratoribus.

Leonidas Alexandri pedagogus. Diogenes.

cap. 2. li. 1. inst. orato.

Plutar. in vita Alcibiadis.

ætatis formæque procliuatatem accepisset, in illis
cebras turpesq; Græcorum lasciuias prolapsus est:
à quibus eum Socrates vir sanctissimus & inno-
centissimus reuocauit. Et vt ferrum igne mollium
aqua densari solidariq; solet, sic Alcibiadis inge-
nium voluptatē ac turpitudine diffusū, disciplina,
sapientia, seueritate, eloquentiâque Socratis in
dies magis magisque cohibebatur, & ad frugal-
tatem propius accedebat. Hæc Socratica discipuli-
na summa beneuolentia cōfirmata, tantum potuit,
vt ad claritatem & gloriam consequendam non
mediocrem, occasionem Alcibiadi præbuerit,
quippe quæ eum ex nebulone impuro præclarum
reddiderit virum, & ducem imperatorēque il-
lustrissimum. Beneuolentiam in Alcibiadem in-
primis ostendit Socrates, cum simul militauerunt
ad Potideam, nā cum fortissime pugnasset nauale
prælio, ad eū vt ei victoriæ corona decerneretur,
illam vltro Alcibiadi concessit, qui tum adolescens
erat, & nulla adhuc bellicæ laudis fundamenta
iecerat: quò quidem principio maximam deinde
laudem affectus est.

*Grammatica
regibus fu-
turis edisce-
da.*

*M. Anto-
nius.*

Discat futurus rex à teneris annis Grammaticam,
quæ fundamenta iacit omnium disciplinarum, si-
ne qua omnes infâtes atque elingues essēt & bar-
baro sermone blēsi ac balbutientes quæ quidem in
omni studio plus operis, quàm ostentationis ha-
bet. Hæc & loquendi artifex erit, & poëtarum hi-
storiarumque interpret aliarumque doctrinarum
quasi dux & auriga, M. ANTONIUS, qui inter Ca-
sares virtutis ac sapientiæ laudem meruit, diligen-
ter admodum singulas quasque disciplinas per-

didicit, & precipuè Grammaticen, in qua præce-
ptores Latinos habuit Traesium, Aprum, Polemonem,
Eurychium, Proculum, & Alexandrum Græcum.
Proculo verò tantum detulit, vt eundem
ad procululatum vsque prouexerit. Licon Troa-
denis Sratonis discipulus fuit, & eloquio pluri-
mum præstitit. Is cum in educandis, instituendis
que pueris idoneus valde haberetur, dicere sole-
bat duo necessaria præcepta pueris præcipuè adhi-
benda esse. pudorem imprimis vt seruarent, qui
actiones cupiditatēque regere, & pro habena re-
tinaculoque esset. Deinde laudis studium, quod
discendi atque agendi aculeum ac calcar acutissi-
mum subderet. His præceptis Grammaticus in dis-
cipulos vtatur expedit, quorum alterum virtu-
tem, alterum ingenium excitabit. Ab Homero ex
Græcis inchoada, est tractatio poëtarum, exemplo
Aristotelis, ab eo nanque incepit, vt modò dixi,
cum Alexandrum institueret. Ex nostris autem à
Virgilio, vt Quintilianus præcipit. Vtranque enim
linguam discat, si per ocium licebit, opus est. Hęc
heroica lectio plurimam principibus ac regibus
confert, quorum animi eriguntur sublimitate he-
roici carminis, cuius inuentum Pytio Apollini tra-
dunt, quādo per Phæmonoem virginem eo versu
futuros caneret euentus. Argumētorum enim ex-
cellentia, & rerū magnitudo, quæ carmine illo cō-
tinetur, ad imitationē rerum regendarū lectores
inuitat, & promptiores alacriorēque reddit. Sunt
etiam qui putēt Homerū in Rhapsodiis suis prin-
cipē instituere voluisse: insunt nāque in eo non so-
lum bellorū ac rei militaris documēta verum ci-

*Pueris præ-
cepta duo
tradenda.*

*Lib. j. Orat.
instit.*

*Græce &
Latine insti-
tuendus
puer.*

uilia quoque præcepta, ac clarissimorum ducum
 atque imperatorum laudes, quarum studio accen-
 duntur illi, qui dum legunt eiusmodi gesta in aliis
 similem sibi ipsis gloriam affectant. Theseus &
 Pirithous æmulatione Herculis, cuius laudes tunc
 vniuersi poëte decantabant, longinquas militiam
 egerunt, ut nomina sua immortalitati commenda-
 rent. Proinde in fabulis scribuntur ad inferos ve-
 que penetrasse quod etiam intellexisse videtur
 Alexander. Nam cum victor Ilion ingrederetur,
 multa oculis & animo lustrauit, illectus Homericæ
 lectione, & vetustissima quam plurima perquisiuit
 quod cernens quidam, eum rogauit, vellent ne
 Paradisi citharam cernere? Tum comiter videtur
 respondit, eam nequaquam sibi cordi esse, sed Ae-
 hillis citharam videre malle, qua ille non Veneri
 illecebras, sed fortissimorum ducum gesta & re-
 inclytas canere consueuerat. Huius sententiæ dis-
 pulator etiam videtur fuisse Octavius Cæsar. Nam
 cum victo Antonio Alexandriæ esset, quæsiuit ab
 his qui rebus sacris præerant, ut urnam, in qua
 corpus magni Alexandri (quod a Perdicca sustu-
 lerat Ptolemæus Lagi filius, quum illud ex Baby-
 lone referret) conditum fuerat, ei ostenderent.
 Cumque illi eam è penetralibus solèni more pro-
 tulissent, venerabundus procubuit Octavius, dili-
 genterque urnam inspexit, & eam floribus con-
 spersam corona donauit. Tum illi eum rogaue-
 runt num etiam Ptolemæum videre vellent? quibus
 ille respondit, Se regem voluisse intueri, non autem
 mortuos.

A FVTVRO

A FVTVRO REGE QVI SCRI-
 ptores legendi Discendique sint,
 quibus negligendi.

Tit. 9.



Vantas vires animis addat etiã poëtica
 exercitatio, vel furor poëticus, hinc di-
 scere possumus. Leonidẽ Spartanum il-
 lum illustrem interrogatum aliquando
 qualis sibi poëta fuisse videretur Tyrthæus? me-
 moriæ proditum est, respondisse, Bonũ cum primis
 ad iuuenum animos excitãdos. Illius enim carmi-
 ne concitos, tanquam furore aliquãdo correptos
 nullis periculis parcentes, in pugnas ruere. Fuit e-
 nim Tyrthæus ex oraculo Appollinis Lacedæmo-
 niũs imperator datus ab Atheniensibus, per ridicu-
 lum, imperitius enim erat rei militaris, & altero
 pede claudicabat. Nam cum infeliciter ad eũ pu-
 gnassent Lacedæmonii contra Messeniũs, qui ab
 illis defecerant, ut eorum reges iam de reducendo
 exercitu, & turpiter deferendo bello cogitarent
 tum Tyrthæus dux factus, cum cerneret, quò loci
 res Laconica per vecordiam deducta esset, opem
 auxiliũque Musarũ implorauit, quibus annuen-
 tibus elegiam commentus est, quam εὐροπίας
 à bona institutione appellauit: & eam suauissimis
 modulis ad tibiam pro militum concione cecinit,
 in ea damnorum erant solatia, belli consilia, for-
 titudinis laudes, & vitionis cohortatio, eoque
 carmine animos Lacedæmoniorum ad eũ inflam-
 mauit, ut Musarum furore conciti, qui roties suc-
 cubuerant, victores euaserint, & exercitum Mes-

Plutar. in
 vita Cleo-
 menis.

Ex strabone
 lib. 8. geo-
 graphia.

K

Plutar. in
 vita

Alexãdri

seniorum funditus deleuerint.

Tragici

Nō sine vtilitate etiam leguntur Tragœdi, si mo-
res in tuto fuerint, habent enim pondus ac nitore
rem verborum, & sententiarum grauitatem, præ-
cipuè Euripides, cuius singulos versus singula te-
stimonia se putare ad Tyronem scribit Cicero.

*Euripidis
versus.
Sophocles.*

Habuit Sophocles laudem suam non modo in
Tragœdia, in qua peregregius habitus est, sed et-
iam in militari disciplina. Quocirca ab Athenien-
sibus difficili bello cōtra Lacedæmonios & The-
banos dux creatus est vnâ cum Pericle spectatæ
virtutis viro, qui Atheniensium imperium plu-
rimum auxerunt. Sed turgida illa & inflata
quæ sunt apud Tragicos, & quæ desperationem
quandam, & animi impotentiam præ se ferre
videntur, fugienda omnino sunt. Ex stultis enim
insanos faciunt, vt ex Stoicorum sententia an-
Comicus ille. Eodem etiam modo Comici le-
gendi sunt. Alunt siquidem quotidianum ser-
monem, & proprietate elegantiaque verborum
eloquentiam nitidiorē vberiorēque reddunt.
Sed vt breuiter concludam, singuli poète, si cum
delectu quodam leguntur, proprias quasdam vir-
tutes habent, & mirificam quandam gratiam,
quæ à regia dignitate nequaquam aliena est. Mi-
scent enim Gratias Musis, & orationem omni ex
parte gratiorē iucundiorēque reddunt. Nihil
in Neronis ingenio laude dignum fuisse duco, ni-
si quodd ad poëticam prouum aptumque fuit.

Pericles.

Poetæ.

Versus quidem facillime componebat, nec rudes
aut indilertos, sed faciles atque eruditos, nec alic-
nos pro suis edebat, vt quidam falsò putabant.

*Nero poësis
studiosiss*

sed suos, ac proprios. Eius nanque libellos in ma-
nus suas peruenisse testatur Tranquillus, cum
quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo
scriptis, ex quibus facile apparebat non translatos,
aut distante aliquo exceptos, sed plane à cogitan-
te scriptos. Ita multa & deleta, & inducta, & su-
perscripta in illis fuisse asserit.

Obsceni poète omnino negligendi sunt, bo-
nos enim mōres corrumpunt, & animum ne-
quitiis imbuunt. Non poëtarum studium, sed a-
nimi sui labem ostendebat Ælius Commodus
Verus, quum Martialem dicebat suum esse Virgi-
lium. Nos autem Platonem audiamus, qui ea
poëtas scribere iubet, quæ viros bonos efficiant,
docerantque bonos beatos esse, malos verò miseros
etiam si fortunati ac diuites essent.

HISTORIOGRAPHOS ET AN-

*nalium libros reges futuri lectitent,
maiorum statuas & imagines
parum curent.*

Tit. x.



PROXIMA poëtarum cognitio-
ni historia accedit, quam Cicero *lib. 2. de ora-
tore.* testem temporū, vitæ magistrā, vi-
tæ memoriæ, veritatis nunciā appel-
lat. Cuius cognitio regibus, ducib⁹, imperatoribus
& omnibus principibus per quā necessaria habēda
est. Ex ea nanque omnium virtutum exēpla depro-

muntur, & imitationes quæque clarissimarum actionum. Nam si corporum simulacra, & effigies manu artificum factæ, inueniunt animos excitare solent, ad eorum imitationem quorum illæ imagines sunt, quanto magis id assequenter historiarum, & rerum gestarum monumenta, quæ mentem animi, quæ exprimunt, non autem corporis lineamenta, formæque speciem?

Tanto enim præstat imagini historia, quanto corpori animus.

Nec corporis pulchritudine gloriatur præstantes viri, quando ea & facile mutatur morbo vel senio, & quamprimum concidit: sed sapientia, consilio, fortitudine, & rebus illis quæ animi virtutem ostendunt. Proinde sapienter Romani, cum alicui excellentissimo viro statuam decernebant, non nudam Græcorum more (qui nihil in ea velabant) fieri iubebant, sed togatam, si pro civili lau-

T. Liv. dec. 1. lib. 1. idem dec. 1. li. 2. de decreta fuerat: armatam vero si pro bellica gloria ut non corporis tantum effigie, sed animi quæque virtutem aliqua ex parte ostenderent. Ar-

matam fuit Horatii Coclitis statua, illius qui Thuseos hostes & Porſenam regem pontis publici transiit, vno sui corporis obiectu prohibuit. Togata vero, & velato capite Accij Nauij, qui Tarquinij præſci tempore inclutus augur habitus, nouacula cotè dissecuit, qua ex re augurii sacerdoti quæque Augurum tantus honos accessit, ut nihil deinceps bello domine nisi ex auspicio gereretur. Quæ vero à doctissimis scriptoribus literarum monumentis mandantur, ea veram hominis effigiem ostendunt, & vbi que gentium, terrarum, locorumve ab om-

Val. li. 1. de Auspiciis.

nibus visuntur: at statuarum ipsarum sensibus carent, & vix oris lineamenta imitantur, & à paucis vno tantum loco cerni possunt. Hanc etiam sententiam mihi ostendisse videntur Athenienses, qui quum memoriam Thesei celebrarent, Connidam illius præceptorem, qui nonnulla eius gesta liris commendauerat, maiore venerati sunt honore, quam Silamonem & Parthasium, quorum alter pictura, alter sculptura Thesei simulacrum imitatus est.

Ambitiose admodum mihi egisse videtur Pericles, qui se Athenis in scuto Minervæ cum Amazonibus pugnantem a Phidia pingi voluit, quum esset vir summus in re bellica, & consilio, virtute, ac rerum gestarum gloria floret, cuius monumenta longe diutius scriptorum memoria, quam tenui pictura seruantur.

Atqui si artifex ille, sumptuosius imaginem imitatus est, cuius tenis specie saxum utrisque manibus atrolentis, non est admirandum, eius enim laus ex solo pericillo & coloribus pandebat, non ex animi virtute & rebus gestis, sicut illa Periclis, quæ non modo diuturna, verum immortalis futura erat, literarum lumine accensa. His vero ex rebus tantam inuidiam contraxit Phidias, ut præliuore obtricatorum in carcerem duceretur, & breui tempore tabe & mœrore confectus periret, penasque daret artifex nobilissimus nimis affectatæ gloriæ.

Polygnotus pictor etiam peregre regius, ut famam nominis sui propagaret, Stoicorum porticum propria opera & impensa Athenis pinxit, ut Melan-

Phidias mors

*Pluta. in vi
ta Cimonis.*

thius poëta meminit. Et pictura historiam Troiani belli continebat, & cum eò loci ab artifice ventum esset, vt Troianas mulieres pingeret, ab Elpinice Miltiadis viri clarissimi filia, (Cimonis iuuenis pietate & rebus gestis nouissimi sorore) clanculum accercitus extitit. Erat tunc Elpinice etate integra, & forma inter Athenienses feminas conspicua. Accessit ad eam pictor non inuitus, vt qui non exactæ ætatis esset nec puellæ venustatem exhorreret. Tum illa studio gloriæ accensa, multis blanditiis pollicitationibûsque eum orat, vt imaginem suam proprio ore, propriisque lineamentis inter Iliacas mulieres pingeret. Quod quidem summa diligentia perfecit artifex, eamque quasi spirantem pictura reddidit: sed premium tanti operis illius noctem exorauit. Nec sanè mirandum esse duco Elpinicem potestatem corporis sui pictori permisisse. Nulla enim animi virtute famam sperare poterat, erat enim suspectæ pudicitia. Proinde quamuis illustri genere nata esset, tamen minus bellè audiebat. Sola igitur pulchritudinis imago illam ab omni obliuione aliquandiu vendicare poterat.

Praxiteles quoque omnium artificum marmore felicissimus, Phrynem formosissimam eo tempore, sed famosam, vehementer adamauit: ea nullum aliud amoris ab eo præmium postulauit, nisi vt se nudam sculperet, quod quidem ille diligenter effecit, adeò vt ex imaginis facie & artificis amor, & lætitia exultantis meretricis præ gratissima mercede cerneretur.

Glycere Thespiensis forma quoque eximia, ab

eodem artifice perfecti operis Cupidinem amoris præmium accepit, quem quidem Thespiæ ornâtissimo sacello consecrauit. Et cum oppidum illud despectum esset, & rarè propter itineris difficultatem à viatoribus viseretur, eius simulachri fama longè celebrius habitum est omnes enim qui per regionem illam iter faciebant, illuc diuertebant, vt Cupidinis imaginem illam intuerentur. Cuius rei testimonium affert Strabo Geographus. Arelius Romanus pictor laudem suam meruit. Floruit autem Cæsaris dictatoris, ac deinde Octauij Augusti temporibus, sed infamis ex hoc habebatur, quòd cum impudicæ semper alicuius mulieris amore teneretur, quasi precium flagitij illis pendens picturus deas, faciem meretricum quas amabat, magna similitudine imitabatur. Vnde vulgò Romæ omnes dicebant in Arelij pictura scortorum imagines inter deas numerari, vt Plinius refert.

Sed iam ex longo interuallo in viam redeamus. Ego enim sic statuo, nullum corporis simulachrum querendum esse, vbi animi bona memorie commendari possint. Isocrates regi suo eiusmodi præceptum scribit, Statuas ac simulachra tibi relinquant, quæ animi potius imaginem, quam corporis lineamenta ostendant. Hoc manifesto documento patefecit Agesilaus Lacedæmoniorum rex. Nam cum certatim plurimi artifices vellent illius imaginem sculpere, nunquam id fieri passus est, vt qui assidue conaretur animi monumenta ex rebus præclare gestis relinquere. Illud quidem sculptorum opus esse arbitrabatur, hoc suum illud

diuturnum, hoc autem bonorum virorum. Et Cato senior cum rogaretur à quodam familiari suo, cui imaginem inter multos alios præclaros viros non haberet: respondit, Male potius posteros rogare cur Cato statuam inter illustres ciues non haberet, quam mustitare quibus meritis stata sibi posita esset.

Summa diligentia præter ceteros omnes legendi perdiscendique sunt à rege boni oratores. Quotiescunque enim pro concione loquitur, vel ad externos, vel ad reges, duces, imperatores, aliosve principes, non extemporanea atque foruita, sed meditata atque accurata oratione utatur oportet: ne cogatur deinde cum rem diligentius cogitauerit, aut verba sua redarguere, aut sententiã mutare, quorũ alterũ imprudẽtiã, alterũ verbõ leuitatis esse videtur. Tit. L. vir summæ facundie fuit, & Latinæ historiæ palmam meruit, scripsitque plurima librorũ volumina, summo ingenio, mirificaque elegantia, attamen per literas suas filium monet, vt Ciceronem & Demosthenem legat, cum eis quos his simillimos viderit. Idem futuro regi suadendum censeo. Sunt enim omnium oratorum maximi: & alter in ea republica dicẽdo regnavit, quæ totius orbis terrarum imperiũ tenuit: alter autem in ea quæ studiorum sapientiæ mater, musarum domicilium diutius habita est. A quibus quidem oratoribus non modò summam perfectamque eloquentiã assequemur, verũ morũ quoque ac sapientiæ præcepta, & omnium civiliũ virtutum præclarissima exempla. Nõ solum enim oratione & sermone hi duo oratores mora-

*Tit. Liviij
laus*

les reliquos antecellunt, sed in morali sapientia præstantissimi habiti sunt, vt ex vtriusque orationibus cerni manifestè licet.

Atqui Cicero ipse de philosophia, vt cernimus, complures doctissimos libros scripsit, & hæc bene viuendi disciplinam cunctis aliis prætulit, quæ tanti habita est, vt Aristides philosophus existimauerit, nullam perfectiorem virtutem, quàm civilem sapientiam mortales consequi posse. Omnis enim recti honestique disciplina Regi necessaria est, vt optimus vir esse possit, & bene dicendi peritus, nã sine morali philosophia inanis quædam verborum est eloquentia. Proinde aliquandiu hæc duæ disciplinæ coniunctæ fuerunt, & iudem erant morum dicendique præceptores, quarum vtranque ab his optimis oratoribus simul discere licet.

Ciceronem Quintilianus dono quodam diuinæ prouidentie genitum fuisse putat, in quo totas virtutes suas eloquentia experiretur. Præcipit quoque vt hunc solũ spectemus, hoc propositum sit nobis exemplar. Sed quanquam in hoc vno omnes dicendi virtutes sunt, tamen nonnullos alios oratores etiam legendos puto, & Iulium Cæsarem imprimis, virum ad omnia summa natum, de quo Brutus, quum de claris oratoribus apud Ciceronem loqueretur, eiusmodi verba protulit: Cæsarem iudico omnium ferè oratorum Latine loqui elegantissime, & hanc bene loquendi laudem multis literis, & his quidem reconditis, & exquisitis, summòq; studio & diligentia est consecutus. Scripsit Cæsar de ratione Latine loquendi ad Ciceronem, cum esset etiam maximis

occupationibus impeditus. Scripsit & commentarios rerum à se gestarum, quos valde probandos esse ait Cicero, vt qui nudi sint, recti, & venusti, & quibus nihil sit in omni historia obputa & illustrem breuitatē dulcius, de quo etiam Quintilianus ait, Tanta in Cæsare vis est, id acumen, et concitatio, vt illum eodem animo dixisse appareat, quo bellauit. Huius imperatoris orbis terrarum, reges imitatores esse decet, & principes omnes qui virtutis & gloriæ studiosi sunt. Ex eo namque non modo virtutum, & rerum gestarū exempla assequi poterunt, sed bene etiam dicendi disciplinam, & sapientiam illam, quæ sicut reliquarum rerum omnium fundamenta iacit, sic etiam eloquentiæ. Est enim in regia oratione maxima laudis perspicuitas, à qua absit omnis verborum affectatio. Proinde cauenda sunt obscura, aliena, noua, obsoleta, ambigua, ac nimis prisca verba.

Li. 10. ca. 1.
ad fi.

Salustius
Notatur.

Asinus Pollio librum in Crispum Salustium scripsit, arguens in illo nimiam priscorum verborum affectationē, nimiamque obscuritatem, & audaciam quandam nimiam in translationibus & figuris. Monuit quoque eum, vt noto, ciuili, proprioque sermone vteretur. Quinetiam noto Epigrammate vulgo incessebatur.

Et verba antiqui nimium furate Catonis
Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

Quæ quidem præcepta in omni genere orationis latissime parent: sed sicut in vita nostra, & in singulis quibusque actionibus nihil est difficilius, quam videre quid deceat, sic in oratione: in qua certè maximum est seruare decorum, non in sen-

tentiis solum, sed & in verbis. Nō enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis dignitas, nec ætas, nec tempus, nec iocus, nec auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus est aut sententiarum, sed semper cogitandum est quid deceat. Isocrates regi suo præcipit. Quicquid dicas, agas, aut cogites, semper meminisse debes te regem esse, ne quid vniquam indignum agas tanto nomine. Octavius Cæsar in Senatu, ad populum & apud milites nūquam nisi medicata & composita oratione utebatur. Ac ne periculum memoriæ subiret, instituit omnia recitare: & sermones grauiore non nisi ex scriptis & ex libello habebat, ne plus minúsue loqueretur, quam statuerat: vt Tranquillus refert.

Isocrates.

Octavius

Cæsar.

REGIA ORATIO QUALIS ESSE DEBET.

Tit. II.



Regia oratio, breuis, dilucida, & iucunda esse debet, cum verborum pondere & sententiarum gravitate. His omnibus, & cō pluribus aliis virtutibus præstat Cæsar, quem imitandū principibus ac regibus statuo. Menelaū Homerus dulcem in dicēdo fuisse tradit, sed pauca eum loquentē inducit. Breuitas quidem dicēdi pro laude habetur in regibus, principibus, & in omnibus hominibus qui aliis præstunt maximisque rebus occupati sunt. Hęc breuitas dicēdi Pisistrato Atheniēsi suffragata est ad prome-

Cæsar.

Menelaus.

Laconif-
mus Lau-
datur. rendam ciuium gratiã, ex qua quidem imperium
 affectus dicitur. Lacones ex omnibus Græcis
 hoc genere dicendi præcipue laudantur, & in pri-
 mis Agefilus eorum rex, qui breue aliquando di-
 ctum effundebat ex tempore, aptum ad delectan-
 dos mouendosque animos in quencunque vole-
 bat affectu. Duxerat secum in Asiam Lyfandrum
Agefilus.
 Agefilus, eumque honore ac beneuolentia com-
 plectebatur. Ille elatior factus, multis amicis ac
 clientibus stipatus, magna cum grauitate incedebat,
 & officio omnibus aderat: eius dicto etiam
 omnes optemperabant, aded vt imperij dignita-
 tem sibi arrogasse videretur, & solum regis no-
 men Agefilao reliquisse. Tum rex ne videretur
 imperium ex præcipro illius gerere, nihil ampli-
 us rerum gerendum Lyfandro permittit: &
 si aliquibus ille opera aut studio aderat, eos om-
 nes rebus infectis dimittebat. Hoc quum cerneret
 Lyfander, opem omnem operamque amicis ac
 clientibus ferre destitit, & eos a se amoliebatur,
 & ad regem dimittebat: rogabatque omnes, vt
 nõ se deinceps comitarentur: ipse autem regi nihil
 minus aderat, & nulla officia, nulla obsequia, nul-
 losque labores derectabat, sed omnibus func-
 tionibus præsto aderat. At qui cum aliquando oc-
 casionem loquendi nactus esset. Rex, ait, O
 quam probè nosti amicos quamprimum mine-
 res reddere. Tum Agefilus. Noui, inquit, si velim
 me maiores fieri. Qui verò dignitatem atque o-
 pes meas amplificauerint, eos in partem honoris
 vocare æquum erit.

Facetum etiam responsum, & optimo princip

dignum fuit illud Iuliani Cæsaris, viri eruditi, & *Celphidius.*
 nisi à vera religione discessisset, multis virtutibus orator.
 nati Celphidius orator acerrimus Numeriû Nar- *Numerius.*
 bonensis prouinciæ paulò antè præsidè, repetum-
 datum accusabat: verum documentorum inopia *Iuliani Cæ-*
 quum deficeret, exclamauit: Optime Cæsar, ec- *saris scitu.*
 quis nocens esse poterit vsquam, si negare satis
 fuerit? Tum scitè Iulianus inquit, Ecquis innocēs
 fuerit, si accusasse tantum satis erit? quo quidem
 dicto & innocentem virum seruauit, & petulan-
 tem rabulam coërcuit.

Vrbanus facetusque etiam habitus est *Cesellius*
 Vindex iure consultus. Nam quum aliquando à *Cesellius.*
 populo lapidibus obrutus fuisset Vatinius vir le- *Vatinius.*
 uis ac petulans, dum munus gladiatorium ederet,
 & ab edilibus impetrasset edictum, ne quis in are-
 na nisi pomum mitteret, consultus *Cesellius* à iu-
 uene quodam, num pinea nux pomum esset ri-
 dens ait, Si in Vatinium missurus fueris, pomum
 certe est nux pinea, qua vrbanitate fretus, vt arbi-
 tror, Valerius Martialis dixit.

Poma sumus Cybelles procul hinc discede viator. *Nux pinea.*
 Ne cadat in miserum nostra ruina caput. *Martialis.*

Facetum etiam illud Ciceronis fuit. Nã quum
 vidisset Lentulum generum suum virum pusillum, *Cicero.*
 & exiguæ staturæ longo ense succinctum, excla-
 mans ait, Quis generum meum tam magno ensi
 alligauit? Hæc facetè dicta Græci *στέμματα* ap-
 pellant, quasi sales minus mordaces, & veluti mor-
 sus edentæ belluæ.

Lycurgus apud Lacedæmonios hoc genere dica- *Lycurgus.*
 citatis adolecētes exerceri voluit, vt in alios sine

*Demosthe-
nes Cicero.*

morſu cauillari diſcerent, & in ſe dicta in alios ſta-
tim retorquere atque inuertere ſciant. Hęc dica-
citatem Quintilianus dicit ſermonem eſſe cum
riſu aliquos inceſſentem. Vnde Demothe-
nem ve-
banum fuiſſe dicunt non autem dicacem. Et Ci-
ceronem nimium fuiſſe dicacem fuerunt qui di-
cerent. Et ſic duos maximos omnium oratores
carpent: alterum quod minus fuerit dicax, alte-
rum verò quod nimis. Huius vrbanitatis oppo-
ſunitas tanti aliquando fuit vt homines capitali
periculo liberauerit.

*Ex plutar-
cho in apo-
hptegma-
tus Pythi.*

Iuuenes enim quidam Tarentini cùm pluſcu-
lum in cena ſe inuiſſent, multa liberius in Py-
rham locuti fuerant: verùm quum rationem facti
repoſcerentur, & neque negari res, neque defendi
poſſet riſu, & opportuno ioco elapſi ſunt. Vnus
enim ex eis inquit. Atqui rex in clyte multo plura
hic dixiſſemus, ſi plus vini habuiſſemus. qua quæ-
dẽ vrbanitate tota criminis inuidia diſſoluta eſt;
Eiuſdem regis legatus Cyneas Romam miſſus di-
uertit ad Ariciam, & quum cenaret, vinum ei cau-
pæ valde auſterum præbuit. Tum Cyneas homi-
nem rogauit, vt mitius ſuauiusque apponeret: ſed
negante illo melius toto oppido inueniri, rem tu-
lit vt potuit. Mane autem quum diſcederet, vidit
proceras admodum arbores, quibus vites religata
erant, tum ridens ait optime egiſſe Aricinos ciues,
qui matres peſſimorum filiorum tam altis cruci-
bus ſuſpendiſſent.

*Cynea lepi-
da facetia.*

*condita ſale principibus
honeſta. tit. XII.*



Donca etiam principibus ſunt quæ à
Græcis ἀποφθγματα appellatur nõ
nulli autem latinorum eadem dicteria
dicunt, vt Cicero teſtatur ad Corne-

*Cicero.
Dicteria*

lium Nepotem ſcribens, his verbis. Noſtri ea quæ
facetè, breuiter, & acutè locuti eſſemus, proprio-
nomine appellari dicteria voluerunt. Hinc eſt ex-
emplum illud Ciceronis quum ait. Neque gra-
uem mortem accidere poſſe viro forti, neque iam-
maturam conſulari, neque miſeram ſapienti. De
his Plutarchus libros tres ad Traianum Cæſarem
ſcripſit, in quorum primo dicta regum & princi-
pum diuerſarum gentium collegit, in ſecundo Ro-
manorum, in tertio autem Lacedæmoniorum.

Plutarchus

Ambigua locutio (quæ ἀμφιλογία græci vocant)
breuiter enunciata, grata plerunque eſſe ſolet, vt
quum Anthiochus populo Romano bellum illa-
urus, copias in aciem deduxiſſet non tam armis
inſtructas quàm auro, & argèto ornatas, Anniba-
lem rogauit, an ſatis eas Romanis eſſe putaret.
Tum Pœnus, Satis (inquit) puto, quamuis aua-
riſſimi ſunt. Rex de victoria rogabat, illa autem
de præda reſpondebat.

*Amphibo-
lia.*

Pulchra etiam fuit ambiguitas illa Octauij Cæ-
ſaris. Nam quum Herennium iuuenem impu-
rum ac ſceleſtum ab exercitu dimitteret, quere-
returque ille, ac diceret, quid patri meo dicam?
Reſpondit, Dic me tibi diſplicuiſſe. Sũt qui εἰρωϊα

*Octavius.
Cæſar.*

*Ironia.
Socratica*

Socraticam laudent: sed ea mihi priuatis quidem ciuibus conuenire posse videtur, principes autem modam veritatem sequi debent: quorū non modo verba & scripta, sed vultus etiam gestus, nutus, veri semper esse debent. Augusti namque animi est, simulare esse, quod non sis aut dissimulare esse quod sis. Exprobrationē abiurgationē, & quasi directam contumeliam, quam *λοιδορία* Graeci vocant omnino à modesto principe alienam esse duco: vt fuit illa Laberj in Ciceronem, qui quum ab eo ad confessum non reciperetur diceretque Cicero, Reciperem te, nisi angustè sederemus: ille nimis mordaciter ait, Atqui te lebas duabus se his sedere. Obijciens tātō viro lubricam fidem. Sed quod Cicero dixit, nisi angustè sederemus scōm fuit in Iulium Cæsarem, qui in senatum passim tam multos admittebat, vt eos quatuordecim gradus capere non possent. De obiurgatione optime scripsit Cicero actione quinta in Verrem, quum ait, Omnia quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur.

Nolim tamen his meis monitis quempiam existimare me in Rege nimiam illam & obscuriorem diligentiam in dicendo desiderare, quam ne ab oratoribus quidem ipsis nimium affectandam esse duco: nec illum ex Isocratis discipulis (quos in ludo senescētes irridebat senior Cato) esse velim. Dicebat enim eos eloquentiam illam discere, quæ profutura erat alteri seculo, vel quæ causas apud

inferos

inferos oraret. Sed omnibus in rebus mediocritatem laudo: & sapienter dictum puto, Ne quid nimis. Gloriam quam sibi vendicabat Appelles, etiā sequor, qui cum Protogenis opus immensi laboris summæque curæ admiraretur, dixit omnia sibi cum illo paria esse, aut illo etiam meliora, sed vno se præstare, quod manum ille de tabula tollere nesciret, qua ex re ostendit nimiam diligentiam saepe nocere.

Calimachus sculptor ac pictor peregrinus, operum suorum gratiam nimia diligentia obscurabat: quocirca vulgo sui ipsius calumniator dicebatur, quum non intelligeret quid satis esset.

Diligentia regis in dicendo erit, intelligere verba sua ad animos eorum quibus præest, præcipuè formandos pertinere. Nam si non omnes instituar ac bono efficiat viros, ingenuos tamen animos ad virtutem parat, melioresque in dies reddit. Hebetiores autem pœnarum formidine obibendi sunt, virtutem enim ignorant, & nullo probitatis studio tenentur, sed solo metu à turpitudine abstinent. Libertas loquendi principē commendat, licentia autem vitanda est. Non enim vitæ aut comitas habetur, sed procacitas potius, aut scurrilitas. Philippus Macedo, Demetrii, qui obses Romæ fuerat, pater dicacior habebatur quàm regē deceret carpebaturque; quàm maxime, quod ne inter seria quidem iocis procacibus ac nimio risu abstineret.

Denique regis cura in sermone præcipua esse debet, vt sensum animi dilucide apteque exprimat, quæ virtus eo maior esse apparebit, quomni-

L

nus cupiditatis ac studij habere videbitur.

Secundum de regis eloquentia huc usque dixisse satis sunt, nunc autem pauca de reliquis disciplinis dicenda sunt, & imprimis videndum erit quid ei mathematicæ scientiæ profint, & quatenus eis operam nauare debeat.

QVID EX MATHEMATICIS SCI

entiis discat Rex ac primum.

De Arithmetica.

Tit. XIII.



Mathematicen sapienti viro necessariam esse Pythagoras Samius philosophus celeberrimus arbitratur, ut efficiatur orbis ille doctrinæ quem *ἰσχυροῦς* Græci vocant Equidem regem quem scripsimus sum, non semper ducendum statuo in penetralibus Mineræ, aut in silentio Pythagorico, aut in quietis umbraculis Academiæ, sed in actionem, puluerem ac solæ quum adoleuerit, descendat oportet. Prælia mediretur, rem bellicam discant armis, equis, machinis tabernaculisque militibus delectetur. Cæsarem, Scipionem, Fabios viros fortissimos atque illustrissimos nunc fingo, quibus similem principem hunc esse oportet, non autem Socratem, Platonem, aut Pythagoram. Discat itaque à pueritia, & à teneris annis, quum nihil aliud dignum futuro rege agere potest. Sed postquam per ætatem ad magna quæque negotia obeunda idoneus fuerit, tunc cum à rebus arduis ac feris ei otium erit, secedat in diuersorium ipsarum, tanquam in portum tranquillitatis post lo-

EX Quintiliano Lib. I. in 1. oraca. 16. ad principium.

quam tempestatem. Hoc sentire videtur Homerus cum in primo Odysseæ inducit Ionem ut à maxima gerendarum rerum cura aliquantulum relaxaretur, ad Ætiopes diuertere quod loci grato conuiuio & lautis dapibus se inuitat iubetque Phœbuin ad cytharam Gigantæam victoriam inter epulas canere, per quod quidem figmentum nihil aliud intelligit Poëta, nisi auocationem mentis ab assiduo gerendarum rerum labore, & accessum ad Musarum suauissimum pabulum. Sic etiam apud eundem poëtam in conuiuio quod Alcinoüs Phœaciæ rex Ulyssi præbuit inducitur Demodocus Corcyæus poëta & Cytharædus peregregius (qui cæcus eo tempore erat) suauissime canens, ut ostendatur nullum secessum gratiorem regibus esse debere, quam Musarum & Phœbi, quibus omnino opera debent nauare, si rectè sapere prudenter regere, & cum iucunditate viuere cupiunt. Virgilius quoque omnibus in rebus Meonij carminis imitator in reginæ conuiuio, Iopam cytharædum poëtam Atlantis discipulum inducit de syderum ratione & mundi origine canentem. Prisci enim poëtarum (ut dixi) ante omnes alios mortales philosophati sunt, de rebus diuinis atque humanis primi omnium versibus cecinerunt & musicem poëticam addiderunt quasi gratias Musis conderent. Proinde laudatur Terpander, quem primum omnium carmen ad cytharam modulatum fuisse Græci scriptores affirmant.

Noctes trifariam in castris partiri soliti erant Alexander ac Cæsar, Et primas quidem partes naturæ ac quieti indulgebant, secundas rebus

Jupiter ad Ætiopes cur diuertebat.

Demodocus Corcyæus.

Terpander

Noctis distinctio.

agendis, tertias verò studiis bonarum artium. Horum industriam Iulianum Cæsarem imitatum fuisse Ammianus Marcellinus scripsit.

Arithmetice.

Sed ad Mathematicam redeo huius pars prima que à Græcis Arithmetice à nostris numeralis vocatur non modo utilis, verum omnibus pernecessaria est. Supputandæ enim rationes sunt, digitum nonnunquam computandum, micandumve, numeri è summa deducendi. Tunc indecorum esse videtur, principè in his rebus notis ac parois habere, aut incerto digitorum gestu à computatione dissentire, aut in summis maximis scribentis legèdisue aberrare. Placet ergo in hac numerorum disciplina eum omnino non videri rudè esse aut dilicati fastidij, qui ea neglexerit quæ pueri à teneris annis discere solent. Sed paucis ut in ealaboret hortor, & questoribus, argentariis, institoribus mercatoribusque eiusmodi diligentiam relinquat. Acceptorum impensorumque curam questoribus dispensatoribusque permittat, quæ quidem apud veteres tantum fuit, ut seruis atriensibus à patribus familias demandaretur. Solertia principis sit solum videre cui rem pecuniariam credat. Nimia enim diligentia hac in re avaritiæ crimini obnoxia est. Parua verò negligentia liberalitatis laudem aliquando attulit. M. Antonius, cui in diuisione orbis terrarum in Triumviratus tyrannide orientalis plaga obrigit, quidem militi optime de se merito decies sestertium annumerari iusserat, dispensator admiratus pecuniæ quantitatem eandem Antonio ostendit qui eum rogauit quid hoc nmmorum esset, illo autem respondente pecu-

Serui atriens.

M. Antonius.

niã illam esse quam militi dono erogari iusserat, hominis improbitatem agnoscens Antonius ait, Putabam equidem decies sestertium longè amplio-rem esse summam. Proinde quum perpexigua hæc mihi esse videatur, rãdundè super addè: quo dicto liberalitatem benignitatèque suam ostendit, & dispensatoris auaritiã improbitatèque carpsit. Fuit autem Antonius vir strenuus & fortis, & nõmodo gloria militari, sed imperatoria etiam dignitate insignis, cui etiam à natura inditum erat, ut in rebus arduis atque aduersis animum erigeret, & seipsum virtute superaret. Quanto enim magis aduersa fortuna vexabatur, tanto se præstantiorem exhibebat, & optimo viro similior fiebat. In exercitu quoque eum omnes & obseruabant, & verebantur, eiusque dicto libenti animo obsequebantur, illius etiam salutem propriæ vitæ præferabant. Multis siquidem fulgebat virtutibus dignitate: eloquentia, liberalitate, magnificentia, comitatèque: indulgentia præterea, pietate, atque omni officio singulis quibusque aderat. Opibus, consilio, & auxilio nemini deerat. Sed has tantas Antonij virtutes multa & ingentia quædam vitia obscurabant. Leuior inter sodales erat illorumque voluptatibus administrum se præbebat. Aleam in multam vsque noctem ludebat, vino ciboque se ingurgitabat. Et in ganeis, scortorumque gregibus libenter versabatur, adeo ut difficile dictu sit, virtutène in illo, an vitia superauerint: quo quidè vera sententiã illa Platonis esse cernitur, quum ait, præclara ingenia sicut virtutes multas, sic quoque vitia complura plerumque effundere *plato.*

Cleopatra. re. Eneruauit tandem virtutes in Ægypto Antonius, quum Cleopatram ad insaniam vsque admauit. Et sic omni ex patre à seipso diceſſit, vt a matorio potulo potatus fuiſſe ab omnibus crederetur, vel magicis carminibus delinitus. Eius namque mens omni cura relicta, & omni libertate amiſſa ſolum, in Cleopatraz vultu ſemper inhaerebat. Numerorum igitur ignorantia in Antonio non fuit indecora, ſed teſtimonium potius beneficentiz ac liberalitatis exhibuit. Iulius vero Caſar qui in omnibus rebus præclaris Antonij præceptor habitus eſt, nonnuquam militibus ſui pecuniam nec numerari nec expèdi voluit, ſed vt quiſque acciperet quantum nummorum vellet dixit, vt fecit in direptione publici ærarij, in quo pecuniam tot victorijs congeſtam, & ex tot manibus prædiſque coactam, militibus ſuis & vniuerſo exercitui (remoto Metello) permifit.

Iulius Caſar.

DE GEOMETRIA.

Tit. XIII.

GEOMETRIA, quæ à noſtris li-
nealis nonnumquam appellatur, huic
comes accedit, ad eò vt ſimul iunctæ
eſſe videantur. Has duas veteres olim
pueros à teneris annis docebant, præuiæ ſiquidem ac miniſtræ ſunt artium omnium, opera omnia manu facta adiuuant, diſciplinisque alijs perutiles ſunt ingenium enim acuant, & docilitatem quandam efficiunt, ſed linearum ratio regibus ducibusque magis conuenire videtur

quæ in numeralis. Eſt enim quaſi comes rei militaris, nam machinæ balizæ, & reliqua lapidum tormenta ad propugnandum oppugnandumque idonea ex hac diſciplina maxime proficiſcuntur. Plato Eudoxo & Architzæ grauiter ſuccentebat, quod hanc ſcientiam à Philoſophiæ excellètia ſeparafſent, & à contemplatione rerum cæleſtium & incorporearum, impulifſentque eam ad ſenſibilia quæque, & rei bellicæ miniſtram ac pedifſequam reddidifſent: quinetiam eandem ex innocentiſſima ſapientiæ comite urbium expugnatricem, hominumque interfeatricem effeciſſent. Iuſtior tamen ſanctiorque eſſe videtur quum obſeſſos tueretur & infeſtos arcet hoſtes, quàm quum iniuriam inferat aut miſeros proprijs ex laribus exigit atque exturbat, tunc enim cupiditati dominandi inferuit, quæ cunctis affectibus flagrantior eſſe cernitur. Laudem autem tum maximam meretur hæc ars, quum Architectura comes accedit, ex ea enim omnis dimenſio ædificiorum, templorum, ædium artium, nauium, reliquarumque rerum ſimilium ſumitur: in quâ quidem plurimum præſtrit Cteſiphon ille, qui operi ingentiſſimo templi Epheſiæ Dianæ præfuit, cuius quidem impentiam vniuerſa Aſia contulit, & à numine ipſo idem artifex adiutus fuiſſe videtur. Nam cum maximam molem erecturus eſſet, defediſſeque illa vt ponderis in primo limine, nec vllis viribus attolli poſſe videretur, anxius ad eò erat cteſiphó, vt de conſciſcèda ſibi morte meditaretur, & quum noctu rem per agere deſtinafſe, ſubito ſopore correptus per quietem vidit Dianam hortantem monentemque eum vt

viueret: se composuisse lapidem, & ita factum esse postero die apparuit: ponderéque suo correctus lapis fuisse videbatur, ad eò vt destinato operi facile adinueretur, accedit etiam optima compositio Geometria sculpturæ ac statuariæ, quæ duæ artes ex numinum simulacris, clarissimorumque virorum statuis, quasi præmium gratiæque virtuti re ferre videntur. Idcirco grauius deliquisse videtur. Perillus Atheniensis, qui has benignas artes à premio, ac gratia auocatas, ad pœnam supplicii inque conuertit. Phalaridi enim tyrânno sæuissimo, cuius immanitati nota tormenta neutiquam satis erant, nouum supplicii genus præbuit, nulli vnquã homini excogitatũ, Taurum scilicet æreum, qui supposito igne, ad motusque follibus hominem inclusum vreret, cuius eiulatus bonis mugitum redderet. Sed æquiore sequitia (si dicere licet) tyrânus extitit, quàm artifex ipse, iussit enim, vt primus omnium Perillus noui cruciatus inuentor, supplicium ipsum experiretur, quasi exhorrens solertissimũ alienæ immanitatis ministrum longè magis quàm damnatos fontes, aut nefarios quosque proditores.

Nunc autem ad Geometriam redeamus, quæ non modo supradictarum artium fundaméta continet, verùm picturæ quoque incrustationis, locutionis, cælaturæ graphidos, & omnium similitũ. Archimedes solertissimus eiusdem scienciæ opifex multa per epistolam Hieroni pollicitus est, & præcipuè se posse maximũ quodque pondus (ad motis non magnis viribus) machinam ètis suis mouere, trahere, & erigere, & quocunque vellet peruehere, neque id frustra: nã quid in hac arte posset,

Archimedes.

experimento docuit. Quum enim M. Marcellus Syracusas obsideret, diutius illi repugnauit, ac resistit. Varia enim missilium genera & lapidum tormenta excogitauit, quibus immensæ magnitudinis saxa incredibili fragore, ac celeritate torquebat aduersus terrestres illius copias, ad eò vt omnia prosterneret, plurimòsque interimeret. Et certè nisi proditorum perfidia Marcello adfuisset, vix vnquam huius senis solertiã superasset, quantum esset Romanorum omnium pugnacissimus, animo fortis, corpore robustus, acer, strenuus, & semper ad pugnam ardens: quem solum omnium Romanorum Hannibal dixerit nec vincendo ocium hostibus vnquam præstare, nec succumbendo sibi quietem vnquam sumere. Multa & præclara quidem in mathematicis inuenit Archimedes, & præsertim Spheram, qua nihil præstatius à mortalibus excogitari vnquã potuit. Eius tamè exemplar inuentum creditur ab Atlante Herculis magistro qui spheram multis seculis antè inuenerat, vt Dionysius Halycarnassicus meminit. Erat tamen rudis & inchoata tantum, sed Archimedes eam expoliuit, & omni ratione perfectam reddidit. Quam quidem tanti fecit, vt eam sepulcro suo cum Cylindro ab hæredibus ex testamento imponi iuberet. Hoc sepulchrum longo tempore post quum Syracusis esset, magna diligentia perquisitum, inter vepres & spinas se inuenisse gloriatur Cicero, & in quo animo tulisse videtur Syracusanos tanti ciuis egregia monuméta per negligentiam ac vácordiam obliterari permisisse.

Marcellus.

Sphære inuentum.

Atlas. Hercules.

Archimedis sepulchrum.

In hac quidem geometrica disciplina reges nō nullos magna cum oblectatione versatos legimus & imprimis Demetrium Antigoni filium, quem tormenta nonnulla bellica inuenisse tradūt Graeci scriptores & ex nostris Marcus Vitruuius vir disertissimus & in his disciplinis Romanorū omnium eruditissimus. Et Demetrij quidē regis inuentum Helepolin fuisse dicunt, machinā ariete robustiorē quæ parietes collidebat, quibus paucis ictibus disturbatis patebāt hostibus aditus latissimi. Hoc tormenti genere Rhodo, & aliis vrbibus expugnandis vsus dicitur. Nec ambigebat, aut indignum esse putabat, non modo ingenium, verum etiam regias manus tormentis, ac lapidum balistis admouere: tantōque artificio præstabat in his cōficiendis, vt regium opus quodcunque faceret, esse videretur & amicis admirationi esset, hostibus verò terrorem incuteret.

Epeus Bæotius fuit Panopæi filius, vt Strabo refert. Hic (vt ex Troiana historia constat) equum machinam Geometrica ratione primus inuenit ad deturbanda Ilij mœnia: qui deinde mutato nomine Aries propter capitis cōcussionem dictus est. Cretem Iouis nutritiū (qui Gnosum vrbem ædificauit) catapultam inter tormēta bellica primus inuenisse aiunt: Piscum venabula, & in tormentis Scorpionem, Artemonem Clazomenium telitru-dinem. Sed ex ingenio ducū imperatorū ve nouæ instrumentorum bellicorum species semper creuerunt, ex oportunitate temporum & locorum varietate. Agrippa in nauali bello contra Sextum Pompeium magni Pompeij filium noua harpago-

num genera reperit quibus ad victoriam fœliciter vsus est. Parthorum reges missilibus & sagittis delectati sunt, & spiculorum acumine gloriabantur.

Imperatorias virtutes omnes vt optimè calleant reges expedit, & machinas tormentaque bellica vt animo ac ratione meriantur oportet. Sed tigna vt materiariisque fabris reliqua permittāt, quibus Architecti Geometraque præsent, ne in dimensionibus decipiantur, ac totum opus reddat inutile. Marcus quidē Vitruuius affirmat bellica omnia tormenta vel à regibus, ducibus, imperatoribus se inuenta extitisse: vel si qua ab aliis accepissent, fecisse ea longè meliora. Qua ex re concludendum erit, illos huius doctrinæ non debere esse ignaros, si rectè rem bellicam gerere volunt. Nūc autem ad reliquas pergamus disciplinas.

DE MUSICA

Tit. xv.



Uscen Plato ad animi exercitacionem vtilem esse affirmat, gymnasticam verò ad corporis. Sicut autem assidua corporis exercitatio hominē hebetiorem ingenio, & languidiore corpore efficit, sic cōtinuata musice animum effœminat & vires corporis enervat: interpollata verò animū alacriore promptiorēque præstat, corpus firmat, fastidiū actionū & cogitationū tollit, & ad mouendos leniendosve animi affectus plurimum valet. Socrates musices

esse expertam nequiquam passus est : & quum annum sexagesimum ageret, lyra ac fidibus eruditum non erubuit. Nec aliud causæ esse puto cur idem apud Platonem Musices mutationem reipublicæ periculosam esse statuatur, & novos cantus execretur, nisi quòd iuuenes nouis modulationibus illi, animo distrahuntur, virtutes negligunt, & rebus seriis auocantur. Relaxatio animi quæ fidibus & cantu fit, non est abhorrenda, modo temperati inferuiat, & tum agatur, quum à negotiis & alijsque serijs ac grauioribus ocium fuerit. Musonius philosophus animum relaxandum ac demulcendum esse dicebat, non autem remittendum, cum remittere animum sit diminuerè, & quasi amittere.

Anacharsis Scyta putat lusionibus etiam aliquot temporis esse indulgendum, vt ab illis alacriores reditus ad studia præbeantur. Lycurgus autem musicè à natura hominibus traditam esse dicit ad tolerandos facilius humanos labores. Et hac ratione ductus, tibia in re militari constituit, vt bellatores redderet promptiores alacrioresque in laboribus periculisque subeundis. Quæ quidem res aliquando vsui fuit. Lacedæmoniorum acies in prælio contra Messenios iam inclinabant, & succubissent prorsus, nisi Tyrteus tibiæ modulis in spondeum inutatis eas erexisset, & ex victis victores reddidisset.

Musicen in suis regibus imperatoribusve Græci valde optauerunt. Nam Cimon in conuiuio Themistocli prælatus est, quòd iucunde ad liram canisset, quum ille eam recusasset. Et inter Epami-

*Ex Plutar.
in Apoph.
Laconicis.*

*Cimon
Epaminund.
das.*

nunda Thebani virtutes in primis laudant, quòd præclarè ad citharam cantabat, in qua præceptorem habuit Dionysium citharcedum. Cantabat etiam ad tibia, quòd quidem didicerat ab Olympo, sicut saltare ad numerum à Calliphronè.

Romani in suis principibus eiusmodi artes non desiderauerunt. Nam ex tot illustribus ciuibus solum Syllam, virum tanti nominis, quòd optime cantauerit memoriæ proditum memini. Alcibiades omnem modulandi disciplinam contempsit, tanquam minus dignam libero homine. Lyram autè non omnino spreuit, vt qui diceret illam vultum non distorquere nec sermones inter sodales auferre. Hæc quidem tantam meruit laudem, vt plerisque poëtas non solum commendauerit, verum à suo etiam nomine inscripserit. Ab eà namque sunt Lyrici illi nouè, quos ex musarum quoque numero summis laudibus veteres Græci extulerunt. Quorum primus Alcaeus Mitylenæus fuit, qui aureo plectro præ carminis suauitate ab Apolline donatus dicitur. Sappho eiusdem poëte conciuis, summa cum admiratione amores suos cecinit. Stesichorus miræ modulationis habitus est, in cuius ore quum infans in cunis esset, lusciniam cecinisse aiunt. Anacreon Teius furores suos in Bathyllum scripsit, grandis admodum natu viæ passæ acyno strangulatus periit. Bychus Rhegynus suam habuit laudem. Sic etiam Bacchylides. Cæus Alcimam Spartanus diuersos amores cantauit. Symonides etiam Cæus dictus, (Iulidem enim patriam habuit, oppidam Cææ insulæ quæ, vna ex Cycladibus est) his mollior habitus fuit, & ad la-

chrymas mouendas idoneus. Horum omnium principem Pindarum fuisse dicunt, cuius musam neutiquam imitabilem esse Horatius lyricorum nostrorum maximus affirmat: quanquam in certaminibus Corinna lyrica bis ei præclara fuit. Tibiam quidem ac fistulam execrabatur Alcibiades, quòd colloquia tollerent, & deformitatem oris ferrent. Numinum quoque iudicium inducebat Palladis imprimis, quæ quum se cerneret in Tironide palude facie deformari quum buccas inflaret, fistulam fregit, deinde Apollinis, qui Marsyam fistulæ modulatorem, à quo fuerat prouocatus, compulit ut vitam laqueo spiritu intercluso perfunderet, vel ut alij sentiunt, præ dolore se in fluitium mergeret. Iuxta Celenas vrbe Phrygiæ Mandri fluminis fontes sunt, & Marsyas fluuius, qui per mediam vrbe labitur. Illic Apollo Marsyam byarum cantu superauit, & ex eiusmodi casu Marsyæ fluuius nomen adhæsit. Sed quum increbuisse Athenis Alcibiadem oblatas sibi tibus ab Antigone ticine omnium optimo perfregisse, oris deformitate pudefactum, tacito omnium consensu cuncti ciues deinceps à tibus abstinerunt: & sic canendi ad tibus disciplina apud Athenienses destitit: mansit tamen apud Lacedæmonios diuina in re bellica: Thebani eam in conuiujs & choris seruauerunt. Additur etiam huic opinioni ratio peregrina, quæ docet oportere nos ad ea animam tendere, quæ proprio bono delectatione nobis præbent, qualia sunt opera omnia quæ ab ipsa virtute proficiunt, ea enim & probamus & audemus

Pallas
Apollo
Marsyas.

militudinem quandam affectamus. timothei modulationibus adeò delectatù Alexandrum legimus, ut aliquando eum nihil tale per id temporis cogitantem repente ad arma compulerit, non tamen aptasset cit hæc fieri ut Timotheus erat, & ab omnibus audiri ac laudari. At quum Diogenis virtutem ac doctrinam admiraretur, dicebat se Diogenem esse velle, si Alexander non esset. Antisthenes philosophus præclarus quum audiisset Ismeniam optimum ticine dicit, Ast homo nequam est, inquit. Si enim probus vir esset Ismenias, ticine non esset. Quasi ex hoc doceat virtutem esse quæ bonum faceret virum, non autem musicen. Illuc etiam tendere videtur sententia illa Alcibiadis, quum dixit, Filii Thebanorum quum philophari nesciant peregrine tibia modulantur. Hæc tamen non eo consilio dico, ut velim reges ac principes à musica omnino alienos esse, sed in pueritia ut in ea erudientur statuo, relaxandi animi gratia, quasi per ludum ac iocum, ut libentius aliusque ad alias grauiores disciplinas redeant. Hæc enim modulandi ars ingenium acuit, & aures eruditores reddit, non modo in fidibus & cantu, sed & in poetarum oratorumque lectione, quam quidem plurimum adiuuat.

Suggestit enim quandam illustrationem, & euidenciam, quasi declarationem, quam *μαθησις* Græci appellant, quæ non tam docere videtur, quam ostendere & quasi rei actum exhibere. Nolo equidem principem quem scribo, Timotheum esse aut Marsyã, quorum laudes nõ virtutis ac probitatis sunt, sed artis & modulationis, quãdò cõ-

Thebanimus
sice studiosi.

plura alia existant, in quibus eum delectati vobis, ut sculptura, pictura, celatura. In his enim Philippum, Alexandrum, Casarem, & plerisque alios reges atque imperatores oblectatores video, qui in eiusmodi artificum operibus probandis oculos eruditos habuerunt: illorum tamen industriam neutiquam imitati sunt. Alexander edicto cauit, ne quis effigiem suam præter Apellem pingeret, solus Polyctetus ære duceret, solus autem gemmis celaret Pyrgoteles. Capitale erat, si quis alius artifex regis imaginem manus temere admonisset.

Quis tamen putet Alexandrum optasse artifices illos arte superare? At quum admiraretur Herculem viribus suis Nemæum leonem peremisse, factum etiam imitatus est, & ferocissimum leonem occidit. Appelles vir facetus fuit, & ingenue comitatis, quibus rebus gratior Alexandro extitit, & quum in officinam illius nonnunquam progredere, imperitè multa de pictura loquebatur. Cui artifex aliquando ait, Tace rex optime, nam quædam plerunque dicis, quæ à pueris qui colores terunt, intendunt, Risit rex, ut qui pingendi laudem non optaret. Excandisset forsitan, si quis ei regem alium quempiam virtute prætulisset. In conuiuio enim non tulit Clitum Philippi patris laudes suis anteferre. Dilexit Apellem summopere Alexander, eique gratissimus extitit: quod quidem vel ex hoc cernitur. Amabat præter pellices suas omnes Campaspen quendam nomine, quæ non tantum facie, sed totius corporis membris omnium speciosissima habebatur, rogauitque Apellem, ut eam nudam sibi pingeret. Annuit pictor, & eam nudam sibi exhiberi

Plin. lib. 7.
cap. 37.

Plin. lib. 35.
cap. 10.

Appelles.

exhiberi voluit, qua visa tanta, formæ admiratione affectus est, ut in eam ad insanos usque amoris exarsit. Huius rei certior factus rex, illam ei è vestigio dono dedit, & delicias tori sui, placidissime amoris affectu, eiusdem tradidit, ac pertulit ut ea quæ modò regis fuisset, quamprimum pictoris fieret. Appelles cum pro hac amata parua regis opulentia munera non æquare posset, egit quod potuit. Nam Anadiomenem Venrem picturus, ex ea exemplar sumpsit.

Nunc verò ad regiam musicam redeo, quæ exigua omnino esse debet, ut ex superioribus rationibus satis manifeste probatum est. Philippus Macedonum rex (ut Platarchus refert) cum accepisset filium suum suauiter ac scite aliquando cecinisse, placidè illum obiurgauit, dicens, Nonne te pudet, quod scienter ac pulchre canere scias? Satis enim regi putabat esse Philippus, si canentibus aliis adesset ubi ocium ei suppeteret, & certantibus inter se musicis spectatorem ac iudicem se præberet. Artè verò illam profiteri, humile quippiam & abiectum esse existimabat. Inter Neronis probra hoc imprimis cauebatur, quòd modulator melior quàm imperator haberetur: vnde illud Iuuenalis.

Res haud mira tamè, citharædo principe natus,
Nobilis, hæc vltra quid erit nisi ludus.

Nihil æque Neronem deluisse Suetonius ait, quàm quum citharædum malum se increpitum sensit. hac enim arte addè gaudebat, ut sæpe inter familiares Græcum prouerbum iactaret quo dicitur, Occulta musicæ nullum esse respectum.

M

Campaspe.

satyra. 8.

*Artium di-
uisio.* Hoc autem à sapientibus ac doctis viris discant
principes oportet.

Omniũ artium constat alias quidem esse in in-
spectione positas, hoc est rerum cognitione, &
quadam existimatione, vt est Astronomia, & spe-
culatiuæ aliæ eiusmodi, quæ nullum exhibent a-
ctum, sed intellectu contentæ sunt eius rei cuius
studio tenentur que Græcè θεωρητικὴ id est,
speculatiuæ dicuntur, Alias autem in agendo ver-
sari, quarum finis solo actu perficitur, sed nihil o-
peris post factum relinquunt quæ πρακτικὴ id
est practicæ & exercitatiuæ appellantur, qualis est
saltatio, gesticulatio, & ceteræ eiusdem generis,
Alias verò in effectu operis cerni, quod opus suũ
oculis subiiciunt, in quo quidem consummatio-
nem operis illius, non tamen finem accipiunt.
Hæ γαφορικὴ dicuntur, cuiusmodi est pictura, &
sculptura. Ex his tribus prima principibus admo-
dum conuenit aliis autem satis erit si aures, atque
oculos adedò eruditos habebunt, vt de illis verum
iudicium ferre possint. Indecorum quidem esset,
si in eis deciperetur. Possè igitur cauere, satis vide-
ri debet. Non enim ocio abũdant principes, vt phi-
losophi, qui omnem ætatem literis indulgent, sen-
tentiam que Solonis vsurpant, qui gloriabundus
dicebat se quotidie aliquid dicendo senescere.
Principes verò in maximis gentium populorum-
que rebus agendis senescere debent. Et si quando
quippiam ocij à magnis negociis nanciscuntur, ad
iucundiora aliqua festi rebus seruis, & longo redio
affecti se conuertunt. Qui semper illud Antiphon-
tis animo volutare debent, Precio sissimum rerum

*Antiphon-
is dictum.*

TIT. DECIMVS SEXTVS, 98
omnium est tempus. Id est sic dispensent, dime-
tianturque oportet, vt ne minimam quidem eius
particulam frustra elabi permittant.

DE ASTRONOMIA.

Titul. xvi.

REGES nonullos atque imperatores
Astronomiæ rerumque caelestium peri-
tissimos fuisse legim⁹ & imprimis Pto-
lemeos Aegyptiacos. Fuit enim regio il-
la nutrix huius disciplinæ, in qua sacerdotes pluri-
mũ excellerũt, & acceptã illã ab assyriis & Chal-
dæis longe vberiore redidderũt. Nam quum in
camporum æquoribus habitarent (vt ait Cicero)
& ex terra nihil emineret, quod contemplationi
cæli officere possët, omnem curam in syderum
cognitione posuerunt, adedò, vt existimarent ex
hac scientia prædici posse quid cuique euentu-
ram sit, & quo quisque fato natus esset. Berosus
Astronomus apud Grecos omnia ex syderum rati-
one se posse singulis quibusque prædicere profi-
tebatur. Cui quidem ob diuinas prædictiones A-
thenienses publice in Gymnasio statuam de au-
rata lingua magna cum veneratione erexerunt.

*I. de diuina
tione.*

*Ex Pl. li. 7
Ca. 37. 113
prim.*

Julius Cæsar Romanorum omnium peritissi-
mus in hac disciplina extitit, de qua etiam præcla-
ros libros edidit, in quibus singulorum syderum
singulorumque dierum rationes reddidit, Tan-
tumque emicuit, vt omnes insequentis æui

M ij

Ex Plinius Latini scriptores eum secuti fuerint. Qui fatum
 ca. 26. li. 18 suam præscire, ac prædicere potuit, non autem
 et 25. eius. cauere. Et quum tres Astronomiæ ante eum disci-
 plinæ extitissent, Chaldæa Ægyptiaca, & Græca
 quartam ipse latinam addidit, & singulos annos
 ad solis cursum redegit, vt Plinius etiam testatur.
 Eudoxus tamen Platonis auditor hanc Caldæo-
 rum Ægyptiorumque sententiam non sequitur,
 & prædici quæ futura sunt in omni vita, ex nata-
 li die, minime posse arbitratur. Idem etiam asserit
 Panætius Stoicus, & rationes plures inducit, quib'
 genus hoc omne prædictionis excludit. Diogenes
 autem qui etiam Stoicus fuit, aliquid illis conce-
 dit, vt prædicere possint quali quisque natura, &
 ad quam quisque rem maxime idoneus futurus
 sit: cetera autem quæ illi præsententur, negat illo
 modo sciri prædicere posse. Sed quomodo cum-
 que res sese habeat, mirifica quidem doctrina, &
 diuina potius quam humana videtur esse Astro-
 nomia. Præcinnunt astronomi totius vitæ euen-
 tus ex natali hora. Quin etiam astronomi illi præ-
 dici, qui solis & lunæ cursus ac defectus primi de-
 prehenderunt, diuinos honores præter ceteros
 mortales omnes iure optimo mihi meruisse uide-
 tur. Possunt si quidem haberi non modò maximi
 viri, sed supra mortalem naturam, qui tantorum
 syderum imò numinum lege deprehensa, men-
 tes hominum à diuturna sollicitudine, cura horro-
 réque liberauerunt, & à perpetua cæcitate in cla-
 rissimum vitæ lumen eduxerunt, ostensa ratione
 præscripto quodam tempore sydera illa obscurari
 atque deficere, non carminibus aut magicis qui-

busdam incantationibus, quibus temere putabant
 sydera illa laborare, in quo errore diutius populi
 fere omnes existerunt. Et idcirco cum defectus
 illi celestium luminum cernebantur, variis sonis,
 tympanis, cymbalis, crepitaculis ac tintinabulis
 ad aspectum cæli clavis pulsabant, dicebatque se o-
 pem atque auxilium laboranti sideri ferre, & ma-
 las carminum incantationes frangere, Hæc gentium
 opinio tantum valuit, vt non solum populos fal-
 sos teneret, verum etiam doctissimos poetas ad
 eam probandam impulerit. Nam Stefichorus &
 Pindarus eandem sententiam suis carminibus
 scriptam reliquerunt, quos deinde multi, & ex
 Græcis, & ex nostris imitati sunt. Vnde Iuuenalis
 quum de loquacitate mulierum caneret dixit:
 iam nemo tubas, atque æra fatiget:

Vnde laboranti poterit succurre lunæ.

Saty 6.

Endymion Astronomus vetustissimus primus
 omnium lunæ naturam cognouisse dicitur, de qua
 ea carmine cecinisse, & hanc ob rem amore eius
 captus à fabulosa antiquitate fingitur. Tales Mile-
 sius qui (vt Plato refert) primus omnium sapiens
 appellatus est ante alios omnes græcos Solis defe-
 ctum futurum prædixit, & quum eodem tempo-
 re præscripserat, defecit, omnes admirati, eundem
 quasi diuinorum consiliorum conscium venerati sunt.
 Hipparchus quoque cursum vtriusque syderis, &
 stata defectiois tempora in sexcetesimum vsque
 annum prænotauit. Helicon Cyzicenus solis de-
 fectionem aliquando prædixit, & quum ad præ-
 scriptum tempus euisset, à Dionysio Syracusano,
 qui tunc in Sicilia regnabat, argenti talento dona-

Endymion.
 Ex Plin. ca.
 9. libr. 2.

tus est.

Pericles Atheniensium classi ceterum & quinquaginta nauium præerat & iam triremem nauigandi gratia conscenderat, & ecce solis defectio tenebras vndique inducit, tunc nauæ attoniti veluti prodigo aliquo, animo deficiebant, & gubernator in primis perterritus, quid nam acturus esset ambigebat. Tum Pericles sublatâ chlamydem orilius opposuit, rogauitque num ea oculorum velatione quippiam mali portendi putaret? tunc abnuente illo, Quid igitur, inquit Pericles, hoc ab eo differt, nisi quod maius quiddam est chlamyde id quod nunc Soli opponitur, & tenebras inducit? Quo quidem dicto corda omnium metu liberauit, & felicissimum cursum peregit

Pli. li. 2. c. 12

Talia rerum cælestium arcana nisi ignorasset Nicias, nunquam afflixisset Atheniensem opes, subita solis obscuratione perterrefactus, qua ex te perpetuas tenebras gloriæ suæ obduxit, & Articam iuuentutem infelicitate perdidit. apud Romanos ne idem accideret, Sulpitius Gallus vir consularis, & in studiis Astronomiæ peritissimus rationem defectus Solis aperuit, futuramque obscurationem prædixit, quum in exercitu L. Pauli tribunus militum esset, pridie quam Perfes rex superatus extitisset, productus in concionem ab imperatore. Hic de ea sciëntia libros peregregios edidit, Nigidius quoque cognomento Figulus de eadem disciplina eruditissimos libros scripsit, sed ita solum discendi dedita opera obscurauit, ut non intelligi voluisse videretur: vnde vulgò Nigidianas commentationes pro obscurioribus quibusque

vnde.

Perfes.

*Nigidius Figulus.
Nigidiana
commentationes.*

*Tiberius
Cæsar.
Aratus.*

scriptis dicebant. Tiberius etiam Cæsar quum in hac disciplina versaretur, habitus est diligentior: similiter Germanicus Cæsar, qui Arati Solensis carmen de astris in latinum conuertit, quod tamen longè ante eam Cicero transtulerat. Fuit enim Germanicus ingenio præstantissimo, & in utroque eloquentiæ doctrinæque genere præclarus sed morte præuentus non potuit virtutem suam cursu perficere. Manlius quoque Torquarus, cuius hodie carmen legimus, eruditissime de astris cecinit

quatus.
Diodorus

Ægyptij (vt Diodorus Siculus refert) primi omnium Solem & Lunam deos esse putauerunt. libr. 1.

Quorum opinionem Gærci admirantes, res cælestes diuinius secuti sunt, vt Plato in Cratylo testatur.

Manfit apud Ægyptios opinio hæc longo tempore, vt soli Astrorum periti, vates sapientes ac Theologi haberentur, & eorum reges principes illos præter ceteros mortales venerarentur, nihilque eorum iniussu agerent. Poëtæ qui Astronomiæ peritissimi erant, fortissimorum virorum nomina syderibus addiderunt, vt eos cælo post obitum donarent, quos bene de hominum genere meritos inter mortales vidissent: & sic cælestia omnia fabulis refererunt. Deinde procedente tempore, quum res indigna numinibus esse videretur, quidam conati sunt fabulas illas ad deorum mysteria reuocare. Quorum primum nonnulli Dardanum fuisse dicunt: alij, Etiona Orgia & cerimonias ex figmentis deductas Thracibus disse aiunt, & Mydam Phrygidus, qui easdem Odysso didicerat. Cynaria Cyprius, vt amata puella poteretur, nocturna Venere

Orpheus. sacra instituit, mellampus autem Amithaonis filius ab Ægypto in Græciam Cereris sacra trāstulit, Orpheus verò poëta Dionysij mysteria. Reliqua autem sacra Cadmus Agenoris filius Græcis tradidit. Simulacrorum consecrationes & hymnos, Orphæus, Linus Musæus, qui circa tempora Troiani belli fuerunt, imitati Ægyptios, & Phœnices inuenerunt. Et sic huiusmodi deliramenta à magnis auctoribus celebrata sunt, donec veriora omnia de diuinitate nostri traderent illorum nanque ignorantio fundamenta omnia vera sapientia peruertit.

Socrates. Aristoxenum musicum scripsisse referunt, Indum quendam virum grauem & eruditum venisse Athenas, Socratemque, qui ad eum visendum ac salutandum accesserat, rogasse, quonam pacto optime quispiam philosophari posset? Tum Socratem respondisse, si consideret quomodo homini viuendum sit. at Indum risisse, dixisseque neminem posse res humanas scire qui diuinas ignoraret. O sententiam singularem, & homine doctissimo dignam, Quis enim potest cognoscere quomodo viuendū sit, qui id diuinum quod in se habet, ignorat, & auctorem suum non cognoscit.

Philosophia Hanc etiam sententiam testari videtur Plato, quā
Plato trife philosophiā trifariam partitur. Primam enim par-
riam parti tem de natura vniversi esse dicit, secundam de ho-
tur. minibus, tertiā de oratione. Quid est aliud natura vniversi contemplari, nisi deum agnoscere? Et certe de diuinitate sanctissime ac pietissime locutus Plato, quum deum vnum esse dixit. Neque hoc assequutus est Socratica aut Græca aliqua dis-

ciplina; sed ex sacerdotibus Ægyptiacis, sacrisque eorum libris, quorum adeò studiosus fuit, vt in Ægyptum vsque perrexerit, diuiniūque discendi causa illic manserit. Scribit enim Diodorus Siculus, Ægyptios sacerdotes in sacris suis libris scriptum habuisse, Orpheam, Musæum, Melampoda, Dædalum, Homerum, Solonem, Pythagorā, Platonem, Eudoxum, Democritum Ægyptū petiisse, vt à sacerdotibus illis docerentur, quorum disciplinā si quis ignorabat, nō satis se didicisse arbitrabatur. Et certè de Deo apud præcos nemo scienter disseruit, nisi qui prius Ægyptiorum Chaldæorumque disciplinam plane nosset. Nec pudeat Græcos (qui sic parentes omnium doctrinarum ambitiose dici affectant) fateri hanc sapientiam ab eis quos Barbaros appellant, se didicisse. Quumquam enim mathematicæ ab eisdem acceptæ, maximum incrementum apud Græcos fecerunt. Musices tamen inuentum non Ægyptiis tradunt Græci, sed Zetho & Amphioni, quos Cadmi tempore fuisse perhibent ad tempora vsque Samij Pythagoræ, qui eam inuentis suis exultant ornatamque omni ex parte reddidit, adeò, vt à quibusdam non musices cultor sed primus inuentor extitisse dicatur. Ipse verò Orpheus, qui multis seculis ante Platonem fuit, versibus suis omnes virtutis studiosos inuitat ad hauriendam ex dictis suis diuinam disciplinam, ex qua quidem cognoscerent auctorem mundi, qui vnus esset deus, qui omnia creauit, omnia fouet, omnia nutrit, qui oculis humanis nō cernitur, sed sola mente percipitur; quique nullis malis

*Diodorus.**Pythagoras**Deus quibus olim congnitus. Græci sapientiā aliis acceptam ferre debent.**Zethus &**Amphion. musica inuentores.**pythagoras musicus. Orpheus.**Deus vnus*

Deū nemo vidit unquam. Moses. mortales afficit, quum sit bonorum omnium causa & effector. Deinde addit neminem mortalium unquam deum vidisse, nisi pientissimum quendam senem Chaldeo sanguine oriundum. Deinceps cum iam peroraret, addit se hæc didicisse ex monumentis quæ olim deus tradidit in duabus marmoreis tabulis.

Mosica sapientia. Quis non intelligit ex his dictis Orpheum Musaicam sapientiam attigisse? Cuius quoque nequaquam expertus fuit Linus, dixit enim deum omnia creasse, & septima die cuncta perfecisse. Huic etiam sententiæ accedunt Homerus & Hesiodus, quorum alter septimam diem cuncta absoluisse ait, & tenebras umbrasque Acherontis soluisse, alter septimam lucem sanctam & præfulgidam illuxisse. Posterunt quoque in principiis rerum Hylem squalidam, cæcā, & informem quandam confusionem, quæ deinde à deo fuerit discreta, quos Ovidius noster notis illis versibus imitatur. Ante mare, & terras, & (quod tegit omnia) cælum Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos, rudis, indigestaque moles, Cum reliquis qui sequuntur

Hyle. Meta. lib. I. Chaos.

Hunc posterius omnes poetæ Latini imitantur, sed ab aliis Hyle, ab aliis autem Chaos appellatur auctore Hesiodo. Res tamen ignota erat pene omnibus Græcis, præter paucos admodum, qui ab Aegyptiis didicerant. Vnde quum Epicurus adolescens esset, & à Grammatico quodam libro Hesiodi vellet perdiscere, rogavit eum quid esset Chaos? At qui quum minus ille ei satisfaceret in expositione,

diceretque eiusmodi explanationes à philosophis quaerendas esse, missionem à Grammatico petiuit & ad Democritum accessit, operamque philosophiæ diligenter impendit.

Nunc verò ad propositam rationem redeo. Atanus etiam unum deum fatetur, principio enim operis sui dicit,

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena. Eandem sententiam posuit Pythagoras, & discipuli eius omnes, Pindarus etiam quasi Pythagoricus dixit. Vnum patrem, creatorem summum atque optimum opificem omnes habemus. Epicurum item eiusdem disciplinæ sectator dixit deum omnia videre, nihilque eum latere posse, eique omnia factu possibilia esse. Thales quoque Milesius, qui vnus è septem Græciæ sapientibus censetur, inquit, Nec cogitata hominum deum unquam fallunt.

*Pindarus
Epicurum
Thales milesius.*

Ex his tot tantisque sententiis planè cognoscimus poetas à fabulis discessisse & veriora quædam de rebus diuinis quaesivisse. Pythagoras deum dixit esse animum per vniuersas mundi partes omnemque naturam comitantem, atque diffusum, ex quo omnia quæ nascuntur animalia vitam capiunt. Cicero autem in libro de consolatione eiusmodi verba protulit: Nec verò deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens. Sed harum diuinarum rerum veritas diutius latuit, mortalibusque ancipites tenuit ad tempora vsque saluatoris

nostri Christi, qui diuina omnia mysteria ueritate luce hominibus aperuit nosque celestium arcuorum compotes reddidit, & ex miseris beatorum felicesque effecit, aded, ut nisi nos ipsos desiderantibus & voluptatibus illecebrisque dediti à virtute deficiamus, cum diuis æternisque numinibus perpetuo sempiternòque æuo fruituri simus.

Christus.

Hæc sapientiam sequantur reges ac principes, nec permittant quempiam de religione Christianam male sentire, siue de rebus cælestibus nouos sermones inducere, sed Dryopen Atheniensem imitentur, qui legem tulit, qua capitale censebatur esse de deo non recte sentire, siue de religione nouos ritus afferre. Ut enim impium esse arbitrabantur Athenienses incredulam mentem habere, & numina cõtemnere, sic rursus inani superstitione teneri & deliramentis ac vano timore animum perturbare. Superstitio vitij erit, religio autem virtutis, quam quidam philosophi definiunt, scientiam esse diuini cultus. Qui autem quæ ad cultum diuinum pertinent, retractarent, & tanquam reuergerent, religiosi dicti sunt à relegendo, ut scribit Cicero libro secundo de deorum natura. Seruius Sulpitius religionem dictam esse tradidit, quæ propter sanctitatem remota ac seposita sit à nobis, & ab aliis humanis actionibus.

Dryopes.

Princeps igitur pius, & deo numinibusque optime conciliatus, bene ab omnibus audit, cuncti eius dicto obtemperant, fideique eius liberè se credunt. Hæc virtus Numam Pompilium ex priuato & quasi rusticano homine Romanorum regem reddidit: tantaque eius pietatis opinio fuit, ut du-

cerent illum diuinum cõiugium meruisse. Egerat enim nymphæ Numam misceri putabant, à qua per consuetudinem diuinorum fieret consiliorum conscius. Neglecta religio nonnullis regibus aliquando exitio fuit. L. Piso primo annalium scripsit, Tullum Hostilium regem ex Numæ libris eodem quo ille consueuerat sacrificio Iouem è caelo deuocare conatum: sed quoniam parum rite quædam fecisset, fulmine ictum periisse. Ex Ægyptiorum opinione putabant veteres virginibus fæminis diuinum spiritum infundi, & quædam diuinæ sobolis principia ingigni, in masculis autem nullam cum deo corporis congressum. Sibyllæ hoc declarant, quæ participes diuinorum consiliorum fuisse perhibentur, & futurorum præsciã, quas tres tantum extitisse multi veterum opinabantur. Varro autem decem connumeravit. Primam quæ de Persis cecinit, Secundam Libycam, Tertiam Delphicam, Quartam Cumæam, Quintam Erythræam, quæ Graias Ilium petentibus perituram Troiam cantauit, & Homerum mædacia scripturum, Sextam Samiam, Septimam Camanam, Amalethæam nomine, quæ ab aliis Herophile, vel Demophile dicitur, hæc nouem libros Tarquinio superbo obtulit, pro quibus trecentos aureos Philippeos postulauit. Rex precij magnitudinem demiratus, eam tanquam insanam ac fanaticam irrisit, illa indignata, tres in conspectu regis libros cremauit, & pro sex reliquis idem precium poposcit: rursusque à rege contemptui habitata tres alios exussit, & pro tribus, qui supererant, aureos nummos numerari ei iussit. Hi tres libri

L. Piso.

Sibyllæ.

Varro.

Capitolium
Syllæ igne
tempore ab
sumptū est.

summa religione diutius asseruati sunt donec Capitolium Syllæ dictatoris tempore incendio absumptum extitit. Præerant eis interpretes viri grauiissimi, quos quidem in rebus dubiis senatus semper consulebat. Octauam supradictis adnumerat Varro Hellepontiacam, quam Solonis & Cui tempore fuisse affirmat. Nonam Phrygiam, quæ Ancyrae vaticinata est. Decimam Tiburtem Albanicam nomine, quæ Tiburi pone Anienem flumini pro dea colitur. Phæbades etiam, quæ Phæbo sacrae sunt, vt Manades, Mimallones, Bachæ, libero patri nymphæ, & virgines Vestales, & alie sceminae numinibus dicatae, quarum alias diuinae sobolis propagatrices fuisse legimus. Diuinitatem quandam ex viris apud Græcos habuit Melampus apud Romanos verò Martius. Maiori Scipionis religionis opinio non parum suffragata est ad dignitatem auctoritatēque comparandam, qua quidem assecutus est vt ante legitimum tempus Edilis fieret. Tribunis etiam plebis aduersantibus, & quartum ac vigesimum annum agens in Hispaniâ proconsul mitteretur, quum duo egregij imperatores breui tempore in eo bello cecidissent. Nam ex quo virilem togam sumpsit, consueuerat quotidie mane Capitolium ascendere, & solus ædem Iouis ingredi, diutiùsque ibidem remotis arbitris commorari. Hinc multitudinem omnem opinio inuaserat, Scipionem ex Iouis adytis diuina quædam consilia accipere, sicut Numa Pompilius olim ab Egeria nympa accipere consueuerat. Sacerdotes quoque Iouis & æditui pa-

Numa Pom-
pilius.

lām testati sunt, ferocissimos illos canes qui pro Capitolij foribus excubias assiduas exercebant, nunquam in Scipionem oblatrasse, quum in alios omnes ferociter semper sæuissent, & ille quotidie ante lucem primus omnium accederet, quinetiam ei eblandiebantur, tanquam familiari herō. Marius quoque non paruam auctoritatem in exercitu ex superstitione quadam assecutus est, habebat enim mulierem quandam secum Martiam nomine, quam vaticinandi diuinandi que peritissimam esse aiebant. Hæc per exercitum lectica delata honorificè circumferebatur: cuius etiam iussu rem diuinam faciebant, tantumque potuit fama huius mulierculæ, vt à senatu aduocata, libertate donaretur, & honore ac muneribus decoraretur, vt quæ diuinorum conscia, futura posse prædicere, ab omnibus vulgo diceretur. Non defuit etiam quædam simulatae superstitionis species Sertorio viro fortissimo, & ducum omnium sui temporis pugnacissimo. Nam cicurem quandam ceruam habuit candidissimo colore, quam ei diuino munere datam omnes milites vulgo asseriebant, in cuius rei fidem sæpenumero dicebat Sertorius, se signum pugnae à cerua expectare, à qua quidem exitum euentumque perdiscere.

Verum quum hæc aliquando ad horam solitam non rediret, id signum infelicitatis esse dicebat, idcirco in aciem non esse prodeundum, nec cum hoste certandum: sed paulò post, quum insperato cerua rediisset exclamauit Sertorius, hosti cō-

Sertorij cer-
ua.
Ex Vale.
Maxi. lib.
I. de negle
religione.

currendum esse, victoriámque exploratissimam illa portendi. Quae ex re concitati milites arma ac pugnam deposcebant, & spé victoriæ alacriores facti fortius pertinaciúsque pugnabant: unde pau- uo temporis interuallo Pompeium apud Sagu- tum profligauit, sex milibus cæsis, & dimidia ex- citus parte deleta. Summa insuper religione ple- rísque in rebus semper vsus est populus Romanus nõ modò inter ciues, & intra vrbs mœnia, verùm inter peregrinos quoque hostes, & in bellica. In pontificum enim disciplina sancitum fuerat, vt ne- que opidum neque vrbs aliqua antè oppugnans- tur, quàm Romani sacerdotes deum loci præfidentem euocassent, & illi vouissent religionis cultum apud Romanos, ac locum ampliorem, templum, delabrú, sacellum, aut aram. Hinc effectum est, vt intra Romana pomœria singularú propè genitú numina propria sacraria habuerint, propriatíve ædes, Creuitque deorum numerus ad irrisionem vsque. Sed dei illius nomen sub cuius custodia e- rat Roma, diutius occultum fuit, ne qua hostis euocatio fieri posset, vt Verrius Flaccus scripsit. Summa religione dudum Romani natalem vrbs suæ diem celebrauerunt, qui fuerat decimo Ka- lendas Maias in quo vrberem totã per vias & com- pita festa lauro velabant, maiores cædebant hostis & nonnumquam publicum præbebant epulum. His igitur rationibus & exemplis concluden- dum est, religionibus pietatisque cultu deo opi- mo maximo reges principésve optimè conciliari, & eorum actiões feliciores reddi: & sanè morta- les reliqui exinde illos obseruant tam quam di-

Pompeius.

Da

na quædam numina inter homines. At contrà im- pietatis fama omnia difficiliora reddit, & princi- pem ipsum omnibus criminibus obnoxium facit. Quis enim cum eo quippiam agere voler, quem nullus dei metus, nulla religio, nulla fides, nullum iusiurandum retinet, & à prauis actionibus coër- cet? Præclarè Cicero in libris de deorum natura, ait, pietate erga deum sublata, fidem & humani generis societatem tolli, & iustitiam virtutum om- nium excellentissimam. Virgilius quum miro car- minis præconio *Æneã* efferret, sola pietatis laude eum ceteris ducibus prætulit: nec quicquam ma- gnum illum agere inducit, nisi propiciatis numi- nibus, peractísque rebus sacris. Quippe qui arbitra- ri videatur religionem ac pietatem omnes in se virtutes continere: imitatus hac etiam in re, vt in omnibus aliis Homerum, qui præcipue hanc vir- tutem in ducibus suis laudat.

Lib. i. circa prin.

Sed iam præscribendus est finis huic secundo volumini, in quo de educatione & eruditione fu- turi regis tractauimus: properandúmque ad ter- tium erit, in quo quidem dicemus quibus corpo- ris exercitationibus vti debeat, & cum quibus ho- minibus præcipuè versari, quósve cauere cum ex- pediat.

LIBRI SECVNDI

FINIS.

N

Durima vetustissimi poëtae sub pla-
cidi alicuius figmenti inuolucro, hu-
mana vitæ, iustique imperij præ-
cepta tradiderunt, quæ ex vberri-
mo sapientiæ fonte eruta, ad for-
mandum à prima ac tenera ætate regem, princi-
pè uel pertinent, Alphonse ducum omnium ce-
leberrime, sine quibus etiam vix fieri posse arbi-
tror, vt quispiam diuturno tempore moderatè
ac tutè imperet, & populos ciuèsque omnes di-
ceto audientes habeat. Sed quum priscum illud
hominum genus durum, agreste, atque omnino
indocile esset, & ad iniuriam rapinamque pro-
clique potius quam ad laborem industriamque ere-
ctum, blandis quibusdam fabellis opus fuit, qui-
bus illecti homines sensim à deprauata ac violenta
consuetudine discederēt, & ad iustitiam æqui-
tatè que redigerentur, & sic per obliquam in-
cunditatis semitam, ad rectam virtutis viam de-
ducerentur. Eius quidem rei imprimis eiusmodi
erit exemplum. Eurystheus Arcadiæ rex (qui
priscis illis seculis latum imperium in Græcos &
in alias quasdam nationes diu magna cum laude
exercuit) vir fortissimus fuit, & frigidus, æstus, in-
die, atque omnium laborum patientissimus, feras
quoque humano generi inimicas, & immanissi-
mos tyrannos hominibus infestos, claua, sagittis,
viribus, vi, atque omni impetu insequabatur.

*Eurystheus
Arcadiæ
rex*

huic (quum Thebas iustraret) Amphitryo Her-
culem filium, quem ex Alcumena genuerat indo-
lis pereximia, & virium præter ætatem admiran-
dum, comitem dedit, vt virtuti consuesceret, la-
bore obduraret, & à Thebanis nequitiis ac volu-
ptatibus arceretur. Qui paruo tempore interiecto
superatis maximis illis laboribus quos nouercali
odio ab Eurystheo ei imperatos fuisse poëtae fabu-
lantur, in eiusmodi ducem atque imperatorem eu-
asit, vt ei mortales omnes parerent, & iustitiæ ar-
biter in omni terrarum orbe haberetur: post obitu-
m verò non modò diuus, sed præsens gètium
deus coleretur, & delubris, templis, arisque vene-
raretur, interposito etiam per eius nomen iureiu-
rando tantæ dignitatis, vt nec seruili nec muliebri
voce pollueretur. Exercitatio itaque principum à
teneris annis ea res est quæ eos excellentes in re
bellica præstat, & intentos longè magis studiis ci-
uium. Princeps enim strenuus, celer & industrius
vecordes odit, ignauios ac desidiosos infectatur: cuius
exemplo, quia libenter illum omnes imitantur,
fortitudini ac labori vt vniuersi studeat opus est

Spartani reges armis ac rei militari vacabant,
quorum disciplinam vniuersi iuuenes sectaban-
tur. Proinde Spartani militiæ magistri habiti
sunt, aded, vt quæcunque ciuitas imperatore
indigeret, illum à Spartanis acciperet. Cre-
tenses verò venatione & re nautica exerceban-
tur. Idcirco optimos canes alebant, & impe-
rium maris diutius tenuerunt. Crotoniatæ autem
Olympiaca oleastri corona oblectabantur, exin-
de in vniuersi olympiadis ludis septem Crotoniatæ,

*Amphitryo.
Hercules.*

qui ceteros superauerunt, coronati sunt. Hinc prouerbium, Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum prius.

*Thebani vo
luptuosi.*

Thebani contra deliciis profluebant, & relictis omnium virtutum studiis, tibiæ modulis insultabant, inde prouerbium quoque ortum est auctore Alcibiade. Thebani quando citharædi fieri nequeunt, aulædi fiunt, quod Cic. etiam in oratione pro L. Murena inseruit. Iones omnes, & præcipue Milesij, deliciis, choreis, tripudiisque indulgent, quasi perpetuo feriatu sint. Sybaritæ quoque, qui Crotoniatis finitimi sunt (inter fluuios enim Cræthin & Sybarim habitant) omnium mollissimi ha-

*Sardanapa
lus.*

*Qualis prin
ceps talis
populus.*

bentur, Veneri ac luxuriæ dediti, nullum ciuem magis laudabant, quam eum qui aliquod nouum libidinis monstrum exhiberet, vnde Aristoteles Smyndridem Sibaritam in luxu ac deliciis Sardanapalo similem fuisse ait. Cum Homero igitur concludamus, tales esse populos, quales sunt principes qui illis imperant. Tu verò à teneris annis semper in assiduis arduisque laboribus educatus, ea primæ militiæ tuæ exempla dedisti, quæ modo Cyri tyrocinia antecellant, verum cum Alexandri ac Cæsaris gestis comparentur. Et hoc pro competto habeo, quæcunque agis eo gratiora tibi esse, quo ad veterum ducum atque imperatorum fortitudinis ac probitatis exempla propius accesserint.

*Virtutes, aliæ priuatorum, sic diuersæ sunt
corporis exercitationes, quæ non
omnes passim regi conueniunt.*

Tit. I.

Strato Lampfacenus vir fuit magna eloquentia, summæque doctrina, hic complura librorum volumina scripsit inter quæ vnum de regia philosophia ad Ptolemæum Ægypti regem inscripsit. Eius libri indicem multi admirati sunt, vt diceret Philosophiam semper vnâ atque eandem esse sapientiam, quæ nunquam à seipsa discederet, sed semper eisdem præscriptis sibi constaret, nec mutaretur auditorum aut discentium varietate, quibus illud respondendum fuit, veram quidem esse philosophiæ constantiam, vt asserunt, sed cum profiteatur diuinarum humanarumque rerum cognitionem, discedendum aliquando esse ab infinita illa cogitatione, quæstionéque quæ græcè *θεωρησις* appellatur, & ad *εὐλογίαν*, quæ finita quædam ratio est, perducendam esse orationem, vt personarum, locorum, ac temporum considerata quædam discretio aliquando habeatur. Non enim acuta illa quæ à dialecticis subtilius disputantur, regi conuenire videntur. Neque etiam ea quæ præter communem hominum opinionem sunt, & à Stoicis *ἄσκησις* vocantur, neque abdita Democriti aut obscuriora illa Pythagoræ, quæ multorum annorum silentium desyderabant, sed clariora quædam, quæ de ciuili vita tractantur, de-

*Strato Lamp
facenus*

*Pythagoræ
silentium.*

*Liberaltas
Magnificen
tia.*

que optimis hominum moribus præcipiuntur, & rationem orationemque perficiunt, redigenda sunt ad regiam institutionem. Nam mediocritas illa quæ in civili viro laudatur nonnunquam in rege neutiquam satis esset, nec numerum perfectæ laudis in eo impletet. Ea enim quæ in viro privato liberalitas dicitur, in rege magnificentia sit oportet. Et frugalitas quæ modestiæ temperantiæque comes est, maximis laudibus effertur in civili viro: in rege autem minoris est laudis, & frigidior utique habetur. Audi Ciceronem, & intelliges, quæ fortasse non satis clare exprimere atque explanare possum. Omnes sunt in Deiorato rege virtutes regis (quod te Cæsar ignorare non arbitror) sed præcipuè singularis & admiranda frugalitas, etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi hominem dici, non multum laudis habet in rege, fortem, iustum, severum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regis laudes, illa privata est. Ut volet quisque accipiat, ego tamen frugalitatem, id est modestiam, & temperantiam, virtutem esse maximam iudico. Hæc maximi oratoris sententia planè docet maiora esse ea quæ à rege expectantur, quam quæ à privato viro.

*Cæsaris clem
entia.*

Magnæ admirationis in rege habetur clementia de qua idem orator ad Iulium Cæsarem dixit, Multa sunt monumeta clementiæ tuæ, Cæsar sed maxima incolumitatis eorum quibus salutem dedisti. Post Pharsalicam enim victoriam omnibus ignovit Cæsar qui se ei permiserunt. Sed hæc nunc misa faciamus. Nã de his latius dicemus in sequenti

bus libris, in quibus de virtutibus differemus. Nunc autem satis erit ostendisse, alias regum proprias esse virtutes, alias privatorum: ut ex hoc etiam intelligamus corporis exercitationes non omnes ad reges pertinere, sed earum quasdam regibus, quasdam verò privatis hominibus convenire. Quinetiam ut ætates nostræ per naturam variantur, & diversitate quadam discernuntur, sic etiam quæque earum studio suaque exercitatione tenetur.

Scribunt qui de siderum naturam ratiocinantur, animos nostros diuino nutu per signiferum lacteumque orbem delapsos, ex singulis quibusque spheris singulos quosque motus siue affectus ducere. Ex sphaera illa superiore, quæ Saturni dicitur, ratiocinationem & intelligentiam accipere. Ex illa autem Iouis, quæ huic proxima est, vim agendi. Ex tertia, quæ Martis nuncupatur, audaciam atque ardorem. Ex quarta, per quam sol labitur, sentiendi opinandique rationem. Ex quinta, cui præest Venus, desiderij cupiditatisque motum. Ex sexta quæ Mercurij dicitur, vim pronuntiandi & interpretandi. Ex Luna verò, quæ finitima terræ est, ut ait Ciceronem ferunt ad implendi augendique corpora. Est enim luna, quasi vitæ ac mortis terminus. Animi siquidem ab ea defluentes, terrena accipiunt corpora, quæ & mortalia sunt, & caduca, à quibus quum separatur, ad superiora inde redeunt, æuòque fruntur sepiterno. Hac opinione ducti veteres poëta qui (ut diximus) Astronomiæ peritissimi erant, sub figmento fabularum Parcas virtuti lunæ adhibuerunt, ut prima esset Clotho, quæ generando homini præsit, secunda Lachesis quæ eidem nutrimenta

*Parca.
Clotho.
Lachesis.
Atropos.*

rum præbet: tertia, Atropos, quæ cum postremo occidit, quæ nomen à græca interpretatione accipit, quoniam nunquam conuertatur sitque semper inexorabilis.

Vitam corporis animati sol & luna præcipue adiuuant. Nam sentire & crescere, à sole & luna proficiuntur. Sol enim sentiendi auctor est, luna verò crescendi, & sic vtriusque luminis beneficio vita frui videmur. Conuersatio tamen & peruentus ad humana actus, tam ad hæc duo numina, quam ab alia quinque errantia pertinet. Quum enim nascimur, à sole spiritum, à Luna corpus, & Marte sanguinem, à Mercurio ingenium, ab Ioue desiderium, à Venere cupiditatem, à Saturno humorem accipimus: quæ singulis quibusque singula quæque accepta reddere postremo videmur quum morimur.

His præpositis rationibus consequens est ut singula hominum ætas singulorum ducere præsidem habeat, à quo studium actionemque accipiat. Luna siquidem primam illam teneritudinem ac molli-
ciem blando quodam officio permulcet, & benigno vberique humore infantiam fouet. Mercurius deinde pueritiam accipit, & illam lusionibus, sermone, ac disciplinis instituit. Venus adoleſcentiam deinceps amplectitur, eamque cupidinibus allicit, & generandi potestatem præbet. Sol iuuentutem gubernat, cui animos ac vires addit, & ad altiora sublimioraque erigit. Mars autem virilitatem præbet, & diuitiarum cupiditatem affert, & rixarum contentionumque studium. Jupiter verò qui senectutem regit, grauitatem, & maturam quandam benignitatem largitur, & pacis studium insinuat. Satur-

nus decrepitam ætatem regit, frigiditatem quandam morosam ac tardam exhibet, & obliuiosam rerum omnium despicientiam.

His igitur manifestis rationibus constat non posse præcepta exercitationis totius vitæ simul tradi, quum singulæ quæque ætates diuerso studio teneantur. Scite enim vulgo dicitur, Studium vnius ætatis tædiu alteri affert. Sed nos imprimis libabimus exercitationes illas quæ ad pueritiam & adoleſcentiam pertinent, à quibus quidem reliquæ omnes vitæ partes institutionem eruditionemque accipiunt. Bene igitur à faceto homine illo dicebatur, qualem sementem feceris, talem & messem facies.

DE EQVITANDI RATIONE

Virilitate. de optimis equis, & eorum patria, de equestri militia. Tit. 11.

QUONIAM MNIVM exercitationum quæ ad futurum regem perinet præcipua habenda est equitandi ratio: quæ quidem in pace iucunda est, in bello autem non modò utilis, verum etiam perquam necessaria. Qui enim inepte & indecore equo infidet, imprimis ab aliis irridetur, deinde inutilis in pugna ad omnes bellicas actiones habetur. Non aduersarij ictum sustinere aut cauere potest, non hastam suam dirigere, non eam vna aut cubito compresso stringere, non equum flectere, non ex eo iaculari, non

arcum tendere, aut quippiam vtiliter aut decore agere, sed paruo ictu minimaque succussione excutitur, adeo vt ab omni equestri militia extrudendus sit: & presertim nostris temporibus, quibus maxima ex parte equestri pugna decernitur. Instruuntur enim cohortes Cataphractorum equitum, adoperti per omnes membrorum artus ferreis laminis nulla ex parte vulneribus parent, testisque equis vehuntur operimentis scorteis, siue ferreis, quorum quidem splendor adeo fulget, vt aciem oculorum occurrentium perstringat. Cataphractorum equitum militiam primi omnium Persæ inuenerunt, vt Græcorum historici testantur, & ex nostris Ammianus Marcellinus. Quintus etiam Curtius in historia magni Alexandri contra Perias, eiusmodi verba protulit: Equitibus quisque tegmenta erant ex ferreis laminis sic inter se connexis in modum tenuis pluuiæ, vt Marcellinus addit. Græci tamen prisca verbi barbaricam exhorrentes, Cataphractus appellarunt, quasi munitos vndique, & circumseptos armis *φρακτα* siquidem verbum, munire ac sepire significat, inde *φρακτος* sepes est, vel maceria Sed ad institutionem redeat sermo.

Equitandi ratio à teneris annis percipienda est antequam corpus obdurescat, obstipumve fiat dum nerui sine rigore sunt & membra facile quocumque vsus accipiunt. Consuevit equo insidere puer admodum Iulius Cæsar, qua in re adeo agili corpore extitit, vt reflexis post terga manibus equum saltibus cursibusque immotus ipse coneraret, & è vestigio habenis regeret, statumque in

exiguum orbem circumspecteretur, & à præcipiti cursu retineret. Quinetiam (vt Oppius vir elegans & eruditus meminit) duobus pluribusve notariis sæpenumero epistolas diuersarum rerum abunde admodum inter equitandum distitabat. Equo verò in re militari vsus est Cæsar admirandæ celeritatis, & tantæ etiam ferocitatis, vt neminem præter eum sessorem pateretur, sed omnes alios dorso excuteret. hunc equum perhibent humanis pedibus anteriores ungulas similes habuisse. Et hac quoque effigie illum sculptum ante ædem venere Genitricis se vidisse Plinius testatur.

Alexandri regi equus, qui à toruo aspectu, siue ab insigni taurini capitis, quod in armo inustum habebat Bucephalus appellatus est magnæ admirationi omnibus fuit, hoc præcipue, quod neminem præter Alexandrum regio instratus ornatu in sedem acciperet, alios autem omnes reiiceret. Credebatur enim (vt Currius scribit) sentire quem veheret, submittebatque genua quum rex vellet ascendere, & illum dorso sponte accipiebat. In prælis autem admirandæ cuiusdam operæ fuisse perhibetur, in Thebarum enim expugnatione quum grauitur vulneratus esset, Alexandrum in alium equum transilire neuiquam est passus, sed dolorem contempnens, fortiter in officio permansit. Proinde nequaquam admirandum est, hunc regem tanta beneuolentia hunc equum complexum fuisse, vt & in vita ei plurimum indulerit, & post interitum nauatæ operæ gratias retulerit. In India enim vrbe ædificauit, quam ab equi illic sepulti nomine Bucephalen nuncupauit, hunc equum Alexander

ipse quum puer esset domuit: erat enim admiranda ferocitatis, nec tractari ab aliquo poterat, aut etiam sessorem vllum accipiebat, sed passim singulos exturbabat, quod quum cerneret Alexander, blāde illum per iabam apprehensum, reiecta sensim chlamyde, securus ascendit, habenisque quam primum subegit: hoc cum admiraretur Philippus, desiliens ex equo filij caput osculatus est, dixitque, Aliud iam tibi par regnum quære, Macedonia enim te nō capit, quasi ex tanta indole iam conciperet illum maximum regum omnium fore.

Magna docilitas & quasi intelligentia quædam in quibusdam equis cernitur. Omitto Bucephalum, de quo multa & admiranda quidem referuntur. Nicomedes Bythyniæ rex equum habuit, cuius præstantissima fortique opera diutius in bello usus fuit: sed quum deinde interemptus Nicomedes extitisset, equus mærore tabeque confectus nunquam pabulum accipere voluit sicque multorum dierum inedia periit. Sui etiam equi monumenta reliquit Octavius Augustus, cui sepulchrum marmoreum statuit, & de eo Germanicus Cæsar carmen scripsit, ut refert Plinius Penes Cimonis Atheniensis viri clarissimi sepulchrum, equorum monumenta non parua impensa cōstructa cernebantur, quibus bis victor in Olympiacis ludis coronatus fuerat.

Equarū vsus in maximis subitisque laboribus tutior est, quàm equorum, Mittuat enim vrinam inter proficiendū currendūve, nec minimo momento ab opere cessant: equi verò in cursu si placulum sistant, meiete nequeunt, & dum lotium

Ex plin. ca.
42. lib. 8.

pli. li. c.
ca. prædi-
ctis.

continēt, aut stranguriæ morbo statim exanimantur, aut iugulis humore repletis perpetuò inutiles fiunt. Sermathæ longinquiora itinera acturi (ut Plinius etiam scribit) vnus diei inedia equos præparant, exiguum eis tantum potum præbentes: atque ita per cetera & quinquaginta passuum milia continuo cursu illis insident.

Vtilem equorum ætatem Varro in libris suis de re rustica ad sextum decimum annum vsque esse existimat: senectutem que eorū obseruari asserit ex canis superciliis, & præcipue si sub eis canæ lacunæ cernuntur. Vita eorum lōgæua, quam ad quinquagesimum vsque annum Plinius extendit, minime optanda est. Fiunt enim inutiles non modò rei bellicæ, & vectandæ sarcinæ, ac trahendæ rhedæ, sed etiam admissuræ. Ultra vigesimum autem annum non posse generare equum doctissimi quique qui de agricolatione scripserunt, affirmant, nec equam vtiliter vltra decimum concipere.

Qua forma legi spectarique equum oporteat luculentis versibus docet Virgilius quum dicit. Continuò pecoris generosi pullus in aruis. Altius ingreditur, & mollia crura reponit. Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces Audet, & ignoto sese committere ponti: Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix, Argutumque caput, brevis aluus, obesaque terga, Luxuriatque toris animosum pectus: honesti Spadices, glaucique color deterrimus albis, Et giluo, tum si qua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit, micat auribus, & tremitt artus: Collectumque fremens voluit sub naribus ignem.

Varro. ca. 7
lib. 2. rei rust.
stica.

plin. c. 42.
lib. 8.

Geor. lib. 3.

Densa iuba, & dextro iacta procumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina, cauatque
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
Sed Columella libro septimo de agricultura
summa elegantia ac diligentia per singula que-
que membra eximiam equorum formam osten-
dit, cui nihil profecto adijci potest.

*Columella.
cap. 27. li. 7*

Primum equorum domitorem Bellerophon-
ta fuisse tradunt: qua ex re poëte equi pegasi, & Ca-
ballini fontis Musis dicati fabulam finxerunt. Fre-
nis equos subigere & vrsinis leoninisve pellibus
sternere Pelethronius docuit. Sed Theffali Pelij
montis accolę equestrem pugnam primi inuene-
runt, qua ex re illos ex dimidio viros, ex dimidio
verò equos fuisse fabulatur antiquitas, dicuntur-
que Centauri, quòd primi aculeis equos foderint.
Est enim *κενταύρω* stimulo, pungo, *κευσογ* autem
pro aculo vel stimulo apud Græcos poëtas vsur-
patur.

Scythæ equorum equitatusque præstantia glo-
riantur, seque mortales ones sagittandi iaculandi-
que ex equo, ratione atque vsu præstare profiten-
tur. Parthi quoque qui à Scytis oriundi sunt (eie-
cti enim patria nouas sedes quesierunt) equestrem
etiam militiam magna virtute exercuerunt. Eorum
enim administratio post defectionem Macedoni-
ci imperij sub regibus fuit, quibus vt locupletissi-
mus quisque erat, ita plurimos equites regio exer-
citu præbebat. Hi ita pugnant vt siue procurrenti-
bus equis siue terga dantibus, & fugientes
quidem, sagittas mittant, idque post Scythas

optimè facere consueuerunt. Proinde saepe simu-
lant fugam, vincautiores sequentes facilius sagittis
figant. Non diu præliantur, sed magno præcipiti
impetu plerumque etiam in ipso certaminis ar-
dore prælia deserunt, rursusque post pugnam ex
fuga instaurant, vt tunc vel maxime periclitetur
hostis quum se magis vicisse putauerit. Hoc etiam
declarant versus ille Virgilij quum ait.

Fidentemque fuga Parthum, celerique sagitta.
Parthi non solum in bello, sed in omnibus civili-
bus functionibus equis vectantur, ex illis conui-
uia, & publica priuatæque munera obeunt. Hoc
quoque discrimen inter seruos ac liberos est, quòd
serui pedibus, liberi autem equis incedunt.

Lydy.

Lydi velocissimos equos habuerunt, & non
modò ad cursum alacres, verum ad vectandos
currus præceleres, & sponte sua currentes, vnde il-
lud in prouerbio fuit, Lydus equus nec calcaribus
fodiendus est, nec flagello cædendus. Et Pinda-
rus de eo qui lentè sequebatur, ait, Pedes Lydum
currum sequi videtur.

Prouerbiū.

Argini etiam laudem suam in equestri militia
habuerunt, Optimamque equorum sobolem in-
ter duo flumina Inachum, & Erasimum læto pa-
bulo alunt.

Numidæ non caruerunt equestri laude, frenis
autem non adigebant equos, sed virga inflecte-
habebant bant, tamen eos aded sessoribus ob-
sequentes, vt solo nutu regerentur, veluti si frena-
tiessent: vnde & infreni Numide à Marone di-
cuntur, & Silius illius emulus ait.

Numidæ gens inscicia freni,
 Queis inter geminas per ludum mobilis aures.
 Quadrupedum flectit non cedens virga luparis.
 Laudat etiam idem poëta equos Hispanos & præcipuè ad raptandum celeriter currus.

Colophom Ionix vrbis optimis ac velocissimis copiis equestribus abundabat, adèd vt semper ea pars victrix euaderet, pro qua pugnabant, inde Colophonem addere, pro rem finire ac perficere veteres græci dicere solebant.

Suevos Cæsar in equestribus præliis summopere laudat, dicitque eos in certaminibus, sæpe desilire, ac pedibus præliari: equos enim eodem vestigio quo relinquunt, permanere assuefaciunt, vt ad eos celeriter se, quum vsus fuerit, recipere possint.

Patauium. Venetia Italiæ provincia, cui incumbunt Rhæti, & in ea Patauium (quæ cunctas eius regionis vrbes quondam antecelluit) optima equarum armenta habuit, non modò ad præcreandos alendòsve mulos, quos præter omnes alios laudat Homerus à robore & fortitudine, verùm ad equorum quoque excellentiam, quorum sobolem Dionisyus Tyrannus summa diligentia in Siciliam transtulit ad equestre certamen, & qua etiam patuo tempore progenies ampla per omnè Græciam propagata est. Patauini ex hac equorum præstantia non paruam laudem meruerunt in equestri militia, nã temporibus Octauij Cæsaris quingentos equites supplementum Romanæ militiæ miserunt, vetustioribus autem temporibus maioribus copias miserant, vt refert Strabo: qui etiam asserit Lucenses equestri quondam militia floruisse, à quibus

à quibus Romanus senatus aliquando militares acceperit ordines.

Asturia Hispaniæ regio suos præfert equos, qui ciuilibus negociis peruitiles habentur, propter celerem, artificiosamque ambulationem, in bello autem nullo vsui sunt, vnde Silius cum de populis illis loqueretur, ait,

His paruus sonipes, nec Marti notus, ac idem
 Aut inconcusso glomerat vestigia dorso,
 Aut molli pacata celer trahit esseda collo,

Veredi etiam equi pernices admodum habitusunt & in venationibus peruitiles, sed insultat simul & tergiuersantur, adeo vt incautum sefforem facile excutiant.

Agrigentini magnanimos equos alunt, & non solum ad pugnã, verùm ad Olympia etiam certamina alacres, vt Pindarus canit. Ex his oraculo Apollinis moniti Cappadoces, amissam equorum sobolem reparauerunt, admissariis ab Agrigentinis acceptis. Admirabilem equorum alacritatem apud Vertones Hispaniæ populos fabulosam esse opinor, quorum matres ad Zephirũ versæ sine mare concipere dicuntur. Sed vt consensu omnium gentium Romani mortales omnes singulis quibusque virtutibus excelluerunt, sic etiam in equestri militia præstiterunt, quam quidem tanti æstimarunt, vt alterum, ex tribus ciuitatis ordinibus honoris gratia equestrem appellauerint. Et quum nono post reges exactos anno, in maxima bellorum difficultate Dictatorem primò creassent, cuius dicto omnes parerent, magistrum equitum ei adiecerunt, vt ostenderet dictatorem statuto quodam tempore

*Agrigentini
 Cappadoces
 Vertones
 Equæ vento
 concipiētes.*

regem esse, magistrum autem equitum militiæ ducem. Non igitur pigebit reges ac principes, qui alios militari gloria anteire volunt, domitores orbis terrarum, & gentium nationumque omnium victores imitari. Nemo enim potest virtutis laudem assequi, & magnarum rerum cæpos esse, qui Romanorum imitatione abhorret. Et ille se scit viam immortalis famæ affectare, qui illorum vestigia indefesso animo terere studet. Parum enim Romanorum paucitas aduersus Gallorum infinitam multitudinem valuisset, parum etiam eorum breuitas contra Germanorum proceritatem potuisset, parum eorum probitas contra Aphrorum dolos, & artes Græcorum, nisi discipulina, vsu, exercitationeque militari, & virtute atque constantia mortales omnes peruertissent. Sed de equitandi exercitatione hæcenus. Nunc autem de pedum pernitate, & cursu pauca dicamus.

Romanorum
laus.
Galli.
Germani.
Aphri.
Cræci.

DE CURSV AC PEDVM PER-

*nicitate, & aliis corporis exercitationibus,
quæ ad regem pertinent in re militari.*

Tit. 3.

Achilles, quæ Homeri præconio fortunatum exclamauit Alexâder, quum illius sepulchrum in Sigæo cerneret, heros fuit animi virtute, & corporis robore præstantissimus. Is quum ab armis ocium erat, se ac socios suos omnes, currendo statutum spacium exercebat, vt qui pro comperto duceret, currendi alacritatem plurimum rei bellicæ conducere.

Scribunt quidem cosmographi locum esse apud Panticapes, qui Nomades Gorgôlque dixerunt, quem cursum Achillis appellat. hoc est *δρόμον ἀλλέος* in quo ludicrum certamen victoriæ celebrauit, & cursu lōge alios omnes præuertit. Piratica enim classe Ponticum mare aliquādiu infestauerat: & vbi segnitiam pelagi, aut resistentes ventos cernebat, non sinebat socios per ignauiam torpere. Hinc Homerus Achillem *ἀνωπόδα* hoc est velocem pedibus sæpe appellat. Nouerat siquidem vir ille fortissimus militare ocium tumu suum esse, & in ducis pernitiem sæpenumero cōspirare. Vere enim dicebat Cato senior, Nihil agendo homines male agere discunt. Epaminundas Thebanus vir fuit omni virtute præstantissimus, omnēsque artes ac disciplinas calluit, quæ ad summum quemque imperatorem pertinent. Is postquam adoleuit, palæstræ dare operam cœpit, non tam magnitudini virium inseruiens, quàm velocitati agilitati que corporis, illam quidem ad athletarum vsu, hanc autem ad belli vtilitatē existimās pertinere. Exercebatur igitur quotidie mane currendo, desiliendoque, vel spei autem luctando, vt stās aliquando in armis hostem contra se stātem complecti, locoque exturbare posset, vel terræ illudere, siue fugientem saltu cursive assequi.

Sed modica sit hæc currendi exercitatio, vt dignitati, valetudini, ac saluti optimè cōsuletur. Meminisse enim debemus Philippi Lysimachi fratris, qui quum nimio cursu contenderet vt Alexâdrum celeri equo deuectum assequeretur, spiritu præcluso cecidit, & inter regias manus expirauit.

Ex Strabone
lib. 11. &
Plin. lib. 4.
cap. 12. ad
ff.

*Herodotus
lib. 4. cui ti-
tulus est mel-
pomene, ad
f.*

Equidem dexteritatem quādam corporis in prin-
cipe requiro: nō pernicitatem illorum Æthiopum
qui Troglodytę dicuntur, quos Herodotus ser-
pentibus vesci ait, & mortalium omnium pernicif-
limis pedibus esse. Nec prodigiosas illas currendi
ostentationes optarim, quales præstabat Canistius
curso Lacedæmonius, vel Philonides magni Ale-
xandri cursor quos alacres aded̄ fuisse scribunt, ut
alites potius quā homines credi possint Nec La-
das segnior habitus est, quem ita pedum pernicita-
te ac corporis leuitate præstitisse aiūt, ut quum per
puluerem, vel arenam curreret, nulla pedum vetti-
gia imprimeret. Polymnestor Milesius puer quum
capras pasceret, leporem ludicro certamine asse-
cutus dicitur. His omissis veram virotum forti-
tū celeritatem queramus. Alexander Macedo
præter cæteros æquales suos currendi celeritate
præstitit: & quum aliquando rogaretur à familiari
quodam suo, num quid in stadio certare vellet
Olympiaco respondit, Agerem id quidem quam
libentissime, si mihi certamen cum regibus esset,
verū si cum priuatis decernerem, iniqua admo-
dum victoria esset. Hęc magni regis sententia do-
cet regi nullum corporis certamen esse debere, nisi
aduersus regem. Athletarum exercitationem li-
benter spectauit Alexander & victores dilexit, as-
secitque muneribus. Quocirca victo Dario, non
paruam prædæ partem in Italiam ad Crotoniatis
dono misit, ob gloriam decusque Phayli eorum
conciuis, præclari fortissimique athletæ.

Papyrius cursor, qui de Samnitibus sub iugum
missis, & de re recepta Luceria triumphauit, vi-

fuit omni bellica laude dignissimus, & animi vir-
tute corporisque viribus peregregius, huic præci-
pua pedum pernicitas, honoris cognomentum
dedit, dictusque est cursor, vicit enim currendo
omnes ætatis suæ iuuenes. Et in re bellica, milites
cursu ad omnes congressus promptiores alacrio-
resque accedūt. Nā vbi sensum & læto gradu inua-
dunt, facillē victoriam hosti præbent, & ut corpo-
re languescunt, sic etiam animo torpent. Hoc
quoque in vibrandis sudibus, iactandisque ha-
stis cernimus procursum enim tela plurimum con-
citantur multoque grauius feriunt, quā de loco
firmo ac stabili missa, ex quo quidem paruo co-
natu mittuntur, plaga ipsa longe minor venit.

C. Cæsar in epistolis suis docuit plagas valde
fortius ex impetu adigi, virōsque ex incursum prom-
ptiores fieri: quando quidem stantes ictum aduer-
sarij expectare videntur, & ex segnitie quasi tor-
pescere. Non frustra igitur Romani veteres insti-
tuerunt, ut incunte prælio signa vndique concur-
rent, clamorēque vniuersi extollerent. Eius-
modi enim rebus & hostes terreri, & suos incitari
existimauerunt.

Pelopidas.

Pelopidas Thebanus palæstra & cursu summo-
pere delectabatur, & omni exercitatione quæ ali-
qua ex parte militatē vsum adiuuare posset. Ma-
rius quum septimum iniret consulatū, iamque
maxima esset senectute, quotidie in cæpo cum ado-
lescentibus exercebatur, agilitatēque corporis ad
arma tractanda & ad equitandum in tanta ætate
(annum enim octogessimū agebat) omnibus
ostendebat. Ad cuius rei spectaculum complures

concurrerant, non tam exercitum visuri, quam vires ac robur grandævi consulis cum iuuenibus congregentis. Sic etiam Pompeius copias suas luctando, currendo, equitandoque exercebat ad postremam usque eius expeditionem, & præstito aderat præter ætatem ad omnes maximos labores.

Sertorius.

Quid de Sertorio loquar, qui toroso lacertofoque corpore extitit, & ad robur, celeritatem, laborumque omnium tolerantiam idoneo? Is namque stabili ac pedestri pugnae genere ab ineunte ætate assuetus, manus conferere, robore viribusque corporis cum quocunque hoste certare semper erat paratus: & montes cursu scandere, aspera queque atque inuia saltu transilire nunquam detestabatur. Unde missus contra eum Metellus, quò se verteret ignorabat, quum cerneret Sertorium miræ celeritatis virum esse, miræque fortitudinis, qui etiam variis artibus sibi insultaret, quocirca quum se non satis esse contra Sertorium putaret, collegam cum nouo exercitu à senatu impetrauit, missusque est Pompeius qui primo impetu à Sertorio fugatus, vix euasit. Equo enim deiectus, quum vulnus insuper accepisset, nulla alia ratione poterat effugere, nisi milites qui eum inuaserant, capto equo præciosus, fulgentibusque phaleris ephippiusque ornato, inter se de præda decertassent: quod quidem quum cerneret Pompeius, celeri cursu elabitur, & sic à suis protegitur. Hac itaque experientia docemur pedum celeritatem in re bellica non modò vilitati, verum etiam saluti aliquando esse.

Sertorium.

Triginta circiter puerorum millia delegerat Alexander ex variis gentibus quas vicerat, quorum singulos oculis lustrare ac spectare voluit, deinde eos Græcarum literarum doctrinis institui iussit, & omnibus militaribus disciplinis Macedonico more exerceri, ac variis armorum vñibus consuecero, quibus & complures, eosque probatissimos diuersarum artium præceptores adhibuit: vñ hac manu consuetæ militiæ suæ addita, vñ reliquum erat totius orbis terrarum subigeret: quod sanè & facere potuisse videbatur, nisi fuisset in ipso iuuentutis flore vita fraudatus. Iam enim exoleuerant hi, & eximiam virtutis indolem ostendebant. Erant enim exercitatione promptissimi, & strenuam quandam corporis agilitatem præ se ferebant. At mors insperata consilium illius anteuertit. Annos enim tres & triginta natus, vno mense addito, diem obiit, vñ præter omnem humanam potentiam, animi magnitudine præditus, quem non modò necessarii omnes, verum Barbari etiam ipsi quos paulò antè vicerat, luxerunt. Et Darij quoque regis mater, quamuis è tanto fastigio ceciderat, & filium crudeliter peremptum audiuerat, amissaque etiam proprii corporis libertate in custodia seruabatur, tamen freta clementia indulgentiaque victoris, in eam quidem usque diem passa est viuere: audita verò Alexandri nece, mori destinavit & sibi ipsi violentas manus attulit. Nec putandum est eam filio hostem prætulisse, sibi filij pietatem atque indulgentiam in eo inuenisse, quem sibi hostem fore formidabat.

Sed ne extra metas sermō noster decurrat, regem ac principem sic educare atque instituere a teneris annis debemus, ut intelligat se ad animi fortitudinem, corporisque robur parari, non autē ad delicias, illecebras, ac voluptates, quibus animus effeminatur ac torpet, corpus verō languescit atque omni ex parte enervatur.

scipio maior.

Cor. Scipio.

Incumbat igitur, ut primum per aetatem licebit, rei militari, exemplo maioris Scipionis Africani, qui decimum septimum aetatis agens annum, perductus est in castra Cornelij Scipionis patris sui contra Annibalem, ut armis, disciplinae militari consuesceret, in qua brevi tempore ad eum emicuit, ut quum primum pubesceret patrem vulneratum apud Ticinum, & ab hostibus circumuentum equestri praelio seruauerit, Qua ex re ciuica corona donatus exitit. Deinde quum quartum & vigesimum vix impleuisset annum, Proconsul in Hispaniam missus est, quum pater eius & patruus in eo bello cecidissent, & Hannibal Italiam penē omnē subegisset. Quinetiam Hannibal ipse quum decimum aetatis annū ageret, ab Hamilcare patre in Hispaniam, ut militiae consuesceret, ductus est: & deinde mortuo Hasdrubale, qui imperator Hamilcari successerat, militū omnium consensu imperator ab exercitu declaratus est, quum sextum & vigesimum tunc annum vix impleuisset. Alexander autem sextumdecimum annum agens primam militiae exercuit, occupato enim Philipo in bello contra Byzantios, Megareses sprete Alexandri aetate, qui rei Macedonicae praeerat, magnis contractis viribus defecerunt.

*Hannibal.
Hamilcar.*

Ille verō, ut iam ostenderet futurae magnitudinis indolem celeri contracta manu eos inuasit, & primo eos aperto Marte fudit, mox autem vicit, & capta vrbe ciues omnes expulit, nouosque colonos induxit. Quam rem Macedones ad eum admirati sunt, ut iam Alexandrum regem, Philippum verō imperatorem appellarent.

Serā autem militiae Iulium Caesarem pertasum fuisse legimus quum ingemuit visa magni Alexandri imagine apud Gades, quod ad eam vsque aetatem nihil praecclarum ipse egisset, qua ille magnā orbis partem subegisset. Proinde haud scio an tyronum exercitatio satis sit, quae fiebat in ludo vel apud lanistas a Romanis, vel Quinquertio illaque in Agone celebrabatur a Graecis πένταθλον dicta quod generibus quinque agonum certaret, pugilatu, iactu, cursu, saltu, luctatione ut eorum nomina declarant, quae sunt eiusmodi, δίσκος discus, δρόμος cursus, δάσμα saltus πάλιν luctatio: πυγμαχία id est caestuum pugna pugilatus. Nam ad veram militiae capeffendam alia quaedam ratio habenda est vbi in aciem descenditur, & cum hoste concurritur, illic enim puluis, aestus, sudor, sitis, clamor militaris, hostium incurfus, timor, spes, & alia multa ad eum animum perturbant ac distrahunt, ut vix illi ipsi qui a teneris annis talia perpassi sunt, eadem perferre valeant. Quocirca veram militiam futuro regi ab incunte adolescentia tractadam esse duco.

Nec alienum erit externis bellis cum dignitate & gloria interesse, ut domi in pace & ocio viuatur, quo consilio ducti Vlysses, Menelaus, Theseus

Quinquertio pentathlum. Quinquere hac certandi genera probant iureconsulti in l. solent. ff. de alea l. aleato.

& Pirithous longinquas egere militias, ad eò, ut ad inferos vsque penetrasse à fabulosa antiquitate dicantur. Hoc etiam declarasse videtur Ptolemæus Ægypti rex, qui quum summis laudibus efferebatur à quibusdam, quòd milites quoridie bellicis laboribus exerceret, nec sineret illos per ignaviam ac desidiam tabescere, Tacete inquit, nam quis regem admiretur eum qui ad hanc vsque ætatē quā nūc ago, nihil memoria dignum egerit, nec rebus à se gestis qualis sit ostenderit?

Pyrrhus.

Sed quadam animi meditationi se effert Pyrrhus Epirotarum rex, qui disciplinam militarem solertissime ac diligentissime semper meditabatur, ut qui ducet ex omnibus artibus hanc vel maximè regem convenire. In qua quidem tantam consecutus est laudem, ut omnibus ducibus imperatoribusque sui temporis præferretur, quod verum esse Antigonus docuit, qui interrogatus quis præstantissimus omnium ducum sibi videretur, respondit, Pyrrhus, si ei ad senium vsque peruenire contingerit. Imperatorias etiam artes omnes optimè calluit Philopæmen Achæorum dux, qui per omnem ætatem suam semper ocium perotus est.

Antigonus

Philopæmenes.

NANDI USVM IN RE

militari vtilem esse

Tit. IIII.

Nandi usus.

Nandi usum non solum peditibus equitibusque perdiscendum esse pluribus exemplis monemur, sed etiam regibus, imperatoribus, ducibusque. Non enim homini per naturam, ut plerisque animalibus, datus est, sed disciplina vsque per-

ficatur. Iulius Cæsar quum ad Alexandriam pugnans, irruente hostium multitudine, solus à suis in ponte destitutus, impetum ulterius ferre non posset, & multis missilibus impeteretur, in mare se miserit, ac nando per ducentos passus ad proximam navem evasit, elata læva, ne libelli, quos tenebat, perfunderentur, paludamentum verò mordicus trahens, ne hostis spolio illo potiretur, usque tutior aliquantulum à telis esset.

Iulius Cæsar nando liberatur.

Campum Martium Romani, in quo iuvenes exercebantur, iuxta Tiberim elegerunt, in quæ post gymnica certamina se mergerent, non modò, ut pulverem, sub torremve abluerent, & à lassitudine aquæ beneficio recrearentur, verum ut nandi quoque usum perdiscerent: cui non tantum equites peditesque consueverunt, sed etiam equi ipsi, qui longè aptius liberiusque flumina traiciunt, si natæ consueverint, nec vndarum verticibus facile cedunt, nec terrentur aquarum impulsu. Multos enim in historiis legimus beneficio optimè nandi equi vitæ periculum evasisse, & ex contrario nandi imperitia complures parva etiam altitudine impetive aquarum obrutos ac demersos. Nec mirandum id quidem est, ut primum enim umbilico tenus abluuntur, vix gradum figere possunt, vel rapaciorè vnda vestigium subducente, vel lubricis saxis fallentibus. Atqui altior aliquantulum aqua hominem eleuat, nec prætereuntes pedes pessum accipit. Quo fit ut imperitorum plurimi desiderentur, peritorum verò perpauci.

Campus Martius

Nandi igitur scientia neutrquam prætermittenda Italorum est, etiam à principibus quibus & vsui & saluti nocet.

plerumque esse potest. Ex antiqua Italorum disciplina hoc etiam laudatur, infantes enim filios frigidissimis fluminibus abluebant, non modò ut frigidioribus assuescerent, verum etiam ut usum nandi à primis annis ediscerent. Vnde Italus ille gloriatus apud Virgilium ait.

Æneidos 9.

Horatius Cocles.

Tit. Liu. de ca. 1. lib. 2.

Valerius Maximus li. 3. de fortitudine. ca. 1. Valerius Max. lib. 3. de patientia.

Chlœlia virgo Val. Max. lib. 3. de for. cap. 2.

Durū à stirpe genus natos ad flumina primum Deferimus, sæuòque gelu duramus & vndis.

Horatius Cocles beneficio nandi patriam seruauit, & ab hostium periculo euasit. Nam cum

Postena Thuscorum rex pro Tarquinis recipiens dis improuisum bellum Romanis inferret, & ad

laniculum peruenisset, ne cum exercitu transire

Tiberim, ab Horatio prohibitus est, qui dum ab

pontem Sublicium rescindunt, solus Hetrusco

hostes sustinuit, ac deinde scisso pòte, armatum in

fluuium misit, & enarauit ad suos. Eodem quo

que bello quum Mutius Scæuola ad ferendum

Postenam hostium castra penetrasset, occisique

scriba quem regem credebat, comprehensus esset,

& impostam incensis altatibus manum exuri pateretur, dixissetque taliter animatos iuuenes tres

tos in regem esse illum admiratum ad pacem Romanis dandam inclinauit, acceptisque obsidibus

ab iniuria desistendum.

Verum inter obsides Chlœlia virgo quædam est compluribus alijs virginibus erat quæ sollicita pro

virginitate ac pudicitia, clam, deceptis custodibus fugæ se ducem comitibus præbuit, traiecitque

Tiberi Romam peruenit. Senatus verò eam & comites omnes violatæ fidei increpitas remisit.

Postena, re ordine intellecta, Chlœliam admira-

tus est, & eam muneribus affectam cum comitibus suis Romam remisit. Romani verò tantæ virtutis merito Chlœliæ equestrem statuam in Via sacra posuerunt. Erat enim virgo insidens equo, qua exire multi putauerunt illam equo fuisse transfusctam, sed Dionysius Halicarnassæus (cui, quòd cum M. Varrone vixerit, magna fides adhibenda est) scribit Chlœliã à Postena rege phalerato equo donatã fuisse, & exinde statuã meruisse equestrem

Admirantur summopere historici virtutem ac robur Sertorij, eumque omnium bellatorum pugnacissimum fuisse affirmant, & alterum Hannibalem à Celtiberis appellatum, Eius prima militia sub Scipione fuit aduersus Cimbro qui in Galliam transierant, in quo bello quum infeliciter pugnatum esset Sertorius grauitè vulneratus equum amisit, & indutus thoraca, & scutum atque arma tenens Rhodanum fluuium rapacissimum qui inter Rhetos Noricòsque fluit, per aduersos fluctus nando traiecit, & non sine magna hostium admiratione ad suos peruenit.

Hanc etiam laudem superiori Aphricano Silij Italici, quum de eius indole loqueretur, his versibus tribuit.

Ipsè inter medios venturæ ingentia laudis
Signa dabat, vibrare sudem, transmittere salua
Murales fossas, vndosum frangere nando
Indutus thoraca vadum, spectacula tanta
Ante aciem virtutis erant: sæpe alite planta
Ilia per fossam, & campi per aperta volantem
Ipsè pedes præuertit equum, sæpe arduus idem
Castrorum spatium & saxo transmisit & hasta.

His pauculis versibus poëta hic peregregius omnes militares exercitationes cōplexus est, ut quique intelligere possit, inter castrenses industria nandi peritiam præcipuam esse: qua quidem se carere iniquo animo ferebat Alexander. Et quum aliquando maximum flumen cum omni exercitu transmittere opus esset, paucos equitum ad tentandum vadum præmisit: cuius altitudo primùm summa equorum pectora adæquabat, mox ut in medium alueum ventum est, cervice tenus equi ablucebantur, tum milites omnes pauore torpebant, & nemo audebat in fluuium se mergere.

Hoc quum cerneret Alexander, O me deterrimum, inquit, qui nunquam nare didicerim, deinde confestim raptò incumbens clypeo, adactè traiecit. Cuius exemplum alij secuti, partim nando partim equitibus hærendo, partim autem sublatis in verticem sarcinis, hastisque nitentes, pedibus transmiscere, adeò ut ex tanto exercitu nihil præter pauculas sarcinulas desideratum sit, sed se omnes madidi undique in ripis aggeribusque fluminis expositi sunt, ut facillè exercitus omnis deleri potuisset, si pares hostium copiarum illum aduenientem excepissent. Scæuola vir admirandæ fortitudinis, ex eo scopulo quem solus per integrum diem ab vniuersis Britannis defenderat, adueniente nocte in profundum pelagi se deiecit, duabus loriceis & graui scuto onustus, & ad Cæsarem nando peruasit, à quo laudatus pro concione, & ex gregario milite Centurio factus vitis honoratus est. Quanto etiam vsui fuerit nandi peritia in primo punico bello, ex hoc videri potest.

Scæuola nandi peritia.

Vitis centurionis gestamen.

Concituauerant Pœniclāstem remissaque impellebant eam, ut à Romana classe per fugam euaderent. Hoc quum cernerent complures Romani iuuenes cuncti se è transtris in altum præcipitant, & subito adnantes magna vi hostiles naues in portum pellunt, retrahuntque, & hoc pacto imperatori suo Luctario capiendas paruo cum labore præbuerunt. Et hæc de nandi peritia satis.

DE SAGITTANDI VSV ET

aliis quibusdam exercitationibus rei bellicæ conducentibus.

Titul. v.

SAGITTÆ sunt peritiles inuenibus exercitationes corporis, quæ rei militari haud parum conducunt, ut arcum tendere, spiculaque dirigere: quæ in re nonnulli principes præstituerunt, Domitianus Cæsar tanta sagittandi arte valuit, ut nonnunquam in pueri procul stantis dispassam dexteram sagittas tanta arte dirigeret, ut singulas per interualla digitorum innocuè mitteret, nec puerum lederet, nec à destinato signo discederet.

Prisci sagittandi vsum numinibus etiam suis tradiderunt, ut Apollini, Dianæ, Cupidini: sed præcipuè Herculi, quem arcu Stymphalidas aues confecisse aiunt, complures hostes peremisse. Et ex illius pharetra Troiana fata pendere fabulatus est Homerus ut ostenderet sagittarios plurimum in re bellica valere, qua ex re Philoctetes (cui moriens Hercules illam dono de-

Dij sagittas

derat) accersiri ab Agamemnone inducitur, & honore ac præmiis affici vt eius ope ad victoriam vteretur.

Cambyfes.

Æthiopum rex quidam, cuius nomen memoriam proditum fuisse non memini, quum accepisset Cambysem Persarum regem trāsmittere destinasse, magni rigoris arcum accepit, tractumque ad autem vique nudis brachiis, exploratoribus Cambysis ostendit, & sagittam certo ictu magnisque viribus excussit: deinde vt illū dono regi suo offerrent iussit, illi abeuntes arcum Cambysi obtulerunt: quem tentans rex vix duobus digitis magno quidem conatu traxit: & quum aliis etiam præbuisset nemo ex tanta multitudine inuentus est qui illum vterius trahere posset. Admiratus igitur Cambyfes Æthiopum regis vires, ab incepto destitit & cum sibi magna benevolentia conciliauit

Hastam quoque vibrare, ex equo iaculari, cassem rotare, fundas excutere, sudem iacere inter militares exercitationes veteres scriptores posuerunt, & de eis præcepta tradiderunt: de quibus dicere consulto superfedeo: satis sit hæc potiora attigisse, ex quibus concludendum erit principum vitam ac victum ciues omnes imitari: qui si per desidiam torpebunt, ignauos quoque populos nutriunt, & luxu, deliciisque profuissent: licentia enim ex diurno ocio contrahitur, sin solertes & industrii erunt principes, cunctos sibi subditorum suorum morum sectatores imitatoresque habebunt.

Multum utilitatis Plato exercitationi tribuit, & quæ

& quædam etiam præcipit quæ nostris temporibus abhorrenda detestabilique omnino essent. Cursum & equis mulieris vt certent iubet: & in luctatione, iactu lapidum, arcu, funda, & missilibus non viros solum, sed etiam scæminas adhibet: Hæc in libris de Republica scribit. In libro autem texto de legibus nudas puellas cum nudis iuuenibus in quibusdā tripudiis saltare permittit. Quid turpius in ganeis fieri posset: sed malæ consuetudini temporum suorum quædam indulget Plato, quæ à dignitate tanti philosophi omnino aliena esse videntur.

Lycurgum sic fecisse proditum est: qui virginum corpora cursibus, luctationibus, iactibusque discorum ac iaculorum exercuit, non modo vt robustiore sobole procrearent, verum etiam vt aduersus pariendi nixus facilius repugnarent. Sed nostris mulieribus hæc nequiquam permittenda sunt, satis illis sit pudicitiam, pudoremque custodire, & honesta virorum præcepta seruare, à quibus nullam aliam luctationem quærimus, nisi contra illecebras ac voluptates, & contra immodicas delicias, quibus pleræque adeo diffluunt, vt omnium domesticarum curarum obliuiscantur, & luxu immoderataque impensa rem omnem familiarem exhauriant, Pulchrè admodum Satyricus ille noster ait.

Prodiga non fertit pereuntem scæmina censum.
Sed de militaribus exercitationibus hæctenus. Nunc vord pauca de venatione, quæ bello pacique cõmunis esse videtur dicemus, honestã enim voluptatem adiuvat, & corpori salubritatẽ affert.

*Lycurgi institutum.
Ex Plutarcho in apophtheg. laconicis.*

*Xenophon
musa atti-
ca.*

Xenophon Socraticus vir fuit tanta dicendi sua uitate, ut Musa Arica vulgo cognominaretur. Is in philosophia, & aliis bonarum artium studiis adeo excellit, ut Platonis certamen non detrectauerit. Multa quoque librorum volumina reliquit: inter quae, duo illa, alterum de equestri disciplina, alterum autem de venatione. His enim duabus artibus precipue delectabatur, ac proinde Agesilao Lacedaemoniorum regi gratissimus fuit, & Cyrus iunior Persarum rex cum summa benivolentia complexus est.

Nec mirum videri debet homines graecos, qui ferè omnia in disciplinam redegerunt, aliquam statuisse doctrinam de humano commercio cum equo & cane, quae duo animalia omnium fidelissima homini esse cernuntur, quorum alterum custodiae semper ei excubat, noxia latratu proditac pellit, & morfu in aduersarios saeuit. Alterum hominem verbis, eoque dorso insidente exultat, proque eo in hostem cursitat. Quocirca optime nobis in hac re natura consuluisse videtur, quae equum laborum nostrorum comitem atque adiutorem dederit, canem autem custodem ac socium.

Canem vulgo cernimus pro domino pugnare aduersus latrones, sicarios, grassatores, homicidas, insidiatores, fures & contra alias quascunque facientes feras. Masinissa rex quum se hominum custodiae non crederet, canum custodiae permisit

quorum latratu saepe latentium hostium insidias euasit, & venientes in se aduersarios longè antepredidit, cauitque, & beneficio canum victor aliquando extitit.

Accepimus etiam hominem quendam: aethiopo tempore in herba dormientem iuxta aspidem, quae eius ori iam in surgebat, à cane, qui illam abigere nequirit, expergefatum euasisse, & sic canis munere ab imminente mortifero morfu vitæ reditum.

Magnam docilitatem & tenacissimam memoriam in cane cernimus. Uliſſes (ut Hom. scribit) *Canum memoria.* quum ad Troianum bellum proficisceretur, Eumerum fabulcum canem reliquit, & cum exactis variis laboribus, & plurimis erroribus ac periculis superatis, domum post vigesimū annum redit, agnitus à cane extitit, & cōsuetra adulatione, solitōque gannitu exceptus, Nulli certè animali præter hominem, maior est memoria: itinera enim quanuis longa atque inuia canes diutius meminere, & hominibus ipsis memorant, Veteres quoque iniurias post longū etiam tempus vlciscuntur.

Colophonij magno studio canes rei bellicæ gratia instituebant, adeo ut illis quasi cohortes quasdam instruerent, quæ in prima acie certarent mira quadam ferocitate, nec vnquam prælium detrectarent. Hi in nocturnis congressibus saepe victoriâ eis præbebant. Scribunt etiã veteres regè garamatū per seditionē regno expulsū, à ducentis canibus, quos venationis gratia aluerat, fuisse restitutum, cum mira ferocitate contra repugnantes

ſauirent, iterque per hoſtium cuneos pateſaceret, donec eum tutum in regiam aulam liſterent. Et ſic pulſis caſiſque hoſtibus diutius regnauit, deinde regnum moriens poſteritati ſuæ reliquit. In victoria illa nobili C. Marij contra Cimbroſ, canes inuenti ſunt, qui poſtquam pro dominis diutius pugnarint, cecidiſſentque illi in prælio, ab eorum cadaueribus nunquam abegi potuerint, ſed eadem mira ſedulitate coſtodierint: & ut tutius illa à feris abriſibusque deſſenderent, plauſtris illic paſſim relictis intulerint, cuſtodiasque inter ſe paritatis uigiſſim magna cum diligentia obſeruarint. Memoria etiam proditum eſt canem in Epito fuiſſe, qui pro dominio in ſilua, quadam ſerociter contra latrones pugnauit. Sed quum ille tandem interemptus eſſet, percuſſores in urbem uſque proſecutus eſt, & unum ex eis agnitum in maximo hominum cõuentu, laniatu latratuque adegit, ut ſcelus fatereſet, & ſic deprehenuſus poenas dedit, & ſceleris ſocios per tormẽta indicauit, in quos etiam grauiter animaduerſum exitit. Cæſellus Vindex iure conſultus ætate ſua eximius, quum è propinquo rure veſperi rediret, ab inimicis ſuis circumuentus, canis beneficio euasiſt, qui pro eo tandiu pugnauit, donec ſerui, qui è longinquo ſequerentur, eidem auxilium afferrent.

Canum fides admiranda omnino eſſe cernitur. Lyſimachi regis canis, (cui nomen hyrcani reddidit duris) quem diutius in omnibus præliis, uentationibus, laboribus, periculiſque comitem habuerat, quum cerneret mortuum heru pyrae imponi, magno quum gemitu & ululatu cunctis ſpectan-

*Canis ex-
plis memo-
rabile.*

*Cæſellus à
cane ſuo de-
ſenſus.*

*Lyſima-
chus.*

tibus arceſſo rogo ſe flammæ iniecit, & uiuus cum mortuo domino cremari uoluit, Idem etiam feciſſe Hieronis Syracuſanorum regis canem Plinius reſtatut.

Scribunt quoque hiſtorici, Iaſone Lycio interfecto, eius canem cibum nunquam deinceps capere uoluiſſe, & tandem poſt multos dies per inediaſ conſumptum eſſe, adedut minus admiranda uideatur illi quæ à poëtis ſcribuntur de Erigone, quæ duce cane Imera dicta, cadauer Icarj patris dolo interempti inueniret, iuxta proceram quandam arborem de qua erigone dolore percita collopendit, & ſic præcluſo ſpiritu interit. Canis autem quum dominæ mortem cerneret, cibo tandiu abitinuit, donec moreretur. Quum Romæ animaduerſum eſſet in Titum Sabinum, eiſque familiam, iacerentque cadauera iugulatorum, uenit ex his canis ab heri cadauere nuſquam abigi poterat, ſed mœſtos edebat ululatus magna populi Romani corona circumſtante, ex qua quum ei quidam cibum obieciſſet, illum ad intereprti os tulit, & deinde cadauere in Tiberim abiecto adnatauit canis, dominumque ſuſtinere conabatur, admirantibus cunctis ſpectatam muti animalis fideſ: ut Plinius uir doctiſſimus reſert.

Quid de canum docilitate dicemus? Imprimis *canum do-
cilitas.* quidem dominum cognoscunt, eiſque amantiffimè adulantur, eius quoque nutum diligenter obſeruant externos autem omnes odio habent, & ea diſcunt, quibus uix fides adhiberi poſſit, niſi ab illis qui ea uiderint. Quanta eorum in uenando alacritas, quanta ſolertia, quanta ad inueſtigandũ

mum son- nariū sagacitas, ventū, auram, aërem odore captāt,
lertia in ve- longe venientem ferā odoratu præfagiunt, osten-
nando. dunt, lustrāt, persequuntur vestigia, inquisitorem
sensim antecedentes loro trahunt, cubilia fera-
rum ristu indicant, vices inter se observant, alter
alteri opitulatur, ducentem in venatu sibi præficiunt,
illum comitantur, illius nutum expectant cui sine
detractione semper parent. Quinetiam nomi-
na sua norunt vocati adsunt. Cornuum signa pro-
gressui receptuque data quamprimum servāt: di-
versa inter se munia obeunt, suos recognoscunt,
quasi militari tessera inter se data. Alienos inua-
dunt, blanditias amant & quasi laudem affectāt.
Obiurgari increpitique emendantur. Quid quod
eorum impetus & savitia mitigatur ab homine
humili sedente, vel mollius eblandiente? Molossi E-
pirotarū gens qui sub Pyrrho Neoptolemo Achil-
lis filio eiusque posteris extiterūt venatione ma-
gna ex parte alebantur. Hi canes optimos ac fero-
cissimos summa diligentia exquisitos habuerunt,
quorū tāta fama percrebuit, ut excellentes omnes
venatici canes, molossi, appellarentur. Secundam
laudem meruerunt Spartani, qui & Laconici à re-
gione dicuntur. Hos Virgilius velocitate omnibus
præfert. Et Aristoteles quum dicit in omnibus a-
nimalibus sceminas molliores esse maribus, præ-
ter vrsas & Pardas: Laconicas tamen canes scemi-
nas maribus prætulit.

Tertium locum tenuerunt Salamitaj, qui &
sagacissimi habiti sunt, & custodis idonei, Cydō
quoq; Cretæ vrbs, optimos habuit canes, & ma-
gai nominis in venationib⁹ apud Græcos pœtas.

Melita insula, quæ Pachymō Sicilię promontorio
imminet, canes habuit, Meliteos dictos, quorum
nonnulli scriptores meminerunt, sed eorum laus
non in venatione habetur, sed in gesticulationi-
bus, & in lasciuiose ludo. Idcirco in deliciis à mu-
lieribus & ociofis viris alantur, ut Callimachus
Elegiacis versibus cecinit.

Calpij ferocissimos habuerunt canes, quorum
savitia in homines potius quàm in feras exerceba-
tur, quando ab ineunte ætate humanis cadaue-
ribus aliconfueverunt. Nullum enim genus hu-
mationis aut sepulturæ magis probabant, quàm
à canibus post interitum devorari, ne cadauera
putrescerent, & veribus scaterent. Quisque igitur
sibi pro familiaris sepultura proprios canes do-
mitalebat, quum opulentior erat. Tenuiores au-
tem à publicis canibus vorabantur.

Orchus Molossorum rex vetustissimus, qui ad-
iutore Ardeneo Proserpinam, quæ è Sicilia in a-
grum Brutium iuxta Hipponem oppidum (quam
deinde Vibonam Romani appellarunt) venerat,
ut flores legeret, rapuit, canem habuit admirandæ
magnitudinis Cerberum nomine, qui Pirithoum
laceravit, animamque efflasset, nisi ei Hercules
præsto affuisset: unde Pirithous ab Hercule re-
uocatus ab inferis dicitur. Huius canis ferocitas
adeo admiranda fuit, ut non paruum argumen-
tum poetis præbuerit earum rerum quas apud in-
feros esse fabulantur, & celebris famæ initium
Mollossis canibus dederit.

Sed venator, canis virtutem querere debet, nō
genus aut patriam. Nam qui primi nobilitati sunt.

à propria virtute, nō à patria aut à maioribus laudem meruerunt.

Indi mistum genus canum summo opere laudant proinde coitus tempore, fœminas canes in siluis ligant, vt ex Tigribus concipiant. Primo & secundo fœtu nimis feroces gignunt, tertio autem idoneos educant. Idem è lupis Galli faciunt ex quibus genti greges optimè custodiunt. Hi quidem lycisci dicuntur, & vulgo rai coloris sunt, & pili durissimi, latrant præter ceteros omnes: vnde pastor ille apud Virgilium ait, multum latrante Lycisca.

*Alexandro
dati canes
ab Albania
rege.
Ex Plin. c.
40. lib. 8.*

Sed canes eo ferociores fiunt, quo contra fœuiores feras exercentur, Alexandro magno, cum Indiam peteret, Albania rex canam admirandæ magnitudinis dono dedit, cuius specie delectatus, iussit ei dimitti vrsos primò, deinde apros, mox autem damas: ille verò quasi contemnens iacebat manebatque immotus. Tum Alexander segnitie tanti corporis offensus, illum interimi iussit. Hoc cum Albano regi percubruisset, alterum ad eum misit, mandata addens, ne in paruas illum emitteret feras, sed in leones, aut Elephantos, nec rem distulit Alexander, sed dimissum leonem statim dilaceratum interemptumque à cane vidit. Tunc Elephantum iussit induci, cuius spectaculo plurimum delectatus est. Nam primùm horrentibus villis, ingentem emisit latratum, mox in ceruicem assultans, contraque belluam se eleuans, hinc atque illinc artificio dimicatione infestans atque cuitans, celeri quadam vertigine illum afflixit, cuius lapsus magno fragore terram concussit, cum in-

genti plausu atque admiratione Alexandri, & omnium spectantium. Canes verò qui ignauo pecori congregi cōsueuerent, licet pernecitate præsentent, feritiam tamen ferarum formidant.

Venatio claris principibus semper fuit gratissima, & quasi peculiaris quædam exercitatio, nec quidem immerito: speciem enim non paruam fortitudinis præ se fert, & similitudinem quandam cum re bellica tenet. Ducem præficit sibi venatio, cuius dicto omnes auscultant, hostem excursoribus prouocat: exploratores in speculis disponit: insidias abdit: apertum Martem simulat: diuortia quæ ad fugam patent obseruat, per saltus & arua pedites præmittit: loca plana & aperta equitum alis præcingit, cornuum strepitu progressui receptuique canit, dat signa prædæ ac victoriæ, prædam aduentantem aut euadentem significat, moueri castra indicat, adeò vt concludendum sit venationem bello ac pugna simillimam esse. Consuecunt nanque venatores niues, & æstus ferre, famem prædæ auaritate perferunt, equitando, currendo, profiliendo aduersum montem ascendendo, duriores, robustioresque fiunt, & feris congregiendo, animo quoque promptiores. In veteri Italica disciplina vltus venationis vel præcipuus fuit. Hoc apud Maronem gloriabundus Italus ille de quo paulò ante dixi, ostendit, quum ait: Venatu inungilant pueri, siluâsque fatigant.

Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu. Alexander Macedo vbi ab acie, & armis quies aliquid aderat, assidua venatione oblectabatur.

*Venatio rei
bellicæ pul-
chrè compa-
ratur.*

Venatores.

Nam leonem miræ magnitudinis (vt dictum est) quasi laborum Herculis æmulus, peremit, & præcipuam venatorum semper curam habuit, quod quidem multis ex rebus docuit, sed præsertim ex epistola quam ad Peucetem vrsi morsu & vnguibz laceratum scripsit, in qua primò, quasi anxius de illius valetudine, monet eum, vt se certiorrem reddat quonam modo sese habeat, & si quis venatorum in vrsi congressu eum destituerit, vt desertor ille, quisquis fuerit, debitas pœnas luat. Nô enim minore diligetia venationis disciplinam quam rei militaris curabat rex ille maximi spiritus & animi peregregij.

Mithridates.

Mithridates verò Ponti rex ille, qui cùm Romanis sex & quadraginta annos varia fortuna belum gessit quum puer admodum patrem admisisset, vitam non solum notos antidoto tutatus est, sed venationis quoque studio. Altero enim venenum quod sibi quotidie tutores diluebant, euasit, altero autem insidias, simulabat quidem se nimia venationis voluptate teneri adeò vt reliqua omnia studia contemptui neglectuque haberet. Annos igitur circiter septem neque vrbs neque raris tecto vsus est, sed inter siluas quasi errabundus vagabatur & vt fors ei præbebat occasionem diuersis regionis montibus pernoctabat, ignaris omnibus vbi locorum esset, sicque quotidie feras cursu fugare atque insequi conueuit, & cum ferocioribus bellis etiam viribus congregi, quibus quidem studiis & proditorum insidias euasit, & corpus ad omnem laborum tolerantiam obdurauit: effectaque vt animi etiam virtute omnes ætatis suæ re-

ges anteuertit & dignitate, maiestatéque imperij priscos quoque omnes adequauerit.

Meditationi maximarum rerû venationem idoneam esse Plinium Secundum iuniore testem habemus, qui gloriabundus ad Cor. Tac. scribit, se crebrò venationibus interesse: additque eiusmodi verba, Mirum est vt animus à cogitatione motuque corporis excitetur. Iam vndique siluæ, & solitudo, ipsûmque illud silentiû quod venationi datur magna cogitationis incitamenta sunt, proinde quû venabere, licebit auctore me vt panariû & la gunculâ, sic etiam pugilares feras, experieris enim Dianâ non môtibus magis quam Mineruam inerrare. Proinde L. Silla postquam deposita dictatura priuatam vitam elegit, Cumas ad proprios agros profectus est, & venationi ac solitudini omni studio indulxit. Pelopidas Thebanus, vir animi, virtute, & corporis robore præcellens, primam militiæ suæ institutionem à venationis meditatione accepit: in qua quum acerrimè versaretur, dux aliorum venatorû habebatur, eiusque dicto omnes obsequebantur, sed quû eo tempore Lacedæmonij Phebida duce Thebarû arcè, quæ Cadmæa dicebatur, occupassèt, & amicis suis summam licentiam potestatemque dedissent, alterius factionis ciues partim cæsi, partim in exilium acti sūt, inter quos Pelopidas exul factus, Athenas se contulit: & quum venatione assidue exerceret, semper de patriæ libertate, & de exigendis tyrânis cogitabat. Quocirca occasionem nactus, duodecim tantum venatoribus (quibus consilium suum crediderat) comitatus, Athenas egreditur cum venaticis canibus, retibus, venabulis, vestituque a-

gressi, ut sæpenumero consueuerat. Et sic cuncti, vergente iam ad occasum sole, Thebas à nomine agniti ingrediuntur, inque æde Caronis, in quo tempus didicerant, diuertunt. Pelopidas, utque certior factus quid facto opus esset, nocte in tempesta domum egreditur, comitatus venatoribus suis, & paucis exilibus, & in ædes quasdam irruit, in quibus aduersariorum principes æstim epulati, vino somnôque indulgebant. Quibus omnibus interfectis, se ac socios suos ab exilio & patriam à tyrannide liberauit. Viriatus vero Lusitanus primus ille in Hispania magnus dux, qui canedi peritiam omnibus imperatoribus ac ducibus sui temporis prælatus est, qui Romanos quoque annos circiter decem vario Marte fatigauit, quum pastor esset, militarem disciplinam et sola venatione didicit, cui quidem diuturnam operam dedit: & à venatoribus dux factus, quum nulli generis aut maiorum commendatione clarus esset, vniuersum Hispaniæ exercitum magnam cum laude diutius duxit. Philopœmen etiam Achæorum dux præclarissimus, quotiens ab armis otium nactus esset, venationi operam dabat, ut qui opinaretur eam rei militaris comitem esse, & regum, imperatorum, ducumque palestram.

Perfarum reges, quorum maiestas augustior sanctiorque habebatur, venatione etiam gloriabantur: hoc cernimus ex inscriptione sepulchri Darij, quam eiusmodi fuisse Onesicritus scripsit, ut refert Strabo: Amicus amicis fui, eques & sagittator optimus venatores omnes superauit: & quæcunque volui, facere potui.

Viriatus Lusitanus ex pastore venator ex venatore imperator factus

Philopœmen

Pompeius quoque quum Numidiam victor peragraret, venationibus leonum & Elephantorum aliquot diebus operam dedit, ne à Romanis armis feræ ac belluæ immunes ac feriatae essent. Quanti venationem fecerint Romani quantumque eam ad bellicam disciplinam momenti habere arbitrati sint, vel ex hoc cerni potest, quod feræ post magnam aliquam partem victoriam populo spectaculum exhiberent innumerabili quadam impensa, in quo non modo nostrates feræ, sed & iæuæ immanesque belluæ lacerabantur, è transmarinis longinquisque prouinciis accersitæ, quarum non solum scæuitia terrori erat, verum etiam truculentus aspectus, & horrendæ species nunquam aliàs in nostris regionibus visæ.

Leonum simul pugnam Romano populo spectandam dedit primus omnium Q. Scæuola Publij Scæuolæ filius, quum ædilis curulis esset, quæ quidem res ei non minus quam paterna dignitas suffragata est ad populi gratiam promerendam. L. deinde Sylla, qui postea dictator tanta scæuitia in Romanos ciues grassatus est, quanta in nullo hominum vnquam fuit, quum præturam gereret, centum iubatos leones in spectaculo exhibuit.

Pompeius verò magnus, quum Theatrû, quod propria impensa construxerat, mutuatus exemplar à Mytylenensi spectaculo, consecrauit, venationem exhibuit, in qua leones circiter quingenti lacerati sunt, & elephantes nonnulli quam maximi, quod quidem spectaculum horrendum omnibus Italis visum est. Nunquam enim tantam euiscerationem ac carnificinam viderant. Præbuit

Ex Plin. c. 16 lib. 8. L. Silla.

etiam idem Pompeius in Ciro maximo leones trecentos quindecim, Caius autem Cæsar quadringentos.

Marcus Antonius post Pharsalicam cladem admirandum spectaculum dedit, nunquam ante id tempore Romę visum, leones enim iugo subactos ad currum iunxit ut heroicis temporibus in Barchi triumphis fieri solitum fabulantur.

Hanuo illustris Carthaginensis primus omnium mortalium ausus est leonem manu tractare, & mansuetum ostendere, quo quidem ex facto exilio damnatus est, quando nihil non persuasurus hominibus esse videretur vir ille tam artificis ingenii, qui feris etiam belluis imperare potuerit.

Leonum venatio principio difficillima fuit. Multi enim venatores in ea lacerabantur, sed pastor quidam Gerulus experientia docuit maximam illam leonis vim in oculis constare, quorum lumine hebefacto aut velato, ferocitas omnis decedit. Nam quum pro pecore pugnaret, essetque inermis, & omni præsidio atque auxilio destitutus, frendensque leo in eum prosiliret, fugam meditatus vestem qua amictus erat exiit, inque feræ caput obiecit, hæsit vestis illa iuba circumvoluta oculisque leonis obvelavit, tunc mirum in modum torpescente feræ sequitia, fugam pastor corripuit, & bellua non insequente evasit. Hæc fama persuasit non modò ad pastores, ac populos finitimos, verum ad arenarios quoque venatores, qui hoc exemplo moniti, experientia didicerunt leonem capite aperto facile vinci posse.

Sunt qui putent Lisymachum, qui leonem evulsa lingua strangulavit, ut diximus, prius in os eius sagulum obiecisse, & sic luminibus belluæ obvelatis victorem evasisse. Præclara multa gestit Lisymachus, sed nullo magis facinore gloriabatur, quàm hac in leonem victoria, unde ad se venientibus legatis à Demetrio, quasi iactabundus pugnam enarrauit quam olim iussu Alexandri regis cum leone ferocissimo commiserat, & cicatrices ostendit, quas ex unguibus feræ in brachiis cruribusque acceperat. Tunc ridentes legati dixerunt, Noster quoque rex sæpe Lamiaæ belluæ morsus in collo gestat, ignaviam Demetrii carpentes, qui Lamiam impudicam psaltriam adeò perditè amabat, ut de illius congressu minus gloriaretur, quàm si in singulari certamine Amazonum reginam peremisset, aut leonem strauisset.

Sed ad Romanam venationem redeo, in qua primo aut conducti ab exteris nationibus venatores certabant, aut fontes ad bestias damnati, ut fecit minor Aphricanus, qui incensa Carthagine, exemplo Pauli Amylij patris ludos publicos præbuit, & transfugas ac fugitivos omnes bestiis obiecit. Venabantur etiam serui complures libertatis spe proposita.

Domitius Aenobarbus ædilis curulis quum vrsos centum in Circum maximū populo spectandos induxisset, adiecit etiã totidē venatores æthiopes, non enim adhuc audebāt Romani ciues belluis congregari. Atqui non diu post non modò ex plebe, sed & ex patriciis, summæque nobilitate complures iuvenes decernere ausi sunt: quod

C. Cæsar.

Lisimachus
de quo sit
Scipio minor.

Ex pl. ca.
36. lib. 3.

etiam Iuuenalis restatur, quum de Acilij filio loqueretur his verbis.

Profuit ergo nihil misero, quod comminus vrfos Figebat Numidas Albana nudus arena.

Non facilis etiam habenda est Aprorum venatio, sæpe enim venatores decipiunt, inuaduntque, vel excusso venabulo hominem deiiciunt, & ex portiore dente feriunt. Sæpe etiam canes rorando lacerant, & præcipue non consuetos huic certantini, qui que adhuc ictum cauere nesciunt. Inter Herculis labores, qui præconio torpètarum celebrantur hic non infimus habetur, qui de Erymanti apro scribitur. Er hic heros, qui aëris gloria nominatur, qui que deus præsens habitus est, & diuinos apud omnes gentes honores meruit, fama interempti apri carere noluit.

Thescum Athenienses scriptores multis in rebus gestis æmulum sectatorumque Herculis faciunt, & inter præclara eius certamina, illud imprimis memoriæ prædiderunt, quod cum Cromionia porca, quam Phæram vocabant, gestum est. Erat enim fera illa pugnacissima, ac pene insuperabilis, & Comyonium agrum, qui tunc Megarensium erat, mox autem Corinthiorum fuit, omni ex parte vastabat. Theseus eam manibus suis cum ingenti omnium spectantium admiratione peremit. Ex hac truculentissima ferarum referunt Calydoniū aprum, de quo multa in fabulis Poëtarum scribuntur: qui demum a Meleagro OEnomai Calidoniæ regis filio interemptus extitit.

Ida Phrygiæ silua (quam Homerus ferarum matrem

matrem appellat) truculentos etiam habuit apros & illum imprimis, quo cecidit Adonis puer ille formosissimus, quem dilexit Venus: Cuius ex sanguine rosæ infectæ quum albæ antè essent, puniceæ (vt aiunt) factæ sunt. de hoc dixit poeta ille, Tectis qui niueum quondam percussit Adonem, Venantem Idalio vertice durus aper.

Thusciam ferocissimos habere apros putabant veteres, & præcipue in silua Ciminia, quæ erat eo tempore omnium italarum siluarum maxima, & inuia, adè vt bellum gerentibus Romanis contra Thuscens pro maximo quidem facinore habitum sit, quod M. Fabius consul C. Marij collega, vel alius quispiam (in ambiguo enim historia est) eam penetrare ausus fuerit, præsertim quum cauendam siluam illam esse Senatus consulibus per literas edixisset. Iter tamen primò tentauit Fabius inscis omnibus, vno tantum seruo comitatus. Quæ res quidem occasionem victoriæ populo Romano præbuit, Victi enim fuerunt Volscinenses, & Thuscorum omnium exercitus profligatus.

Pugnaturi apri vel contra aliquem sui generis, vt sæpe Veneris gratia certare solent, vel contra canes ac venatores, costas atque cutem attritu frictioneque arborum obdurant, & luti quasi incrustatione quadam adè se armant, vt neque dente, neque iaculo aut sagitta trāsfigi possint, & vix robusto, atque acutissimo venabulo adigi. Proinde incautum venatorem ictu nonnunquam fraudatum ruentemve dente excipiunt, figunt, lacerant & plerumque etiam perimunt, nisi alter venator

Q

*Cromyonia
fas.*

Aper Calydonim.

*T. liu. lib.
9. decad. 1.*

ei præsto adsit, qui feram irruentem feriat, vel saltem abigit. Idcirco bini semper venatores disponenti sunt, ut alter alteri opem ferat ubi opus fuerit, venator enim ubi in sylva solus fuerit, aut periclitatur, aut belluæ cedit, prædâque amittit.

India regionum omnium vastissima maximaque alit feras truculentissimas, & quasi pro miraculo quodam ab aliis gentibus habitas, in quibus quidem scribendis Græci scriptores fidem sibi ipsi abrogant. Eam dicunt feros suos magnitudine & specie admirandos habere. Nam cubitales dentes geminos singuli habent ori exportectos, quibus se ab omni vi atque impetu tucatur. Deinde in fronte duo cornua veluti vitulis exeunt, quibus ferocissime sæniunt, insupportabilesque redduntur. Sed de India taceamus, de qua nullum tam impudens mendacium dicitur, quod recte aliquo eruditissimo scriptore careat. Deimacho & Megastheni, qui gesta Alexandri in India memoriæ tradiderunt, minus credendum Geographorum principis Strabo asserit, ut qui ea affirmet, quæ rerum omnium miracula longe præuertant, & præcipue quum serpentes draconesque magnos adeo in India esse affirmant ut bonos & ceruos cum cornibus solidos integrosque deglutiant.

Ex Str. li. 3. Aprorum venationem maiorem multo in Italia fecit gancarum macellique ingluuies, diuersa enim *Et Plin. ca. 14. lib. 8.* fercula & magno precio condita ex hoc vno animali coqui, & farctores concinnabant. Quocirca Censorius Cato in orationibus quas pro emendandis moribus edidit, exprobrauit nimiam voraginem aprini calli, & exquisita gulæ irritamenta

gula, variisque saporibus. Quinetiam in annalibus ignominia notatus est P. Scæuius Rullus, pater eius Rulli qui in consulatu Ciceronis legem Agrariam promulgauit, quod primus omnium Romanorum aprum in cœna apposuit integrum, cuius exemplum paruo tempore multi secuti sunt. Quod quidem quum indigno animo ferret Iuuenalis, ait.

Quanta est gula quæ sibi totos

ponit apros animal propter conuiuia natum.

Et L. Titius in suasionem legis Fanniam obiecit populo Romano, quod porcum Troianum multo in conuiuio apponerent, quem quidem sic vocabatur, quod sicut ex equo Troiano multi principes subito profluuerunt, sic ex apposito apro diuersa animalia egrederentur, quasi grauidus multis animalibus fuerit, ut equus Troianus armatis militibus.

Ceruorum verò venatio longè facilior habenda est, sunt enim inermes, ac timidi, nullumque præsidium nisi in celeritate fugæ habent. Proinde ceruæ filios, ut primum proflite incipiunt, saltu ac cursu exercent, fugamque eos meditari edocent, & ex præruptis editisque rupibus saltum ipsæ præmonstrant. Mares cerui maximis cornibus prægrauantur, quibus nonnunquam ramis arborum deprehensi, à fuga prohibentur, & sic à canibus venatoribusque opprimuntur.

Singulis armis ceruos cornua veris tempore amittente Plinius opinatur, & noua reparare, sed interim quasi mutili & inermes locis abditis solitragis latet. Sunt tamen qui putent eos non singulis annis,

Q. ij

Plin. li. 8. ca. 51.

Ex Macro. ca. 13. lib. 3. fatur. ubi Titius legitur.

Plin. ca. 32. lib. 8.

sed quum nimium fuerint prægrauati, hoc modo cornua decutere. Serpentum cauernas perquirunt, ex quibus natium spiritu illos etiam inuitos extrahunt, eosque perimunt, & veneni vi cornua amittunt, ac mutato totius corporis pilo, senectam exuunt, iuuentamque induunt: & sic in mukam ætatem viuunt.

Sunt etiam cerui simplices admodum: vnde nunquam viso in venatore stupent, & omnia quasi pro miraculo admirantur. Et viatores prætereuntes minus sequuntur: & sæpe vi canum virgente ad hominem confugiunt. Mulcentur etiam cantu, sed magis pastorali fistula. Delectantur multum aspectu, & præcipue virginum, quibus iacentes se attractari permittunt. & hinnuli illas sequuntur blandioribus vocibus affecti. Fugiunt ceruillatratu canum audito, aura semper secunda ut vestigia cum ipsis abeant. Quum auriculas erigunt, acerrimo prestant auditu, quum verò remittunt, sunt obrusi, & quasi surdi. Vita eorum (ut dixi) longa est, excedunt enim centesimum annum. Captos dicunt Græci scriptores ceruos cum torquibus aureis, quos eis Alexâder magnus adiici iusserat, suis nominibus inscriptos longo tempore post illius regis obitum.

Seseli. Ceruas, Cicero ait libro secundo de Deorum natura, paulò ante parum perpurgare se herbula quidam quæ Seseli dicitur, aded ut videatur vinum quandam medicam intelligere. Plinius autem *lib. 8. c. 8* firmat ceruos præmonstrasse Dictamnum herbam extrahendis sagittis idoneam, cuius quidem pastinoxia illa spicula quamprimum è corpore decerent.

Locupletior verò testis Cicero dicit. Ca. *Dictamus.* pras in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ Dictamus dicitur *lib. 2. de nat. diu.* quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore. Virgilius quoque in verborum elegantia, & sermonis proprietate Ciceronis æmulus, hanc sententiam sequitur, inducit enim Venerem vulnerato Æneæ hanc herbam afferentem, vbi ait: *Diana.* Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida. Deinde subdit.

Non illa feris incognita captis
Gramina, cum tergo volucres hæfere sagittæ.
Quibus ex verbis facile est recognoscere verba & sententiam Ciceronis Maronem fuisse imitatum, ut plerisque etiam aliis in locis cernimus.

Sed ne extra calcem procurrat sermo, dicendum erit ceruorum venationem non omnino ignauam esse. Saltandi enim alacritate, & currendi pernicitate canes atque equos omnes longè præuertunt. *Verg. li. 11. Æneidos.* Et nisi æstu ac siti enecti in fluuium mersentur, nunquam eos canes assequuntur: at postquam se aqua affatim ingurgitant, nunquam euadunt, sed manifestæ prædæ exponuntur. Hercules itaque qui nullius laudis expers esse nunquam voluit, inter præclara sua facinora hoc etiam connumerari passus est, quod aripedam ceruam fixerit. Hic igitur heroum omnium fortissimus docere videtur hanc etiam ceruorum venationem, speciem aliquam virtutis in se habere.

Omitto insidias, retia, casses, plagas & alia multa id genus, quæ feris tenduntur per varios multiplicisque dolos, quibus quidem præda quæ capi-

*Ferina dolis
captis,
ignobilior.*

tur, vilior omnino atque ignobilior esse videtur. sicut enim in re bellica præstantior victoria est, ubi collatis signis & aperto Marte decernitur, quam ubi hostes dolis atque insidiis capiuntur, sic etiam in venatione gratior præda est quæ canum hominumque virtute cadit, quam quæ laqueo aut alia fraude strangulatur. Illud enim ingenue nobilitatis esse cernitur, hoc autem ignave rusticitatis, illud fortitudinis speciem præ se fert, hoc autem auaritiæ.

DE AVCVPIO, ACCIPITRVM

Natura, eorum generibus, & de aquillis.

TIT. VII.



In initium venationi est aucupium, quod cum accipitribus exercetur, hoc quidem temporibus nostris longè diligentius agitur, quam præcis illis seculis quibus aut profus ignotum fuit, aut paucis agnium. Non enim hanc egregiam exercitationem tacuissent Græci scriptores, qui in minimis etiam rebus diligentissimi vel potius curiosissimi semper extiterunt, inveniunturque eorum scripta, quibus docent quo sibilo, quæve fistula aues alliciuntur, quibusque decipiuntur dolis, & quibus rebus inveniuntur, quo etiam modo area concinnatur, qua semina sparguntur, quo gestu, plagaque ex tuguriis obducuntur. Nec silent multa quæ leuiora admodum esse videntur. Proinde putandum est accipitrum usum illis fuisse incognitum. Sic præcis

Aucupium

quoque Latinis, qui illorum vestigia penè in omnibus sunt secuti, præsertim quum genus hoc aucupij mirificam quandam voluptatem, gratiam, incunditatemque de se præbeat, & ingenti delectatione reges, principes, & ingenuos quosque viros perfundat. Habet quoque non dissimilem speciem à disciplina militari, disponit enim iuuenum comitatum, equitum quasi alas adiecit, indagatores cum sagacissimis canibus quasi milites leuis armaturæ præmittit, qui aues terrore excitent, & ad volatum compellant. Speculatores in montium verticibus statuit, qui volatum obseruent.

Ad sunt suo ordine qui elata sinistra manu accipitres ferant, aduersusque volantes alites artificii tactu eos dimittant. Alij surgentem è terra volatrem quamprimum rapiunt. Alij per apertum volantem inuadunt, alij in sublime sese efferentem, deinde singuli vocati, sibiloque allecti, ad notam proprii heri læuam redeunt.

Accipitrum tam feram aëreamque naturam quis non admiretur tam facile hominum vsibus mansuescere? Cibum humanis manibus accipere, dominum agnoscere, vocemque eius quamprimum è sublimi aëre auditam sequi, & vltro à summa illa libertate ad domini vincula redire, imperata facessere, & partam à se prædam, leuiterque liberam domino largiri. Hæc & similia multa hominibus ignaris ficta esse viderentur, & inter desides atque oscitantes reticenda, non autem inter solertes ac sobrios. Atqui & vera sunt hæc & multo maiora quam his pauculis verbis à me referri possint. Proinde hoc genus aucupij nequaquam pri-

*Accipitris
mirabilis
natura.*

Plin. cap. 8. lib. 10.
Aucupij. initium.
 fcis seculis notum fuisse arbitror, quum de eo nihil clare nec Græce nec Latine scriptum inueniret. Plinius tamen refert in Thraciæ parte super Amphitolim homines atque accipitres societate quadam aucupari, & illos ex harundinetis ac siluis aues excitare, accipitres autem superuolantes deprimere illas captas aues, deinde aucupes cum illis partiri. Quæ ex re suspicari possumus initium fortasse huius aucupij à Thracibus manasse, quod deinceps longo tempore auctum ad huc peruenit usum, cui iam nihil adici posse videatur. Et qui accipitres alunt atque instituunt, omnium ministrorū gratissimi sūt regibus ac principibus ætate nostra. Tempore tamen Martialis cernimus id genus aucupij iam aliqua ex parte in usum quorundam transiisse. Nam in distichis suis quum de accipitre loqueretur, ait:

Accipitrū primus vsus
 Decipit, & captas non sibi, mœret aues.
Diodo. li. 4. statim in principio Hi. roglyphi ca nota apud Aegyptios pro literis.
 Sed primus accipitrum vsus fuit, vt circumuolando per dolum aues in retia quæ tecta arboribus erant, propellerent, quæ quidem illi altius depressiue volantes vsu prædocti euadebāt, aues autem irretitæ ab aucupationibus capiebantur. Ægyptij & Ethiopes illi, qui (vt Diodorus Siculus scribit) pro literis imaginibus ac simulacris quibusdam utebantur, quum imperare volebant vt quippiam celeriter ageretur, Accipitrem pingebant, quippe qui opinarentur hanc alitem pernicitatem plurimarum volucrum alacritate sua præuerrere. Accipitrum genera sexdecim esse Plinius refert, sed de his solum pauca explicat, quæ

Augures Romani literis commendauerunt, vel in Hetrusca quæ disciplina lectitauerat. Notatq; imprimis au viltari accipitres noctuis repugnantibus contra alias alites, bellumque partiri, hoc quidem commercio quodam instinctuque naturali.

Sed accipitrum vsus ac natura, eorūque diuersitas longè magis temporibus nostris aucupibus nota est, quàm scriptoribus illis solum auguria captabant. Nostri enim eos è nidis quasi implumes abreptos nutriunt, tanto studio tantaque diligentia, vt res admiranda esse videatur. Eorum namque secreta rimantur, declinant omnia quæ illis obesse possunt, sequuntur autem quæ illis profunt. Cibos pro tempore tradunt experientia quadam naturali, quam longo vsu didicerūt. Præmoniti curant illorum aduersam valetudinem magna solertia, & exquisitissimis quibusdam remedijs. Nec minore cura eis indulgent, quàm proprijs liberis. Abdunt illos hyeme caueis vimineis, vel intimis penetralibus domus; vt ab hyberna omni iniuria prohibeantur. Quo quidem loci calidioribus cibis confoti, veterem plumam exuunt nouamque rursus induunt, & ex nouis alarum pennis alacriorem volatum instaurant. Quinetiã quum nonnunquam ex nidis pullos accipere nequeunt, ex libero caelo, quum iam adoleuerunt, captos, summa industria cicurant. Et quum cernant illorum ferocitatem magna ex parte ab oculorum acie manare, tenui acicula leniter palpebras cõsuunt, & aliquot diebus eos luminibus defraudant, donec mansuesiores reddantur, quibus deinde dissutis, galericulum capiti adigunt, quo

Plin. cap. 8. lib. 10.

Accipitrū educatio.

oculos contegant, & in solo deinde aucupio dum in excitatam auem dimittunt, eos reuelant, ut ex oculorum acie sumpta ferocitate in alitem scruant, eamque quamprimum visam assequantur. Atqui hoc mirum admodum videri potest, quod audina voce sibilòve nutritoris, reuolât, & aërea libertate relicta, ad galerum, vincula, seruitutemque redeunt. Benignioresque sunt in referenda gratia his, à quibus nutriuntur, quam nonnulli hominum, qui illis etiam à quibus bona quotidie accipiunt, insidiantur.

Nonnulla aucupiorum genera ipsæ rapaces alites, quæ vngues ad uncos habent, & incuruum rostrum, docuerunt, & præcipuè illæ quæ non cadaveribus, sed rapta præda vescuntur, cibum siquidem ex venatione vel aucupio assiduè captant, sed quum nimium senescunt, rostro, & vnguibus nimis crescentibus inutiles rapinæ fiunt, paròque tempore tabescunt, ac fame pereunt. Sunt qui putent Aquilas aucupij venationisque commercium cum suis nutritoribus contrahere, ut quæ captas à se prædas cum illis partiâtur, & præcipuè cum cernunt eos infirmos, aut imbecilliores esse. Exemplum mirabile cum virgine pulcherrima educatæ apud Seston urbem, quæ quidem permixta à puella libero cælo, gratias quotidie ei referebat, aues enim primo, deinde venatus sedulo aggerēbat. Atqui quum contigisset virginem mortuam efferri, gemebunda substituit aquila, postremo in accensum rogi se mittens cum puella simul conflagrauit, huius rei testimonium afferit Plinius, ne videatur res ficta, & sine auctore esse.

*Aquila ex
plum mira-
bile cum vir-
gine.*

*Plin. cap 5.
lib. 10.*

Est species quædam aquilæ quæ ab Homero *Anataria aquila.* *ἄνατος ἀετός*, à nostris autem Anataria dicitur, hæc aquaticas aves appetit. Proinde circa lacus & stagna versatur. Et quum circumuolat, vmbra suam è sublimi nanibus alitibus ostendit, illæ timore percitæ, se mergunt rursus, atque iterum, donec fessæ ea parte emergant, qua minime se videri putant, tunc eas ab aliis semotas cernens Aquila, ex alto se vibrans inuadit, ac rapit. Nam ubi complures sunt, eas infestare nequit. Plangentes enim alis, aquam plurimam respargunt, oculosque aquilæ hebefaciunt, ut nihil cernant. Et hac naturali disciplina aues illæ ceu ex instituto semper gregatim natant. Accidit etiam aliquando ut aquila raptae anatis pondus quum tolerare nequeat, cum ea mergatur, obruatque, & sic vna ambæ pereant.

Est etiam ferocior aquila, quæ haliaetus dicitur hæ. & piscatione & aucupio pascitur, sed dum aucupatur, alteram sui generis sociam accersit, & earum vna citima terræ circumuolat, rarisque tellurem raptat: altera autem per gyrum superiora petens, sublimem volantes alites intercipit. Hoc genus aquilæ oculorum acie reliquas omnes antecellit. Nam nec conniuentibus, nec lachrymantibus oculis contra solis radios intuetur. Huius rei rationem Claudianus non ignobilis Poëta aperit, quum de ea alite loqueretur, nam hos versus inseruit.

Consulit ardentem radios, & luce magistra
Natorum vires ingeniumque probat,
Degenerem refugo torfit qui lumine visum,
Vnguibus hunc sæuis ira paterna ferit,

Haliaetus.

Claudian.

Cum reliquis versibus, qui ad hanc sententiam sequuntur.

Aquilis pri- Est etiam celebrata apud complures fama, hanc
mus honor solam alitem à fulmine semper intactam inuio-
aiuum. tamque extirrisse: ideoque Iouis satellitem, & ful-
minis ministrum eandem esse poetæ fabulantur.
Aquilæ igitur primus aiuum honos, & maximæ
alitem omnium vires tribuuntur: adeò ut non
solum cum aliis omnibus alitibus, & paruis terre
animalibus, & cum capreis, leporibus, & damis
Aquilarū animalibus, & cum capreis, leporibus, & damis
cū quadru- verum etiam cum ceruis certet, quos primò qui-
pedibus di- dem posteriore vngue per aduersa dorsi feriens
micatio. in oculos inuolat, eosque tam diu alis verberat,
donec in rupes ceruos præcipitet, perimátque.
Milui. Multa venatores & aucupes à rapacibus alitibus
Ex pl. c. 10. didicerunt, quæ deinde in usum aucupij ac vena-
lib. 10. tionis redegerunt. Venatores quoque à lupis, ve-
sis, leonibus, pardis, peritiores fiunt, & ab aliis ani-
malibus quæ ex venatione aluntur.

Est etiam fama miluos artem gubernandi nau-
uigia docuisse, monstrante natura ipsa caudæ flexus
ad dirigendum per cælum volarum, molem-
que corporis leuandam. Quod deinde opus in
mare translatum, nauigia omnia dirigit ad opta-
tum cursum, & infestis contrariisque ventis in-
furgentibus, crebrescentibusque etiam vndarum
fluctibus, eadem gubernat, & in portum salutis
adigit. Sed de venatione, & aucupio hæcenus di-
xisse satis sit.

tione Agricultura.
Tit. VIII.



Hilosophus ille Socraticus Xenophon
qui venationis superiora præcepta no-
bis exorsus est, etiam quæ nunc sequen- *Agricultu.*
tur adiuuabit. Is quum præcepta rei fa- *ra.*
miliaris traderet agriculturam multis laudibus ef-
fert, eiusque exercitationem omnibus aliis præfert:
eamque non modò patrifamilias præbet, & cui-
cunque civili viro tanquam rem vtilem ac perne-
cessariam, ut quæ vniuersum genus humanum nu-
triat, eadem etiam regibus principibusque tradit.
Afferit enim nihil tam dignum regali exercitatio-
ne, quàm studium bene colendi agri, non tantum
ad usum necessariæ alimonie, fructuumque percipi-
endorum, sed & ad voluptatē iucunditatēque
humanæ vite, proinde, rustico labori geometricam
quandam industriam addit, quæ speciem ac delecta-
tionem potius adiuuet, quàm vtilitatem ac fru-
ctus augeat. *Cyrus.*
Cyrum quoque Persarum regem inducit quasi de se gloriatē apud Lylandrum *Lylander.*
Lacedæmonium virum illustrem atque acerrimum,
quod agrum scita dimensione, paribusque ordi-
nibus diligenter conseruisset. Et quum Lacon ille
arborum proceritatem admiraretur, tunc rex ait,
Istarum arborum multæ mea manu satæ sunt, ex-
clamasseque tunc Lylandrum Xenophon dicit,
dixisseque, Rectè quidem Cyre beatū te esse om-
nes opinantur. Amplissimæ enim fortunæ tuæ vir-
tutem etiam coniunctam habes.

Xenophon Hæc Musa Attica ad eundem Ciceroni placuit, ut multa ex eius libris in usum suum transtulerit, & eius æconomicum, seu de re familiari libram in Latinum eloquium conuertit: tamen si temporibus nostris nusquam appareat, & cum libris eius de re publica, de gloria, de consolatione, pluribusque aliis interit, qui omnes desideriam nobis perpetuum reliquerunt. Multi alij reges agris, pomariis hortisque delectati sunt, ut Adonis, ut Alcibiades, ut Corcyrae rex, quorum rustici labores perpetuo Musarum præconio celebrantur. Similitis regina, vel alius quispiam Assyriorum regum (incerta enim historia est propter scriptorū varietatem) agros intra urbis mœnia, & hortos pensiles iuxta domesticos parietes excogitant, tantā amœnitate, tantāque iuunditate, ut admirari scriptores rerum, eiusmodi opus inter mundi spectacula collocauerint. Veteres quidem Poëta nihil prius admirati fuerunt, quam Hesperidum hortos, in quibus recensendis complures fabulas connectunt.

Epicurus hortorum magister. Epicurus philosophus (ut quidam scribunt) hortos instituit, & hortorū magister honoris gratia cognominatus extitit. Vixebat enim Epicurus in horto Athenis cum amicis suis, quem moriens deinde testamento legauit Hermacho mitylenæ, qui eius ludo successit, & sic deinceps quibuscunque successoribus suis qui ab eius nomine philosopharentur. Tarquinius etiam superbus hortulo suo domestico plurimum delectatus est, ex quo filij nantis læuum, ac sanguinariū responsum dedit. Sed romani veteres longe prius agrorum

quàm horrorum curam habuerunt. Crescente deinde imperio, ac singulorum opibus confluentibus, in extruendis hortis innumerabiles pecunias ad infantiam usque impenderunt, quorum profusio exterorum regum opulentias superauit.

Non erit igitur alienum, agrorū hortorūque exercitationem regi quæ institutumus permittere, & præsertim quod vitam longiorem salubrioremque ex ea assequetur, hilarius iucundiūque viuet, & honesta semper voluptate fruetur. Proinde minus admiradū est veteres poëtas Venæris voluptatis dæ hortos dicatos cōsecratōsque esse voluisse, quod etiā Plautus comicorū facetissimus testatur.

Plautus.

DE LVSV PILÆ, ET DE DVRSIVS PILARVM NOMINIBVS: REGESQUE NONNULLOS STUDIOSE PILA LVSIVSSE.
Tit. IX.

Alias nonnullas principum exercitationes, quæ virtutis speciem aliquam præseferunt, non omnino repudiandas esse censeo, & præcipuè in viridi iuuentate, in qua ocium summopere formidandum est. Princeps enim ociosus aut moleste degit, aut minus digna meditat. Reges itaque principesque nonnullos legimus studiose admodum pilaluisse, & Mecœnatem imprimis, qui antiquo Hetruscorum regum genere oriundus, omnes regias virtutes habuit. Nam non modò rei bellicæ gloria claruit, & sapientia conciliōque excelluit, verum in studiis quoque omnium bo-

Mecœnas.

narum disciplinarum emicuit, & ingenia temporum suorum adeo fouit, ut Musarum pater iure optimo appellari posset.

*Virgilius.
Homerus.*

Et certe nisi Virgilium inopem, & patria eius benigno hospitio accepisset, & opulentis donis ac muneribus affecisset, caruissimus omnino Mantuanis carminibus, quæ Musam Latinam æmulam Smyrnæis pleetris reddiderunt, ut Silius Poeta recitat. Ea sanè iactura linguæ nostræ quàm maxima exitisset. Summus enim hoc vno cum Græcis in dubio certamine, & si Homero, tanquam parenti, ætatis gratia aliqua ex parte cedimus, longe tamen alios omnes noster Maro antecellit. Sed ad Meccenatem redeo, quem dico aptè admodum ac strenuè pila lusisse, testemque citabo Lyricorum nostrorum summum Flaccum Horatium, qui & ipse ab eodem opibus & dignitate honestatus est: & ut ei gratiam referret, plerisque Librorum suorum ad eum scripsit, dicit enim, quorum Aricæ diuertissent.

*Sermo lib. 1
Saty. 5.*

Lulam it Meccenas, dormitum ego, Virgiliusque. Nanque pila luppis inimicum, & ludere ciudis.

Optime etiam pila lusit Publius Scæuola vir grauissimus, & iureconsultorum omnium discretissimus. Is cum à forensi labore fessus esset, pilæ se aliquantulum instaurabat, ut refert Cicero. Lusit etiam pila studiose admodum ex philosophis Lycon Troadensis, ad quam quidem fessus studiis sapientiæ confugiebat, tanquam ad placidam auram post difficilem æstum, atque calorem ut gratior deinde esset ad studia reditus.

Diony. Syr.

Dionysius quoque Syracusanus pila summopere dele-

re delectatus est, sed homo ad sequitiam natus etiã inter ludendum pulsionem quem vnice adama-
bat, interemit, Cuius facti adeo cum pœnituit, ut vix à seipso manus abstinerit.

Sed quid immanissimum tyrannum memoro, quum regem virtute & rerum gestarum gloria omnium maximum testem inducere possim? Lusit Alexander pila, & sæpenumero quidem, quum militia, & rebus seriis ei ocij aliquid dabatur. Et cum natura munificentissimus esset, & actio imperio liberalitatem benignitatemque accumulasset, adiecissetque iucunditatem quandam & alacritatem in donando, qua sola omnibus gratificari videbatur, inter ludendum quidem collutores omnes aliquid petentes muneribus afficiebat.

*Alex. pila
lusor.*

Quocirca Serapion adolescens modestus ac factus, qui eam ei ebò ludere solebat, cum nihil potens, nihil etiam vnquam dono ferret, hoc animaduertens, pilam ad alios omnes præterquam ad regem mittebat: ac tum dicente Alexandro, Quid ad alios pilam mittis, ad me autem nequaquam? Serapion, Non petis, inquit: hoc audiens rex, leniter arrisit, & confestim munera quàm maxima ei afferri iussit, quibus ille lætior factus, pilam alacrius mittebat. Tu Alexander, planè ut video (inquit) munera gratiora sunt non petendi, quàm efflagitadi.

*Cæsar.
L. Cæcilium.*

Lusit pila aliquando etiam Cæsar & singulis collutoribus suis centena sestertia numerari iussit, vni L. Cæcilio quinquagena tantum: hic facete, num vna manu ludo? Tum ridens Cæsar, numerum æquari imperauit. Pilæ ludus apud veteres compluribus claris viris gratissimus fuit, adeo ut

Dorcatus. non puduerit Dorcatium Romanum poetam non vulgarem de pilæ ludo prodere, & diuerso carmine heroico præcepta tradere: Cuius auctoritatem nonnulli sequentes, relicta græca origine putauerint pilam à pilis, quibus densata esset dici. Ait enim Dorcatus.

Pilaris species plures. Neu tu parce pilis viuacis condere ferui, Vncia donec erit geminæ superaddita libræ.

Plures enim pilarum species erant, quarum aliarum pugno, aliarum ex passa manu pulsabantur, aliarum vero calce feriebantur, vel missæ in lusorem ex aduerso repulsabantur. Earum nomina ex diuersis lusionibus manauerunt. Nam trigolanis pila dicitur à fortunæ specie. Paganica à pagis, in quibus vsui erat, sicut rusticana à rure. Conflatilis autem, quod flatu, quod leuior esset, impleretur. Hæc Martialis follem appellat, siue per similitudinem (turgit enim ut follis) siue quod presso folle inflaretur: unde illud Persij Saryici illius obscurioris, Folle premis ventos.

Pila nihil indecori in gestu præbet, sed speciem quandam potius ingenuam præ se ferre videtur. Nihil fictum, nihil simulatum in se habet, ut pleæræque aliarum lusiones, quæ quidem mendaces sunt, collutores fallere nituntur, & omnia simulando dissimulandoque agunt. Præstat etiam quandam corporis agilitatem, dexteritatemque, & saltando ac currendo hominem exercet.

Ludendum quandoque Idcirco dicendum erit pilæ ludum iuuenibus permittendum esse, Tales enim lusiones non indecoræ sunt, dum fiunt relaxandi animi gratia, ut ad studia & res serias alacrior iucundiorque deinde

fit reditus. Aristoteles laudat Anacharsis Scythæ sententiam, qui dicere solebat non turpe esse aliquando modestis lusionibus oblectari, ut alacrior ad philosophiam fieret reditus. Et idcirco liberi hominis Cicero esse ait aliquando nihil agere. Atque Scipio dicebat se repuerascere quum relicta republica apud Caietam cõchulas legeret & vmbilicos vnâ cum Lælio amico suo.

Nequaquam fieri potest, ut semper in animi, corporisve laboribus simus, est siquidem aliquando cessandum, ut exinde industria gravior nobis fiat, non erit igitur finis cessatio, quæ modici temporis est, sed veluti instauratio quædam ad laborem. Vitandæ tamen sunt nequitia, & lubrica illa quæ odia hominum incurrunt, qualibus delabatur Ottho in adolescentia sua. Non enim per urbem vagabatur comitatus improbis ac procacibus iuuenibus, & obuios quosque verberibus cedebant, inuidiosos autem temulentosve captos, sagoque impositos in sublimè iactabant.

Principes rerum publicarum ludos populis præbere consueverunt, non modò ut victorias suas & famam rerum gestarum diutius celebrarent, verum ut ludis peractis homines ad laborem & industriam hilariores redirent, ut fecerunt Romani post exactos reges, qui ludos plebeios pro libertate instituerunt, ut plebem ad munia militaria promptiorem redderent, & ut eam ad futura quoque bella pro tuenda libertate amarent.

R ij

*Sententia Anacharsis**Ottho.*

LIE. TERTII
ALEAM ET ALEATORES

regibus odio esse debere.

Titul. x.

ALEAM ludere non modo pernitiosum verum etiam detestabile omnino est. Quinetiam senatus consulto (ut Paulus iure consultus refert) vitiosum est in pecuniam ludere, præterquam si quis cetera hasta, vel pilo iaciendo, vel curi endo, saltando, iugitando, vel pugnando, quod virtutis causa fit, quibus ex rebus etiam sponsionem facere licet, sed ex aliis, vbi ex virtute certamen non fit, non licet. Si verò seruus vel filius familias victus fuerit patri vel domino competit repetitio in eo quod in alea lusum est. Eiusmodi leges Romanorum in aleatores, docent quàm detestanda sit alea, quantumque odio insectandi sint aleatores. Omnes in pecunia lusiones, ab ignava avaritia, segnique otio proficiscuntur, rem familiarem prodigunt ac profundunt, in iram insaniamque impellunt: ab omni virtutis studio, omni que liberali industria reuocant: consilia perturbant: mentis cogitationes hebefaciunt, vim, dolum, iniuriam, rapinam insinuant, latrocinia, furta, sacrilegia, homicidiaque persuadent. Et nonnumquam hominem in tantam desperationem inducunt, vt non modo alium necem intendat, verum etiam sibi violentiam manus afferat. Quid quod aleator omnis semper enixus, semper querulus, iracundus, morosus, difficilis, mortuusque degit? Victus pro damno mæret, que se pacto redimat meditatur, vltionemque affectat

Aleator.

TITVL. DECIMVS 131

Victor verò insanit, exultat, maiorique lucro inhiat, seipsum torquet: alios autem omnes odio habet. Auer semper diuitias atque opes, non vt illis perfruatur (nam in summa opulencia esurie semper ac sitit, & geniam suam, domesticosque penates defraudat) sed vt illas cum collusoribus effundat, & aleæ insatiabilem voragine expleat. Aleator nemini quicquam credit, nemòque ei se aut sua permittere vnquam cupit.

Lex fuit apud Ægyptios ad hanc sententiam, aleator omnibus accusare volentibus obnoxius esset, qua quidem lege declaratur quàm suspecti sint omnibus mortalibus aleatores quàm que proni ad singula que que flagitia ac scelera. Ex malo enim ludendi vsu quæstioni per legem subiguntur, eorumque delatores innoxij à talione sunt, & odium omnium hominum incurrunt.

Non igitur in pecunia ludet princeps hic cui precepta damus, nec suos ludere sinet, si bene audire cupit, & familiares rixas prohibere. Inter *Nero.* probra, scelera, & immanitates Neronis, hoc etiam *Octavius.* notatur, quòd quadringenis sestertiis punctum bissemm aliam luserit. Octavius verò Augustus omnium Cesarum fortunatissimus habitus est: & postquam potit⁹ est regno, ciuiles virtutes modeste satis seruauit. Is tamen notatus est, quòd nimis aleæ indulgeret. Quem quidem rumorem nunquam eum expiasse Suetonius refert. Nam non modo iuuenis lusit, & infamiae nota non caruit: vnde in bello Siciliensi vulgato epigrammate incessabatur, postquam bis classe victus naues perdidit, Aliquando vt vincat, ludit assidue aleam,

R. iij

Sed etiam senex, & palam quidem, & non solum decembri mense (quo licentius multorum exemplo ludere potuisset) sed festis quoque & profectis diebus. Qua etiam de re quasi gloriabundus iteras ad filiam dedit, in quibus eam certiozem faciebat, se plurimam pecuniam vicisse. Atqui lenioribus etiam nequitis delectabatur Octavius, ledebat enim nucibus cum paruis pueris, quos facie & vernacula garrulitate amabiles conquirebatur quibus in balneo lauaretur, per niam dicebat se cum suis pisciculis natate.

Octavius lenitas.

REGES IUDICIUM DE SE

quandoque foris exquirant.

Titulus. XI.

HOC loco monendi sunt principes, ut minima etiam quæque probra caueant, semperque secum cogitent singulas, qualisque actiones suas ante ora oculisque omnium civium obuersari, qui benefacta negligunt cõtemptusque habent: at ea quæ vel minimam probri suspicionem præ se ferre videntur, lynceis oculis contuentur, perpetudque meminerunt, aliisque commemorant, rumores quoque semper augent, famamque instaurant, quod errata maiora esse credantur. Plerumque homines qui clandestinis susurris mussitant aut libetius in principes oblatrant, multitudinis amatores esse perhibentur, & libertatis virtutisque studiosi: qui verò principum facta efferunt, admiranturve, aut adulatorum habentur, aut spe, pollicitationibus, donis

ve corrupti. Hinc vetus proverbiū increbuit, regiam esse bene agere & male audire. Vnde ealauis optimis principibus gratissima esse debet, cui vituperationi interdum locus pateat, vbi res aliquæ perperam agantur. Hac mente ductus Agesilaus Lacedæmoniorum rex assidue in propatulo & hominum oculis versabatur, putans suspectam vitam esse, & maledictis probrisque obnoxiam, eaque in tenebris ageretur. Turpitudine enim lucem ac testem fugit, honestas autem lumen atque arbitros amat. M. Antoninus Cæsar, qui etiam à studiis sapientiæ laudem meruit, semper de se vera audire affectauit. Proinde ex suis nonnullos passim per urbem mittebat, qui vulgi rumores colligerent: & ex illorum relatis plerumque actiones suas mutabat in melius.

Prouer. ex Plutar. in alexandri ad si.

Appelles quoque pictor diligentissimus, operum suorum iudicem vulgum meliorem aliquando quam se ipsum esse putabat. Perfecta enim opera sua pro foribus in pergula quadam, quam illic in propatulo habebat, exponebat, latebaturque clanculum, ut vitia quæ notarentur, emendaret. Sutor quidam quum transiret, deprehendit in crepidis vna intus pauciores fecisse ansas, Tum pictor id auertens, verum esse cognouit, & clam noctu erratum emendauit. Postridie eius dici idem sutor pristina emendatione elatus, circa picturam curris cauillari occipit. Tunc Appelles leuiter indignatus, sutorē monuit ne ultra crepidas iudicaret. His exemplis monemur, ut de nobis ipsis iudicium nonnunquam foris exquiramus. Nixia enim in nos ipsos indulgentia plerumque fallimur.

R. iij

Idemque efficimus, quod oculi humani facere solent, qui quum omnia circumspeciant, acuteque intueantur, se tamen ipsos non vident, seque penitus ignorant.

DE CALCVLORVM SIVE LATRONVM LVDO.

Tit. XII.

*Latrunculo-
rum ludus.*



Alculorum ludo, latronum sine latruncolorum, nonnulli principum etiam indulgent, ut qui illum putent similitudinem quandam vere pugnae, vel quasi bellicas insidias praese ferre. Duas enim in partes discretus est, ex altera milites nostri, ex altera autem hostes decernere videntur. Cuius meminit Ouidius quum ait.

Diomedes.

Sive latrocinij sub imagine calculus ibit,
Fac pareat vitreo miles ab hoste tuus.

Fiebant enim eo tempore ex vitro, hunc ludum sunt qui putent a Diomede inuentum ad caedum Troianae obsidionis euitandum: idcirco militibus obsidionariis ab imperatoribus concessum fuisse arbitrantur.

Mutium Scaeuolam hoc genere lusionis delectatum fuisse legimus, quum a ciuili sapientia ei otium aderat. Hunc gemmarum ludum, vel gemmam appellari a nonnullis Latinis constat in adulationem Cn. Pompeij, ut quidam opinantur, qui in tertio triumpho quem de Piratis, Asia, Ponto, gentibus, regibusque egit, aueum transtulit cum calculis tessellisque ex duabus gemmis, latum tres

pedes, longum pedes quatuor. Gemmei quoque erant calculi, diuerso inter se colore discreti, Hos secutus Martialis ait:

Insidiosorum si ludis bella latronum.

Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.

Rex vero quem scribimus omni virtute precellentem, otio non abundat, desidiosam cessationem non querit: idcirco ab eiusmodi lusionibus, quae tempus in cassum terunt omnino abstinere debet, ne rebus seriis oportunitatem interuertat. Est enim oportunitas occasio gerendorum, & optimum temporis spatium, quam *ωρακαια* Graeci appellant.

Ludus gemmarum.

CONSVETVDO VITAE CVM

doctis viris, optima omnium exercitationum habenda est.

Tit. XIII.



Incendum igitur erit nullam in otio honestiorem exercitationem esse posse, ea quae crebris sermonibus quotidie cum optimis atque eruditis viris agitur. Est enim (ut Theognis poeta dixit Aristoteles meminit) quaedam virtutis exercitatio, cum bonis viris conuersari. Et quidem in hoc princeps privatos omnes ante cellit. Privati enim ex aequalibus suis quos possunt eligunt, cum quibus versentur, & praecipue cum illis congregantur, quorum studia suis similia esse cernunt, quorumque animi mutua inter se consuetudine oblectantur. Princeps autem omnes penè obsequio intentos habet, & stu-

similia.

diolos admodum sui: nec quispiam est qui non vltro se ingerat, cupiatque ei obtemperare, si eius opera vi velit: proinde optionem habet latissimam, & optimos ac probatissimos quosque eligere potest, quibus cum assidue versetur. Negligentior itaque videretur, culpæque obnoxius, si adulator, scurras, aut improbos, viris vrbis ac probis viris anteferet. Verum si eius regio non abundat doctis ac præclaris hominibus, aliunde accersiri iubeat. Vt enim diligens venator si in patria sua optimam canem non inuenit, Epiroticam, aut Laconicam magna impensa magnaque diligentia exquirat, sic rex si regionis suæ idoneos indigenas non habebit, toto orbe terrarum perquisitos omni studio omnique largitione ac liberalitate conduceret.

Isocrates regi suo prohibet, ne cum omnibus familiariter cõuerteretur. Nimia enim familiaritas contemptum patit, raritas autem admirationem conciliat, ut est in veteri sententia. Sed eos eligit, quos per virtutem amicitia ac consuetudine sua dignos esse putauerit. Nec illis vratur, quorum congressu delectetur propter sermonis festiuitatem, facileque mores, sed illis quorum opera atque consilio res magnas optime gerere possit. Et hoc imprimis sibi persuadeat, se tali ingenio tali que natura ab omnibus iudicari, quali præditi fuerint illi, quos assidue consuetudine & amicitia coniunctos habebit. Nulla certè harmonia gratior, nulla consuetudo iucundior; nulla exercitatio vtilior ea, quæ quotidianis sermonibus cum prudentissimis atque doctissimis viris habetur, à quibus nunquam quicquam discedit quin doctior euadat, ut Comicus ille

*Fructus ex
doctis vi-
rorum con-
suetudine.*

ait. Hi de rebus diuinis pie sancteque differunt: superstitiones & aniles formidines ex animo euellent, verum dei cultum veramque religionem suadebunt, naturæ arcana, rerumque edocebunt, cuius sapientia imbuent, nihil incognitum aut obscurum esse permittent, eloquentia consilioque adiuuabunt, efficiuntque ut neminem decipiat, & à nemine decipiatur. Scita est enim Agestilai regis sententia, qui ait regis dignitati non astutiam, sed bonitatis excellentiam conuenire.

DE PEREGRINATIONIS

*vtilitate, de Geographia, cosmographia,
& pictura mundi, ac regionum
in quibus bellum geritur.*

Tit. XIII.

Vtilem admodum exercitationem regibus ac principibus longinquam peregrinationem esse, plerique doctissimo-
vlysses.
rum virorum arbitrantur: ex qua multa audiunt, multa discunt, multaque oculis cernunt, quæ nulla disciplina, nulloque doctore vnquam perdiscere possent. Testis ad stipulato-
I. Odys.
que huius sententiæ imprimis Homerus inducitur, qui Vlysses, quem Græcorum sapientissimum facit, à diuturna longinquaque peregrinatione præcipue laudat, librumque suum talibus orditur.

ἄνδρα μοι ἔννεπε μῦθοι πολύτροπον, &c.
quod ita reddit Horatius in arte poetica.

Dic mihi multū vitium, captæ post tempora Troiæ
 Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.
 quasi præferat Vlyssis errores, ac peregrinationem
 omnibus rebus quas didicerat in decennali bell,
 Troiano, in qua tot reges ac principes militauerūt
 cum tanta diuersarum rerum varietate, tantæque
 mutatione fortunæ. Nec solum Vlyssē vagum,
 ac peregrinum inducit Homerus, verūm maxi-
 mos quosque imperatores ac ducēs. Nestor siqui-
 dem gloriatur, quod cum Lapithis versatus fuerit.
 Menelaus autem iactabundus exultat, quod Cy-
 prum, Phœniciā, Ægyptūque aduenerit, The-
 bas quoque viderit, quas centum clauderēt porta
 & singula quæque ducentos haberet custodes e-
 quis instructos: & quod Æthiopiam etiam lustra-
 uerit, Sidoniam, ac Libyā. Medea quoque quum
 arcem Corinthi conscendisset, nitebatur matro-
 nis illis quæ arci ac templo præerant, persuadere
 ne quippiam mali suspicarentur, vitio ve sibi da-
 rent, quod longe à patria tandiu abesset, quando
 multi rem suam benè & honeste procul à patria
 gesserint, multi autem male ac turpiter intra do-
 mesticos parietes vicitauerint, improbatique ab
 omnibus fuerint. Sed illarum matronarum taci-
 turnitas ostendit fœminarū peregrinationem sem-
 per suspectā esse, & turpitudinis impudiciæque
 indicium præ se ferre. Vnde Tragici & Comici
 poëtæ peregrinam adueniēque mulierem fre-
 quenter pro impudica ac turpi v surpare solent.
 Noster autem Maro Mantuanus, qui Homericas
 Rhapsodias in omnibus æmulatur, quot regiones,
 quot littora, quot portus, quot insulas euasisse

ac superasse Æneam suum facit, antequam fu-
 gientem (vt ait) Italiamprehendere posset, vt in-
 cunabula Romani imperij ex profuga peregrina-
 tione sua statueret.

Sed nunc ad historicorum exempla descenda-
 mus. Sesoosis omnium Ægyptiorum regum ex-
 cellentissimus, Araxiam, Libyam, Æthiopiam,
 & vniuersam Indiam ad Oceanum vsque pera-
 grauit, & Scythiam pone Tanaim fluium, qui
 Europam ab Asia determinat, quibus in locis, &
 Colonias deduxit, atque Obeliscos erexit, vt mo-
 numenta militiæ ac peregrinationis suæ perpe-
 tuū figeret.

Refert etiam Laërtius Archelaum cosmogra-
 phum scripsisse Alexandrum Macedonem maxi-
 mam terrarum orbis partem peragrassē, vt ea om-
 nia edisceret, quæ ad optimam regis disciplinam
 pertinerent, proinde Alexandrum sæpe gloriari
 solitum fuisse aiunt, se plura oculis lustrasse quàm
 alij reges vnquam animo & cogitatione attingere
 valuissent.

Ptolemæus priscus Ægypti rex diutius peregrin-
 natus fuisse dicitur, & ignotas quasdam regiones
 post eum peregrinantibus patefecisse. Primus
 enim omnium (vt Diod. tradit Æthiopiā ingres-
 sus est, ante eum siquidem nemo Græcorum in
 Æthiopiam trāsmiserat, neque Ægypti mōtes tran-
 scenderat. Ad eum enim inuij ac difficiles esse puta-
 bantur, vt nemo iter per eos tentare auderet.

Cambyfes quoque Persarum rex multa ex diu-
 urna peregrinatione perdidicit, quæ deinde Cy-
 rum filium edocuit, vt præclare refert Xenophon

*Diogenes
 Laërtius li.
 2. in Ar-
 chelai vita.*

*Diodorus.
 Siculus li. 4.*

In libris suis de puerili Cyri disciplina. Sed Cambyses quū in Meroem vsq; peragrasset, perspecta insulæ vtilitate (æris enim, ferri, argenti, aurique fodinas habebat) magnam urbem in ea ædificauit in formam Persici clypei, vt peregrinationis suæ diuturnam memoriam statueret: & in insulæ atque vrbis nomen Meroë dedit, à nomine fororis suæ illic mortuæ, cui templum statuit, & aram consecrauit.

Romani etiam omnium mortalium excellentissimi, habitabiles omnes orbis regiones quasi proprium domicilium propriamve urbem peragrabant, & quicquid vsquam gentium terrarūve cognitu dignum inueniebant, quamprimum literis commendabant, vel in patriam transferebant, si res eiusmodi esset, quæ è loco transferri posset, adeo vt non modo omnium gentium detracta armis spolia reportarent, verum etiam disciplinas, mores, leges, instituta, artesque omnes acciperent, & in proprios lares deuectas paruo temporis curriculo longe meliores præstantioresque redderēt, vt fecit M. Marcellus imperator ille fortissimus, pugnacissimūque, qui ex Syracusana præda imagines, simulacra, ac signa quæque præstantissima Romam aduexit, non solum ad triumphi pompam, sed ad vrbis quoque ornamentum: vix enim in Italia nota erat graphidis ars, & iucunda atque admirabilis illa sculpturæ ratio in qua deinceps plures artifices Romæ claruerunt. Simulacra enim in delubris dicata ad deuictā vsque Asiam (à qua omnis luxuria in urbem irrepit) lignea aut fictilia fuerant: sed aduecta postea vndique breui

TIT. DECIM. QUARTVS. 136
tempore adeo creuerunt, vt in Marci Scauri ædilitate tria signorum milia producta fuisse scribantur. Repleuit urbem signis L. Mummius deuicta Achaia Luculi etiā multa inuexere. Fabius quoque Maximus capto per vim Tarento, æneam herculis imaginem Lyssippi opus sustulit, & in Capitolio consecrauit. Sic etiam complures alij imperatores Romani effecerunt, qui signa omnia præclara Romam pertulerunt, vt urbem non gentium imperio, sed optimis etiam quibusque artibus decorarent. Nec is sum, qui mihi persuadere, possim, aliquem hominē perfectē sapere, qui parua aliqua ora, vel breuiore terræ angulo, vel vnis mœnibus delitescens, reliquas mundi partes ignoret, nullos mortales præter indigenas suos norit, non externos aut cōsuetudines varias viderit, sed contentus sit his rebus, quæ exiguo spatio natalis soli, parūque laris angustis cernuntur: præsertim quum animus noster nunquam conquiescat, sed diuisa humanaque omnia semper meditetur, pauloque cogitationis alatur, nec diutius in eadem meditatione ac contemplatione persistat, sed noua continue inquirens, vix notis veteribusque inuentis contentus esse possit: cui natura ipsa nocturnæ quietis tempore varias species, diuersaque simulacra subijciat, vt immortalis ipse atque diuinus, mortale terrenūque corpus dormire ac requiescere aliquandiu sinat, donec naturali quiete foueatur absitque à rebus agēdis. Nec Claudiano poëtæ assentior, qui beatum illum esse statuit, qui nunquā à patrio solo pedem extulerit, sed in natiuo sigello cōsenerit. Atqui beatitudo puerorum

L. Mummius.

Cicero.

hæc mihi esse videtur, qui (vt ait Cicero) felicitatem ponunt in nihil agendo. Claudiani versus eiusmodi sunt.

Felix qui patris æuum transegit in agris,

Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem.

Qui baculo nitens in qua reptauit arena,

Vnius numerat secula longa casæ.

Hanc etiam opinionem protulerat ante eam Lyricus noster peregregius quum inquit:

Beatus ille qui procul negociis

Vt prisca gens mortalium

Paterna rura bobus exercet suis,

Solatus omni faenore,

Sed his ommissis ad peregrinationem redeo. Osiris rex, quem Ægyptij quasi deum venerantur, terrarum orbem magna ex parte lustrauit: quæ ex re aded gloriabatur, vt in columna sepulcri sui inscribi iusserit, Osiris rex sum, Saturni antiquior filius, qui nullum orbis locum reliqui ad quæ non penetrauerim, docens ea omnia quæ pro humani generis utilitate inueni vt Diodorus Siculus scribit.

Democritus verò Abderites, quem Timon philosophus omnibus aliis sapientibus prætulit, magnam patrimonium in diuturnæ peregrinationis viatico impendit, vltra quidem octoginta iuges annos peregrinatus est, vt ipsemet in quadam epistola sua meminit. At enim, Præter omnes hominæ artatis meæ mundi regiones atque vrbes vidi, Neque hoc admirationi cuiquam esse debet, vixit siquidem Democritus annos centum & octo, vt scripsit Hipparchus. Vbiunque enim gentium terrarumque

Diodor. Siculus lib. 1.

terrarumve aliquid se discere posse arbitrabatur, illuc quamprimum proficiscebatur, ne quid relinqueret, quod vsquam ab homine disci posset. Perrexit siquidem Babylonem, & deinde in Ægyptum, vt à sacerdotibus illis geometriam perciperet, & si qua etiam alia eum latebant. Magos in Perside deinde Chaldæos adiuit, à quibus (vt Herodorus refert) Theologiam, & Astronomiam perdidicit. Habuerunt enim Chaldæi varias Astrologorū sectas, & secundum diuersas opiniones sortitæ sunt nomina à præceptoribus, vt Orcheni, Borispeni: Celebriores omnium habiti sunt Cidem, Naburianus, Sudinus, & Seleucus, qui Chaldæus fuit, ex Seleucia eorum vrbe: hic per suam doctrinam notus fuit Græcis Latinisque mathematicis omnibus sui temporis. Traiecit etiam Democritus in Indiam, vt à Gymnosophistis propriam eorum disciplinam perdisceret, mox in Æthopiã, & vltra Rubrum mare transmisit, vt doctis quibusdam viuis congregaretur. Sed quid ego Democritum memoro? quasi hic solus peregrinatus sit, quum doctissimos quosque inueniam longinquas regiones dicendi gratia adiuisse. Nec id abs re esse arbitror, profitentur enim sapientiæ studiū, quæ philosophia dicitur diuinarum humanarumque rerum peritiam, proinde res humanæ perdiscendæ sunt ab eo, qui eruditus esse, & haberi cupit. Hæ quidem non in angusto quodam diuersorio inueniri possunt, sed ex diuersis locis variisque hominibus indagari debent. Fieri enim potest, vt quispiam in suis penetralibus nonnulla quidem sciat: sed multa illa ac penè innumerabilia à compluribus

ac diuersis percipienda sunt.

Quæret igitur inprimis, & diligenter scrutabitur diuersorum hominum mores, varia ingenia, variâsque naturas. Principum actiones solertissime indagabit, vrbanas quoque ac ciuiles disciplinas secundum varias gentes intelliget. Perquiret omnia quæ ad cælestium humanarumque rerû notitiam spectant. Non ignorabit res maritimas, quæ quidem vsu hominum pernecessariæ admodum sunt. Scite profecto veteri prouerbio dicitur, Tuta est nauigatio illa, quæ ex aliorû casibus discitur. Animalium, arborum, plantarumque naturam non spernet. Quarum rerum peritiam tanti fecit Alexander, vt Aristoreli philosopho pereximio hanc solertiam demandauerit, vt perquisitis animalium feminumque naturis, de eis quàm diligentissime scriberet, iussitque vt quæcunque huic inquisitioni vsui essent, ei ab omnibus suppeditarentur. Peregit opus Aristoteles quinquaginta voluminibus, quorum nonnulla nostra etiam ætate leguntur, cum magna doctissimorum hominum admiratione. Hæc omnia & infinita alia, quæ ad rerum prudentiam pertinent, non in paruo, angustoque loco diuersimodè reperiuntur, sed per vniuersum terrarum orbem sagaci diligentia perquisita inueniuntur.

Hic labor eorû cernitur, qui Cosmographi Geographiue appellantur, quorum diligentia nos non parua ex parte à peregrinandi labore atque impendio liberauit. Horum primus auctor Homerus extitit, vt Hipparchus scripsit, qui poemam suam omnium doctrinarum genere referat, & regiones om-

nes ad quas eo tempore penetrari poterat, magno studio magnâque ingenij acumine lustrauit, & singulas quatuorque vrbes tanquam aliquo insigni flore veribus suis ornauit, & quasi variis coloribus pinxit. Nec omnino expertus peregrinationis fuit Homerus, quem in Ægyptum peruenisse non solum sacerdotum libri testantur, sed ipsius etiam scripta. Inducit enim Helenâ potionem Telemacho qui apud Menelaum diuertebat, præbuisse, qua mæroris sui è vestigio ille obliuisceretur, quâ quidem à Polymnesta Thanis coniuge diluere didicissent. Solæ enim Diospolitane, hoc est Thebanæ mulieres, iram ac mærorem potionibus sedare poterant, & obliuionem quandam malorum carminibus impetrare. Linus quoque & Mutæus, qui circa Troiani belli tempora vixerunt, diutius quidem peregrinati sunt, & ab Ægyptiis Phœnicibusque plurima didicerunt, eorûmque disciplinam in peritque imitati sunt. Homerum deinde in Geographia Alexâder & Hecataus Milesij ambo, Eudoxus, qui vicinius illorum temporum extitit. Non diu post claruerunt Dicæarchus & Eratosthenes, qui complura scriptis superiorum etiam addiderant, propter cognitionem rerum magni Alexandri, qui pluribus victoriis potius, complures

Helenæ

Hecataus

enim quod potuit, & breui quidem compendio posterorū ingenia excitauit, & ad veriora quædā indaganda expergefecit. Nam polybius deinde Megalopolitanus & Possidonius certiora tradiderunt propter recentes Romanorum victorias, qui plurimas gentes ac nationes subegerunt, quarum etiam nomina incognita ante ea tēpora omnino fuerant. Strabo verò Cretensis, vir plurimæ lectionis, summa diligentia, vberique doctrina omnia complexus est, ad eò vt consummato operi nihil adijci possit. Cæsaris enim dictatoris & Octauij Augusti temporibus vixit, quibus imperantibus, vniuersæ orbis terrarum nationes ac gentes paruerunt Romanis, quibus tum nihil incognitum esse poterat, vt qui omnibus gentibus populis ac nationibus imperarent. Et ipse etiam Strabo Romæ degebat, & cum clarissimis doctissimisque viris versabatur, & vt in præclaro opere suo sæpe ipse testatur, longam peregrinationem peregit, Aphricamque omnem, & plerasque prouincias alias magno cum periculo peragrauit, vt exinde certiora scriberet, & obscuriora quædam oculorum fide perdisceret. Nec parum adiumenti nobis præstitit Ptolemæus, qui admiranda quædam doctrina non modò regiones orbis omnes verum singulas penè vrbes ad cæli ambitum dimensionem orbis terrarum per milia passuum geometrica ratione computauerat, sit etiam Artemidorus, & ex Romanis Agrippa, ac etiam Nigidius figulus, alij etiam Græcorum terram ad cæli ambitum digesserant per circulos, & vmbra pa-

res. Diodorus quoque Siculus triginta annos in opus suum, se absumpsisse fatetur. Maiorem siquidem Europæ atque Asiæ partem se peragrasse refert, vt ex oculorum sensu certiora literis mandaret. Sed Romanorum ciuium consuetudinem plurimū sibi potuisse asserit, cum quibus Romæ diutius versatus est, & ab eis multa perdidicit, quando propter imperij magnitudinem per vniuersum terrarum orbem vagarentur.

Diodorus Siculus quod annis opus suum absoluerit.

Dion verò Prusensis in libris suis de regno, non mediocriter gloriatur, quod annis pluribus quam patria exularet, extorris atque errabundus vagatus fuerit, & multas Græcorum ac Barbarorum terras mendici habitu obiuerit, panemque à quibuscunque obuiis, quum viaticum ei non supereretur, rogauerit. Addit etiam se plura didicisse, & præsertim à muliere quadam Eliensi, siue Arcade, quæ veram Herculis historiam profitebatur dicebatque se pastorum ac venatorum hospitio frequenter vsum fuisse, in complura admiratione digna sæpenumero incidisse, ex quibus gratiam ac perutilem cognitionem accepisset, cum secum semper pugilares deferreret, & ea omnia stilo adnotaret, quæ agnitione aliqua digna ei esse viderentur. Inducit quoque hanc sceminam ac fanaticam animum loquentem atque asserentem se fatidicam ac futurorum præsciam à matre deorum factam fuisse, profitebaturque multa illam didicisse de diuina sapientia, & inspiratione, tradidissetque præcepta plurima, quæ ad bene beatæque viuendum, pertinerent, & admiranda Herculis præcepta attulisse, quæ vtilitatē non mediocrem

Dion Prusensis.

præ se ferrent, siue vera, siue ficta etiam essent.
 Miscent autem Græcorum nonnulli fabulam
 historiae, quasi Gratias Musis, ut aiunt, attamen sibi
 ipsis fidem abrogant, Maior nanque (ut Strabo
 inquit) fides Homero & Hesiodo, qui de heroibus
 scripserunt, habetur, quam Ctesia, Herodoto, &
 Hellanico, qui fabulam historiae miscuerunt. Eos
 verò qui res Romanas scripserunt, eo verius locu-
 tos asserunt, quo plura loca oculis lustrarunt, quam
 superiores, qui vel fabulati sunt vel adulationibus
 ut gratiam principum ex mendacio inirent, infer-
 uerunt. Et præcipuè quum exercitus illi de qui-
 bus sermonem faciunt, longè procul ab eis milita-
 uerint. Longinquitas namque difficile admodum redar-
 qui potest, testibus enim & arbitris plerumque
 caret, & nullo ad stipulatore conuincitur. Res autè
 Romanæ vniuersum terrarum orbem testem cita-
 re possunt. Vbiunque enim gentium, terrarum,
 locorumve monumenta cernuntur, quæ Roma-
 norum imperium, militumque virutem in scriptis
 sculptisque marmoribus testantur, ut mirum iam
 videri possit, eadem tot exactis seculis non defec-
 cisse, & præcipue quum nouis ædificiis, sacrisque
 ædibus quotidie nullo prohibete terantur, nouo-
 que vsui cedant. Quinetiam sæpe accidit, ut ruina
 illuione, terræ motu, hiatu, aut alia vi desidente
 terra, vetustissimæ imagines sculpturaeque appa-
 reant & eruantur, quæ mirificam quandam præ-
 se speciem ferant, viuæque, atque spirantes esse vi-
 deantur, adeò ut easdem ne minima quidem ex
 parte artifices nostri temporis imitari possint.

Tanto enim ingenia illius ætatis nostris seculis

præstabant, vel (ut verius loquar) tanto diligen-
 tes artibus incumbebant, quanto maioribus præ-
 miis & honoribus honestabantur. Honos enim ar-
 tes alit (ut ait Cicero) omnèsque incendimur ad stu-
 dia gloria, iacentque ea semper, quæ apud quos-
 que improbantur. Nonne etiam hoc admiratione
 dignum videri potest, omnes exterarum gentium
 nationumque scriptores, res Romanas longè ma-
 iore diligentia percensere, & pluribus laudibus ef-
 ferre, quam Romanos ipsos ac Latinos alios au-
 ctiores? Nam Græci, quibus Romani imperium a-
 demerant, quosque tot cladibus affecerant, & eo-
 rum vrbes diripuerant, atque euerterant, illorum
 laudes neutiquam conticuerunt, sed complura et-
 iam memoriæ cõmendarunt, quæ à Latinis scri-
 ptoribus relicta interiissent. Quot prædiare facta
 atque dicta à Polybio, Appiano, Dionysio, Diodo-
 ro, Strabone, Plutarcho, aliisque compluribus re-
 feruntur, quæ à nostris prætermissa extincta essent,
 nisi illorum monumentis accenderentur? Vniunt
 igitur, & perpetuo victura sunt, consensu omnium
 doctissimorum virorum, virtutumque diuturna
 exempli posteritati præbebunt.

Sed iam ad propositam rationem redeun-
 dum est, & hoc etiam concludendum, uti-
 lem admodum iuuenibus esse longinquam pe-
 regrinationem, plurimamque doctrinam, ac
 rerum experientiam præstare, & præsertim il-
 lis, qui aliis præfuturi sunt, quorum peritia
 multis mortalibus prodest, & eos ad bene be-
 atæque viuendû instituit, quod quidem proprium
 officium eius est, qui multitudinem regit.

*Romane
res ab exte-
ris diligen-
tius quam
à Latinis
scriptæ.*

Doctiores Est enim communis omnibus naturæ lex, ut doctiores minus institutos erudiant, & meliores deterioribus imperent, ut præclare sentit Dionysius Halicarnassæus.

Sed quoniam non omnes quibus datum est ut imperent, tutè possunt longius euagari, & à patria diutius aberrare, propter varia pericula quæ per fortunam semper mortalibus imminet, optimum in primis erit, (ne seipfos à tam vtili sapientia defraudent) ut scriptores orbis terrarum, quos Cosmographos Geographosve Græcis nominibus appellamus, nã modo lectitent, verùm etiam perdiscant, ut ea quæ oculis videre nequeunt, saltem animo & cogitatione complectantur. Inest siquidem in eis mirifica quædam doctrina iucunditate ac rerum varietate condita, quæ lectorem neutiquã ociosum esse permittat. Quicquid enim admirandum, quicquid novum aut inauditum in vspiam gentium, terrarum, locorum ve existit, ab illis sic dilucide tractatur, ac si coram ante oculos poneretur.

Hecatæus primus de situ orbis scripsit. Cosmographia commendatio.
At qui expers omnino periculi disciplina illa habenda est, quæ ex libris discitur, vel ex picta cernitur tabella. Primus quidem (ut paulo ante dixi) qui de situ orbis scripsit, Hecatæus milesius fuit, quem complures deinde imitati sunt, & quod ille breuiter in commentarium redegerat, longiore argumento amplificauerunt, & non modò gentes, regiones, vrbes, maria, flumina, lacus, paludes, fontes, montes, animalia, arbores, virgulta, herbas, & cetera eiusmodi complexi sunt, verùm diuersos quoque ritus ac mores singulatum nationum, &

varias hominum naturas, illustres quoque & præclaros viros virtute, armis, sapientia, ingenio, doctrina, arte, industria, opere, vel sermone adiiciunt. Et res præclare gestas domi militiæve suis locis ostendant, adeo ut ad ciuilem sapientiam nihil præstantius hac disciplina accedere possit.

Sed quum contemplatio rerum sine inspectio-
ne difficilis admodum esse videatur, (res enim oculis subiecta, longè clarius iudicium de se præbet, & sensus oculorum acerrimus est, & auditui atque sensibus præest) redigenda res fuit ad aspectum per quandam similitudinis speciem, ut notior fieret. Quando itaque non omnes possunt loca quæque lóginqua adire, & oculis ea intueri quæ ambiguitatem præbent, cogitauerunt viri doctissimi, & ingenio præstantes de descriptione ac pictura vtendum esse, ut in parua tabella clarè illa spectanda traderent, quæ obscuram haberent cognitionem, ut multi periculo, labore, atque impensa peregrinationis liberarentur qui minus commode euagari possunt. Est siquidem eiusmodi pictura iucunda omnibus, & vtilis admodum regibus, ducibus, atque imperatoribus. Bellum enim gesturi in prouinciis ignotis ea ex pictura discunt, quæ nulla alia ratione tam facile scribere possent. Anaximander Milesius Thaletis conciuis, ac per familiaris, primus omnium (ut refert Strabo) pictam ostendit tabulam, in qua situs orbis descriptus erat. Fuerant tamen ante eum nonnulli, qui aliquas sibi notas descripserant regiones, ut regib⁹, ducib⁹, principibusve obsequeretur. Alexandrum quem ex virtute magnam nuncu-

Anaximander.

Pictura præcipuis per quã utilis.

Alexāder. pauert, vt nonnulli scriptores perhibent, summa diligentia scrutari solum aiunt loca in quibus bellum esset gesturus, semp̄rque eadem pictam tueri voluisse, vt picturam illam legendo, ea dignosceret, quæ cauenda, quæ ue aduēda essent. Romani etiam idem facere consueuerant, & regiones in quibus pugnaturi essent, antequam bellum decernerent, pictas ostendere. Ingruente enim Gallico tumultu, vel Sociali bello, pictam præbebant Italiam. Quod quidem Varro testari videtur libro primo de re rustica. Inducit enim graues quosdam ac sapientes ciues de republica cogitantes, & de propulsando vel inferendo bello inter se ratiocinantes, ait siquidem, Spectabant in pariete pictam Italiam. Quibus ex verbis ostendit faciē figuramque regionis in qua bellum geritur, prænosendam esse, ex qua cauendi inuadendique rationem imperatores ac duces facile prædiscunt, & exinde tutiores (que facti, multo facilius victoriam nanciscuntur. Est enim perpulchrum (vt Diodorus Siculus ait) ex aliorum erratis in melius vitam nostram instituire: & non quid alij egerint, sed quid acturi fuerint, nobis imitandum proponere. His igitur ex eplis monendus est rex quem instituimus, vt peregrinetur aliquandiu, si tutò id agere potest, & per fortunam licebit. Cosmographorum scripta perlegat, & orbis terrarum descriptionem non negligat, sed cum Propertij Elegiographorum elegantissimi Arcthula dicat.

Cogor & è tabula pictos edificere mundos,
Quæ quidem res iucūdissimam ei præbebit exer-

*Varro. li. I.
de re agraria.*

Li. I. ad præcipium.

Propertius.

T. I. DE CIM. QUARTVS 142
citationem, ciuile disciplinā ornabit, & rei bellicæ peritq; in rebus vsui erit, vix enim fieri potest, vt optime exercitui imperare possit ille, qui huius disciplinæ omnino expers atque ignarus sit.

Cyrus Persarum rex ille opulentissimus, præ *Cyrus.* doctrinæ huius ignorantia cum vniuerso exercitu suo interit. Vicerat enim Cræsum Lydorum regem & Babylonem, Asiam, orientalemque oram omnem in suam potestatem redegerat. Deinde per victoriam maiore ambitione elatus, Tomyridi Scytharum reginæ bellum ultro inferre instituit. Enimvero cum illa facile eum ab Oaxis fluminis transire prohibere posset, vt transmitteret tamen permisit, quādoquidem arbitraretur se longe facilius posse hostem superare intra regni sui terminos ac fines, quā extra, & præcipue quum obiectu fluminis nullum effugium ei pateret. *Cy- spargapif.* nus verò Spargapifem vnicū viduæ reginæ filium, qui cum tertia parte exercitus sibi obuiam venerat, simulata fuga peremit, nactus illum sine custodibus, & epulis vino, sumnoque indulgentem. Tomyris hac clade accepta, non tamen præ orbitatis mœrore muliebriter animum submisit, sed ira in vltionem successa, exercitum quam primum reparauit, & magno impetu, summæque animi fortitudine Cyrum cum omnibus eius copiis in difficiles locorum angustias compulit, deinde illico dispositis omni ex parte insidiis, improuisa hosti magna cum parte insidibus profiliuit, & ducenta circiter Persarum millia cum rege etiam ipso trucidauit, adeò vt ne nuncius quidem tantæ cladis euaserit,

quod quidem vix aliàs in omni æuo auditum vquam fuit, Sed si locorum peritiam Cyrus habuisset, fluvium neutiquam transmississet, neque diuortiorum angustiis per errorem exercitum suum circumduci permisisset, cum aditus omnes occupare potuisset, & effugia scientibus satis tuta paterent.

Strabo. Sed præclare Strabo Cretensis ait, eum venatorem optime venatione instruere, qui plane norit qualis & quanta est silua in qua venatur. Et eum imperatorem optime castra disponere, insidias abdere, præsidia locare, iter dirigere, & hostem circumuenire, qui regionem ac locos omnes intelligit, & diuerticula cuncta planè caller. Agamemnonis exercitū dicit turpiter retulisse pedem, quum Mysiam per ignorantiam veluti agrum Troianum popularetur. Sibi ipsi, non hosti, imponit, quicumque in ignoto diuortio insidias locat. Ductores quoque classium & nauium gubernatores plerumque plagarum, orarum, tractuumque ignorantia decepti periclitantur, vel aliquid perperam agunt, cuius deinde quamprimum pœnitentia ducantur.

Perse. Persæ quondam Salganeum gubernatorem suum iniuria iugulauerunt, vt qui arbitrarentur illum malè classis suæ cursum ex Malea ad Euripum direxisse. Simili etiã temeritate Aphricani Pelorum necauerunt, & ex illius sepulchro perpetua ignorantia suæ monumenta statuerunt, quasi exitimantes angustiores quasdam maritimas traiectiones recurrentia freta esse, vel scopulosas Syrtis, & loca nauigiis neutiquam peruia. Omitto Thermopylarum angustias, quæ ex ignorantia Persarum diurnam Leonidæ gloriam pepererunt. Omnia

to etiam Parthorum contra Crassum victoriam, quæ ex inscitia quoque regionis manauit, & innumerabilia alia exempla, quæ prætermittenda esse omnino duco, ne longior ambitiosiorve esse videar: latiusque probatum esse arbitror peregrinationem, cosmographiam, & orbis regionumque picturam, regibus, ducibus, imperatoribus, principibusque omnibus non modo gratam ac iucundam, sed vtilem admodum ac necessariam esse. Nunc autem in sequenti volumine, quædam quæ his qui imperant, cauenda esse duco, referam deo optimo maximo beneuolente, pij lectores boni quæso consulant.

Libri tertij finis.

QUARTI LIBRI PRÆFATIO,
ad eundem,

ARISTOTELES Stagiritis philosophus tanti nominis, & in omnibus reconditis etiam disciplinis eruditissimus, cum à rege Philippo puerum Alexandrum in disciplinam accepisset, vt eum ad veram effigiem iusti principis formaret, vt ei nihil deesset quod ad officium fortissimi ac magnanimi regis pertineret, vtriusque Homeri rapsodias ei perdiscendas præbuit, vt ex Iliade quidem corporis vires, superbamque in hostem iracundiam quandam sumeret: ex Odyssea verò animi virtutes eliceret, versutias caliditatef-

Cosmogra-

*Parasceue
ad sequen-
tem librum*

Alex. home
ri lib. sub
pulvino ser
uabat.

que hominū cauere disceret. Hos itaque Homeri libros tāta auaritate edidicit Alexander, vt paruo tempore ad parem vsque tanti praeceptoris eruditionem propē accederet, eosque semper sub pulvino habebat, horasque aliquot per noctem somno sibi eripiebat, vt cum summo poëtarum aliquandiu vigilaret. Quinetiam quum ex Orcaeo sinu nauigans ad Heliconem descenderet, vidit in templo Musarum tripodem tali epigrammate inscriptum.

Chalcide qui dubium cātu praeuertit Homerum,
Hunc tripodem musis dedicat Hesioidus.

Hoc quum rex animi excelsi lectirasset, comiter subridens ait: Hic agrestis poëta rusticorum sententia Hom. praelatus est: sed si de eo reges, imperatores ac duces iudicium fecissent, illum quasi poëtarum numen aurea corona donassent, hic aurem explosus ex theatro sibilis ac conuictis extitisset. Vtos tamen Chalcidenses & Euboicos omnes acceptam ab Homero iniuriam suspicari possumus, & proinde minus equam protulisse sententiam. Nam quum eos quasi agrestes atque ineptos irridere veller, Euboicos scripsit anteriorem capitis partem detonsam habere, posteriorem verò comatam, qua tonsura Curetas vetustissimi poëtarum vsos fuisse testantur. Quin vero (vt ad Odyssiam redeam) multa cauenda esse, multa que fugienda in obeundis rebus humanis callido principi, docet Homerus, vt in primis scruetur eorum mores, cum quibus versatur, quarum maculas ac sordes diligenter excutiat opus est, vt tantum cuique committat, quantum in eo

fidei ac probitatis inuenerit. Sunt enim multorum ingenia ad fallendū semper parata, & praecipuè eorum qui in maximis domibus versantur: ficta enim quadā comitate, & nugaci ac vano sermone veritatē obscurant, & diuturno quodā obsequio ad alsētationē adulationemque educati esse vidētur, adeo vt ex multis que futili alloquio blaterāt, vix veritas aliqua elici possit. Sunt etiā cōplures qui cum inopes sint, reque suā male gesserint, opulentiores omnes odio habeāt, & bene sibi cōsulentes probis intectētur, optimis quibusque inuideant malos autē extollant, quinetiā praesentibus rebus minus cōtenti, nouas semper exoptant, & quum fortunā suam oderint omnia quoque in deterius mutari cupiāt. Hi sunt Cyclopes illi à quibus Vlysses astu euasisse inducit Homerus: qui in nihil agendo vitā beatā statuebāt, terrāque optabant in qua fruges omni tēpore sine fossionē aut aratro passī nascerētur, leges ac iura ignorabant, nemini que parebant, nisi luxui, ac voluptati, reliqua fortunæ casibus permittebāt. horū principem Polyphemum nomine Mareotico vino in antro sopitum excæcauit Vlysses, & se ac socios à mortis periculo liberauit. Hæ sunt Syrenes illæ Acheloi & Calliopes Musæ filia, quarū carmine atque concentu decepti nauæ mergebantur, à quibus certis picatisve auribus euasit Vlysses, Maledici scilicet assentatores, adulatores, delatorésque omnes quorū blāditiis, illecebras, nugas, ac fallacias princeps summa prudētia, cautāque ingenij solertia vt caueat opus est, si tutē atque quiete imperare vult, & innocentē neminē ledere. Sed iam me tempus

Cyclopes,

Polyphemus.

admonet, ne in exordiendo longior sim, verum ad propositam rationem redeam, & in sequentivoluntate ea referam, quæ regi cauenda esse arbitror.

VIRTVTEM AC VERITATEM

Sequatur Rex, non mentiatur, nec mendacium dicat, neque mentiri alios permittat.

Tit. I.

IUDICIUM omnium mortalium est (vt ait Oratorum maximus) fortuna. Nam quidem à deo petendam esse à se autem ipso sapientiam sumendam.

Rex igitur, cui scepra hominum, ven erandaque iura Iupiter indulfit (vt ait Homerus) in primis cogitare debet, se maximam inter mortales omnium fortunam nactum esse. Proinde ea omnia præstare debet, quæ sui muneris sunt, omnisque studio niti virtutem, plurimamque sapientiam assequatur, vt dignitate à deo accepta sanctissime iustissimeque fungatur. Est enim sapientia diuinarum humanarumque rerum scientia cognitióque quæ causa cuiusque rei sit: ex quo quidem fit, vt diuina imitetur, humana autem omnia virtute inferiora ducat. Sapientia quidem obiectum est veritas, perquam immutata ea omnia dicuntur, quæ sunt, quæve fuerunt aut futura esse existimamus.

Præclare Socrates vir sapientissimus veritatem & virtutem idem esse dicebat. Sicut enim illa nec crescit nec minuitur, sic virtus semper eadem inuenitur.

*Ex Cic Tul-
culanarum
1. lib. 4.*

inuenitur. Et quia numeros suos habet, plena omni tempore ac perfecta exiit.

Veritati omnia consonant, vt in fidibus & cantu ferri sentimus: in quibus si quid dissonat, harmonia omnis peruertitur. Sic veritas ipsa paruo nonnunquam iudicio ostenditur, nec diutius potest sub vanitatis inuolucro latere. Falsa enim veris concinnata semper se ipsa indicant.

Manifestæ autem turpitudinis est mentiri: sicut etiam temerariæ leuitatis mendacium dicere: sed alterum perfidia atque iniquitatis crimen ostendit, alterum verò ignauiæ credulitatis.

Non parua Creten sibus nota iniusta est, quum Epimenidis poëta testimonio mendaces dicti sunt, mentiebantur siquidem, vt alios fallerent, suæ utilitatis causa. Irus autem Ithacensis apud Homerum mendacium plerunque dicit præ nimia quadam loquacitate vanòve assensu.

Mendaces quidē ac vani homines animi leuitatem ostendunt. fidem veritati abrogant, & perpetuis probris semper inhaerent: bonus autem vt præ animi virtute nunquam mentitur, cauebitque, ne aliorum vanitates pro veris referat. Iustitiæ autem munus est, neminem fallere: prudentiæ verò ne fallaris cauere.

Pomponius Atticus magnam veritatis laudem habuit, aded vt eius comitas non sine seueritate esset, neque grauitas sine facilitate, quæ quidem ex re omnes cum amabant, & verebantur simul. Veritatis etiam laudem quàm maximam tulit Cornelius nepos: ex qua quidem tantum auctori-
tatis assecutus est, vt nemini suspectus esset.

*Hom. Odif-
sec. 18. lib.*

Corn. nepos

Proinde Ciceroniis, & Salustij amicitia ea integritate atque sinceritate usus est, ut quanquam illi mutuis simultatibus, & odiis inter se diffiderent, ipse tamen neutri suspectus esset, & cum utroque sine alterius iniuria liberè versaretur.

Isoocrates regem suum monet, ut veritatem ante omnia colat, idque manifestè semper & indèsimulatè agat, Adèd ut cuncti cognoscant, iniurato potius regi, quàm priuatis omnibus iuratis verax est, & palàm fidem adhibendam esse.

Ignari enim hominis est mentiri, & eius qui vel alios decipere vult, vel opinionem potius sequitur quàm veritatem. Hunc enim vel timor compellit quæ vera sunt occultare, & simulando vel dissimulando legere vel futilis aliqua species in mendacium inducit. Magnanimus quidem amat palàmque odit.

*Herodotus
in Ciclo.*

Turpissimū fuit apud Persas mentiri, ut Herodotus scribit, & id serui potius quàm liberi hominis esse videtur. Mentiuntur sæpenumero serui ne verberibus cædatur: sic etiam pueri & mulierculæ, vir aut vera semper loqui debet, & non modo lingua, sed ne vultu, oculis nūtūve mentiri. Est enim vultus (ut Cicero in pisonem ait) quasi tacitus quidam mentis sermo.

Temporis & memoriæ filiam veritatem esse scitè admodum poetæ fabulantur, ut intelligamus mandacium diu celari non posse. Et hoc ex mendacio, mendaces lucrari ait Aristoteles, ut ipsis deinde verum dicentibus non credatur. Mendacem memorem esse oportere, tritum est veritate prouerbum. Quo quidem ostenditur ve-

ritate omnia congruere: quam etiam ex varietate sermonis sæpe referant mendaces ipsi, obliti tandem cōmentitiorum verborū, vanorumque fig-
mentorū. Fuerunt tamen ex philosophis quidā, *ex Quinti. c. 2. lib. 4.*
qui putauerunt licere imperatoribus ac ducibus *Mentiri an liceat, disce*
in magnis periculis mentiri, non in perniciem *ex Quinti. c. 12. c. 1. ad*
letum, sed pro multorum salute. Huic opinioni *finem.*
exemplum esse potest Sertorius, qui temporibus *ii. 12. c. 1. ad*
difficillimis mentiebatur ad milites, vbi menda-
cium vsui esset. Proinde literas commentitias pro-
veris legebat, somnia simulabat, & falsas religio-
nes cumminiscebatur, ut militibus metum alicuius
imminentis periculi demeret. Illi qui hanc sententi-
am tuentur, Chilonis illius qui vnus è septem Græ-
ciæ sapientibus fuit, auctoritate nituntur qui pro
amici salute falsum testimonium dixit. Sed si ve-
rum indicare volumus, inueniemus Chilonem
in fine vitæ suæ dubitasse, an ex eo mandacio re-
prehendi culpæve posset, Nos igitur ut calum-
niam fugiamus rem hanc, in qua non mediocriter
hæsitamus, in medio relinquemus, contenti-
que erimus Græco proverbio quo dicitur
ψευδᾶσα φάξιος πλεον εἶναι τῆν βελήν
id est, mendaci attraphaxi plenum esse concili-
lium.

Sunt etiam nonnulli inanis gloriæ adèd cupidi, ut sibi ipsis nientiantur, seque nimium ament, & sine rituali quidem vt dicitur, hi de se omnia quæ dicuntur quanuis manifeste falsa sint, credunt, ficta pro veris accipiunt. Aliis de se potius quàm sibi ipsis fidem adhibent, & plerunque à se

discedunt. Et dum aliorum iudicium sequuntur, suum ingenium fraudant. Ei in summa avaritia sumptuosi sunt, in summa autē infamia gloriosi suaque duntaxat admirantur, aliena verò omnia despiciunt. Quinetiam cuncta existimant, quæ de se ipsis prædicant, & cum summa ostentatione iactant, auditoribus ira persuaderi, ut vera illa, & nulla ex parte ficta esse putent. Neque intelligunt se ludibrio cōtemptuque haberi, ac simili modo se irrideri, quo quidem apud Comicos Poëtas miles gloriosus irridetur.

Ixion.

Horum gratia quidem Græcorum putant Ixionis fabulam fictam esse à poëtis, qui aiunt illum pro Iunone Iouis coniuge, quam perdidit adamat, Nubi se commiscuisse, & ex ea Centauros genuisse. Inanis enim gloriæ cupidi, vanam virtutis imaginem amplectuntur, nihil tamen rectum, aut virtuti consonum agunt, sed ex arbitrio multitudinis pendunt, principesque videri cupiunt, vanæque quasi nubi incumbunt, quæ deinde eis monstra parit. Hos perosus Iuppiter fulminat, & in barathrum præcipitatos perpetuæ rotæ affigebat, instar Ixionis, de quo preclare Ovidius. Voluitur Ixion, & se sequiturque, fugitque.

Rotæ natur

Rotæ naturam eleganter exprimit, quæ quo magis seipsam sequitur, tanto seipsam fugit. Sic etiam mendax quo magis veritati inriti videri vult, tanto magis ab ea abhorret & mendacium refert, suamque vanitatem ostendit. Virum veræ gloriæ studiosum, iustum ac simplicem esse oportere ait Æschylus poëta, & qui bonus esse quam videri malit. Ventosi igitur illi contemnendi sunt.

Æschylus.

& regia aula exigendi & nullo munere nullaque dignitate honestandi: blanditiis enim, & puerili quadam indulgentia pelliciuntur. Mendacia de seipsis audire gaudent, & veritatem omnino formidant. Idcirco adulatoribus, assentatoribusque semper adhærent, illis auscultant, illisque fauent. Quorum consuetudo perniciosissima est, & præcipuè regibus principibusque, quorum opes sapientis assentatores adulatorésque euertunt quàm hostes, ut sapienter ait Q. Curtius: de quibus quidem pauca in præsentia referre non alienum esse censeo.

ADVLTORES ATQVE AS-

sentatores à regibus exagitandos esse, Titul. 11.

Adulatio assentatioque vitia sunt animi angusti, viri mendacis, ignavi, seruilis, *Adulator.* *Assenta-* futilis, humilis, abiecti. Manant enim à *tores.* timore, nullamque benevolentiam in se habent, ut Democritus testatur. Blâdiuntur siquidem adultores, atque assentatores: quorum vita ignaua est, & vanitatis mendacique plena. Hi placendi studio omnia laudant, etiam quæ minus penitioris animo probât, nihil refellere audeat, nunquam cuiquam aduersantur, nemini molesti sunt. Mendacia veris concinnant. Simulando quoque ac dissimulando semper verum occultant: quos quidem Agesilaus optimus ille Lacedæmoniorum rex, non secus aspersionibus infestandis esse dicebat, quæ propriæ vitæ insidiatores.

*Græci adu-
latores.*

Maximi adulandi arufices habiti sunt Græci, qui non modò blando sermone, blandoque obsequio adulantur, & turpes quasque voluptates laudant, verùm manus etiam in ora intendunt, ve fictum sermonem fictoque gestu adiuuent. In Græcos Satyrica licentia inuenitur Iuuenalis, & adu- latores assentatoresque omnes faceto carminis morfu ad vitium vsque lacerat. Hos etiam M. Cato ille qui ad Vricam sibi violentas manus intulit, summo semper odio profecutus est, vt teterimos reipublicæ hostes & bonorum omnium insectatores. Turpissimum enim esse arbitratur, blanditiis adulationibusque imperitam multitudinem decipere, & nobilissima ac summa virtute ornata ingenia, quæ non ad gratiam ac voluptatem, sua concilia referunt, sed ad virtutem & veritatem debitis honoribus fraudare. Cernimus enim sæpenumero multitudinem in illos suffragia conuerrere, quos blanditiis & assentationibus molliores esse sentit, at grauiores seuerioresque omnes spernere. Et hoc præcipuè effecit in tranquillo temporum cursu, verum vbi seuior tempestas aliqua inhorruit tunc blanditias respuit, & iustitiam seueritatemque complectitur. Tum quod idem reffauit veris optimo gubernatore opus esse cognoscit, quem tranquillo quietoque æquore aspernabatur. Ad Fabium quàm prætrato ei Varrone viro vltimæ sortis, comitia ipseuerant res Romana rediit profligato miserabiliter exercitu apud Cånas perire: tunc Paulo altero consule, ex què quidè pugnâ euasisse, non partem laudis sui: quado fugienti cum paucis Varroni qui causator multorum fuerat, à

senatu obuiam itum est. gratiæque ei peringentes actæ sunt, quòd post tantam cladem de reipublica salute non desperasset, Tum Fabius habenas rerum suscepit, quem paulò antè detrectatorè belli per contemptrum criminati fuerant. Is tamen exhausta omni ex parte reipublicam in integrum restituit, de quo præclare Silius cecinit.

At ni sacra leni vis impressumque fuisset.

Sistere cunctando fortunam aduersa fouentem,
Vltima Dardani- transisset nominis ætas.

Silius.

Cum aliis versibus ad eandem sententiam: *Iso-* *crates.*
crates vit sapientia & eloquentia peritissimus, affirmat nullam principibus pestem adulatore perniciosiorem esse: regemque suum monet, vt omnes illos euitet ac caveat, qui quæcumque fecerit aut dixerit, laudat: illis autem ausculet atque obtemperet, qui eum monere audent, & errata placidè ac sine contumelia castigare. Hi enim amici sunt, verèque diligunt, illi autem assentatores, atque adu- latores, qui mendacij præmium expectant.

Optimi quidem principis est viris fide, prudentia, doctrinæque præstantibus, liberiolem quandam loquendi potestatem facere, vt in rebus arduis libere, ac sine timore consilium rectum asseferant. Sapienter quidem Demetrius Phalereus Ptolemæum regem monuit, vt libros illos legeret, in quibus præcepta regibus ac ducibus traduntur, quandoquidem doctissimi illi viri ea scriberent quæ nemo vnquam regibus ducibusve dicere auderet. *Iso-* *crates.*
in apophth.
Iso-cratis sententiam illam statuisse videtur Homerus, quum Agamemnonè dicentem inducit malle se decem Nestores qui ei consilio ac

prudētia adessent, quam totidem Aiaces atque Achilles, qui robore & armis certarent. Cum illis siquidē se celerius, faciūsq; Troiā capturum dicitur. Antigonus rex zenoni Stoico literas dedit ad hāc sententiā: Ego fortunæ ac gloriæ magnitudine vitam tuā me antecire existimo: disciplinæ verò sapientia, & perfecta quadā felicitate lōge præstantiores. Proinde oro vt ad me venias, discipulūque habeas. Nam qui regem edocet, vniuersum etiam populū cui ille præest, instituit. Antigonus sanè cum iam rēdio haberet ignauam vanitatem adulatorum assentatorumque, quibus regiæ omnes semper abundāt, verum aliquando audire cupiebat. Idcirco Stoicum accersire nitēbatur quem in consilio haberet, & liberè loquentem audiret.

Lysimachus quoque rex nullam aliam ob causam magis Philippicū Atheniensem Comicum poetam summa beneuolentia complexus est, nisi quod ab adulatione & assentatione vir ille plurimum aberat, & vitæ probitate ac modestia præstabat. sic sine fallacia, vllaque malitia omnia ex libera animi sententia loquebatur. Priscis illis seculi Comici poetæ multa cum libertate vitia insectabantur, quorum principes fuerunt Eupolis, Cratinus, & Aristophanes, hos deinde imitatus Lucilius mutatis numeris in heroicū carmē latinæ Sarræ principii dedit: quod Horatius noster testatur.

Sed ad adultores redeo, quos omnino exigendos abigendosque à principibus esse duco, & perpetuè ab eorum aspectu arcendos. Corruptum enim optimos mores, nam semper mentiuntur &

vitia pro virtutibus efferunt, virorumque laudem quæ fones ac præmium virtutis esse videtur, omni ex parte labefactant. Pulcherrimā iustissimamque fortitudinis mercedem auferunt, quam quis veram esse credat, aut studiose affectabit, quum cernat improbos laudari, & virtute præditos viros debitis laudis præmiis fraudari, & veritatem quoque mendacis obscurari? Hoc verò mihi magis admirandum esse videtur, quod illi ipsi maximè adultores diligunt, quibus illi manifestius mentiuntur. Age, quis seipsum adedò ignorat, vel sui ipsius adedò oblitus est, quum ignauissimus sit, illos æquo animo audiat, qui se fortissimum prædicent admirentur, & cunctis aliis præferant? Quo enim animo perpeti potest quispiam se Achilem vocari, quum Thersites manifeste sit? Nonne se irrideri, & ludibrio haberi cognoscit ille: qui quum pauper & inops sit, se beatum ac locupletem vocari audit? Ille de quo paulò antè dixi, Ithacensis mendicus, quē Homerus inducit nihil roboris habentem præter linguæ procacitatem, gaudebit se potentia Agamēnoni, fortitudine autem Aiaci æquare? Nonne etiam mulier illa leuissima ac temeraria habenda est, quæ quum deformis ac turpissima sit & aspectu fœda, ab amatoribus, qui illius gratiam blādendo ac mentiēdo inire cupiunt, pulcherrima dici gaudeat, & quasi altera Helena, vel Hermione eius filia cūctis aliis mulieribus forma præferri? Viri autē graues & seueri qui ficta ac simulata de se dici animaduertent, id ferunt iniquo animo, & adultores illos odio habent, vt qui exprobrādo ea laudēt, quæ illis deesse manifeste cernāt.

Laudabat coram adolefcēs quidam Socratem in magna Atheniēſium concione, & illum blando alloquio efferebat. Tum commotior aliquantulum Socrates exclamauit, Mendax eſt hic adoleſcens, & artiſicioſo ſermone mentitur. Tunc Flaminius aliquando, ſiue ioco, ſiue adulandi gratia Philopœmen Achœorum ducem fortiſſimum, ſed informem facie, coram laudabat, O Phloperem, quàm pulchras manus habes, pulchrâque crura, ſed ventrem quidem non habes. Ille autem id ægro animo ferebat, quippe qui putaret ſe & deformitate corporis & auaritiæ crimine, quo aliquantulum laborabat, blandis illis verbis irideri.

Atqui regibus, principibus, maximis que viris quibusque turpiſſimum eſt aliis quoque adulari. Nam quo præſtantioreſ ſunt, eo turpiorem tibi iſtis infamie notam inurunt. Quum enim adulantur mendaces ac vanos ſe eſſe fatentur, & id quidem manifeſte. Prufias Bithiniæ rex aliquando Romam venit, vt ſenatui gratias ageret ob victoriam ex Macedonibus partam. Opprimebatur namque ab illis, & quaſi iugum ſeruitutis patiebatur: ſed inter loquendum ſæpius ſe libertum populi Romani eſſe profeſſus eſt, vt qui nuper ea victoria libertate donatus eſſe videretur, & hæc quidem vox minus grata extitit grauiſſimis illis Senatoribus, & præterque omnes eum, vt manifeſtum adulatorem, contemptui habuerunt. Hęc etiam barbarorum regum adulatio effecit, vt lex in cômune lata ſit. Ne cui regi liceret iniuſſu ſenatus Romam venire. Dion Pruſenſis multò peius adu-

latores peccare cenſet, quam falſos teſtes, quâdoquidem illi blanditiis quem laudant corrumpunt. hi autem iudicem tantummodo decipiunt, non autem corrumpunt. Nonne maiore odio adulatorem digni ſunt, quòd homines ignauios vanosque faciunt, & ex ſt ultis inſanos reddunt?

Athenienſes priſcis temporibus adulatorem capitali ſupplicio ex veteribus legibus afficiebant. Legimus enim Timagoram adulatorem Darij ab illis publico conſilio morte multatum, ne vnus cuius molliſſimis blanditiis & perſica corruptione totam ciuitatem inficerent. Sed vt in peius ſemper res humanæ ruunt, ipſi iudem Atheniēſes non longo tempore pòſt blanditiis deliniti aſſentatores adulatoris que quàm maximi euaserunt, & hiſ aribus vſi, remedium apud Demetrium regem inuenerunt. Nam quum in alios omnes, quibus, imperabat, ſæuiſſimus crudeliſſimusque eſſet, in eos duntaxat ſemper placidus ac clementiſſimus extitit. Illorum nanque adulationibus pellectus, humaniſſimè in eos ſedulè ſe geſſit. Nouerant enim Athenienſes regis animum languentem ac mollem, & blanditiis profluentem, atque omni ex parte illis obnoxium, proinde eum facilè effeminaperūt. Inter multa autem adulationis exempla, hoc etiam temeritatis addiderunt. Promulgauerūt ſi quidem decretum hiſ verbis ſcriptum. Quodcunque rex Demetrius iubet, id apud deos ſanctum, & apud homines iuſtum eſto. Hanc adulationem quamuis iſtius manifeſta eſſet ille, non aſpernabatur, de ſe enim omnia credebat, & ſe patem ſuperis omnino eſſe arbitrabatur.

Hannibal afflictis cartaginesium rebus, se ad Antiochum Syriæ regem eo tempore potentissimum & romano populo admodum infensum contulit, eisque suavit ut bellum Romanis inferret, exercitumque in Italiam transmitteret, & Italici generis milites cõduceret, quibus solis victrix illa regio alarum gentium superari posset. Nam si quis Romanos (inquit) in Italia lacessuerit, eos opibus, viribus, armisque suis vinci posse confidat. Extra Italiam autem Romanos à claudibus animum sumere affumabat, aded ut cum victo & iacente hoste bellum periclitandum sit. Amnes enim ne cuiquam despicari posse, nisi ab ipsis fontibus obstruantur. Hæc & his similia argumeta in medium efferebat Hannibal, cui longa experientia Romanorum virtutis nota erat. Etiam regi cõsilia eiusmodi inhærebat, tantoque ardore belli incendebatur, ut non tam de pugna, quam de premiis victoriæ cogitaret. Sed invidia, quæ in magnis domibus semper abitur, iam in Hannibalem fremebat: nec deerat Antiocho bellum paranti, adulatorum blanda affectatio, à quibus quum audiret quæ vellet, se facile mulceri sinebat, & falli quoque æquo animo pertinebatur. Itaque dum illis faciles aures præbet, relicta veteris fortissimique imperatoris sententia vincitur, & amissa maxima exercitus parte, cogitur à romanis pacem accipere, multatúsque magna regni parte, duras conditiones pacis petunt. Tunc minus succedente euentu, Antiochus adulatorum vana promissa accusare cæpit, & Hannibalem non modo ut prudentem virum, fortissimumque imperatorem, verum ut vatem diuinitatibus

oracumque omnium quæ euenerant, admirari. Non verat enim illos invidia percitos, non tam Hannibalis consilium improbasse, quam id egisse, ne ei victoriæ gloriam tribuerent, sed Antiochus deinde tacite dicere solebat, benigne secum à populo Romano actum esse, quod modicis angustiisque regni terminis intra Tauri montis fauces clauderetur, grauique se cura esse liberatum. Maxima enim imperia, magnæque opes summis molestiis obruuntur.

Paucis admodum Romanorum grata fuit adulatione, quandoquidem viri graues maxima ex parte erant, & seueritatis quam vanitatis studiosiores. Maior Aphricanus inclytum nomen magnamque dignitatem apud Hispanos assecutus est, aded ut beneficiis affecti, cum magno populorum concursu regem appellarent: verum vir animi peregre, eiusmodi adulationis blanditias contempsit, diciturque maximam nomen imperatoris esse, quo se milites sui appellarent regium nomen, quod apud alias gentes summum esset, Romanis intolerabile videri: sed si se putarent regium animum habere, id tacite indicaret, & à vana vocis usurpatione abstinere. Quæ quidem sententia præclaram animi sui ingenuitatem declarauit, & Romanos ab adulatione vana atque inani alienos omnino esse docuit.

Vnum tamen Romanum ciuem legimus humilitatis studiosum artificem fuisse, Lucium Vitellium Vitellij illius patrem, qui postea imperator fuit. Is admirandi fuit in adulando ingenij, & primus omnium Iulium cæsarem adorauit ut deum

*imperatoris
nomen
maxime regio.*

Iulium Cæsarem vitellium primus adorauit.

quum ex Syria nuper rediisset: & barbaro ritu, ab aliter imperatorem adire ausus est. Primo enim velato capite se circumuoluit, de inde procubuit. Quæ quidem adoratio indigna viro Romano, & optimis quibusque ciuibus molesta extitit, & ipso quoque Cæsari minus grata ut qui clare intelligeret eiusmodi salutationem temerariam esse, & inuidiæ sibi plus quam gratiæ parere posse. Erant enim Cæsar ipse propter animi excellentiâ ab omni adulatione atque assentatione alienus. Quod quidem multis exemplis ostenditur: & inprimis quum ex Alba Romam rediret, nam dum complures obuui cum sublatis vocibus regem salutarè indignatus ille exclamauit, dixitque, non se regem sed Cæsarem vocari. Et quum honores quosdam humanis maiores ex senatusconsulto ei deferretur id iniquo animo tulit, dixitque, Referte reliquis senatoribus, minuendos potius esse honores qui mortalibus exhibentur, quam augendos. Et quum aliquando Lupercalia spectaret consul Antonius lauream coronam Cæsari imponere uoluit, et ille confestim eam reiecit & quum rursus afferret, iussit in capitolium eam deferri, ut ostenderet locum regem, non autem se coronandum esse.

Tiberius etiam imperator adulationes summo pere auersatus est. Et quum à quodam dominus appellaretur, palam denúciauit ne se amplius dominum contumeliæ causa nominaret. Alium quoque dicentē sacras eius occupationes, laboriosas dicere coegit Sed ne longior hac in re esse uideatur iam concludendum esse cenſeo, dicendūque

optimum quenque principem eiusmodi genus hominum aspernari oportere, & vanos omnes, leues, simulatores, dissimulatoresque contemneret, veritatēque cunctis in rebus sequi, quæ quidem facillè dignoscitur. Nam sicut veritati omnia consonant, similiæque inter se esse videntur: sic mendacio multa dissonant, dissimiliæque, inter se esse apparent, adedò ut facillè veritatis lucem ostendant. Non igitur perperam dixit ille, qui ait, Veritatem esse sermonem rectè inter se congruentem.

REGES EA SEQVI DEBENT,

*Quæ maiestatem augent, de delatoribus,
calumniatoribus, assentatoribus,
& maledicis.*

Tit. III.



Vicunque regno præest, ante omnia cogitare debet, quibus rebus, quibusque studiis regnum conseruetur, his meditatis, planeque agnitis, declinare omnia ea debet, quæ nocitura sunt, quæque maiestatem augent. Qui enim agit quæ fugienda sunt, aut negligit quæ sunt agenda, pariter de regis dignitate decedit. Pari quidem culpa maiestatem diminuebat Sardanapalus, qui in gregescorum latrans, per desidiam ac turpitudinem se regem esse obliuiscabatur, Dionysius Syracusanus, qui per iniuriam ac violentiam plebique agens, omnia sibi licere arbitrabatur. Seruatur imptimis regnum, si in eo nihil agi-

tur quod iniustum, inde e' s'que sit, non minus quam si id quod iustum, rectum, decensque sit seuetur. Idcirco primo videndum est, quid cauere, deinde quid agere debeat optimus princeps, cui a summo deo permissum est, vt populos regat, hominibusque imperet, qua fortuna nulla maior, nullaque difficilior esse potest. Sequar igitur, quo ordine inchoari, que fugienda sint: deinde dicam que sint agenda.

Delatoribus in primis non temere auscultand' esse censeo, fallunt enim saepenumero. Et ea per calumniam deferunt, que nulla ex parte sunt vera, & principes ad iniustitiam seuitiamque impellunt. Veritatem siquidem mendacis velant, & pro veris falsa ostendunt, adeo vt iustitia concinnatis vanitatibus periculo bonis pleiumque sit & ex inanitate verborum iudicium nonnunquam instituitur, ex quo multorum innocentium periculum perniciosaque exoritur, quod quidem verius latrocinium, quam iudicium dici potest.

Periculosi maxime sunt delatores, quum in iudicem incidunt mitiorem, atque infirmoerem ad resistendum. Facile enim blanditiis calumniisque in alienam sententiam traducuntur omnes qui leues sunt, & animo angustiore: vt quisque etiam imbecillior est, ita facilius credit, & a propria sententia ac mente deducitur. Quemadmodum enim agrotu' corpus lenibus etiam offensis quassari solet, sic mollis, ac tener animus facile huc atque illuc impellitur. Itaque foeminae quam mares iuuenes quam senes, agroti quam sani facilius credunt.

credunt. Atqui inanis ipsa credulitas pro crimine perit'que haberi solet: & haud scio verane sit sententia illa Planci, quam per epistolam Ciceroni mittitur persuadere, quum ait, Credulitas quidem error est magis quam culpa. Saepe enim homines temere credendo, in grauem incidit culpam. Difficile tamen factu est, hominem inuenire qui grauitatem seueritatemque vitæ cum facilitate ac comitate seruare possit. Omnes enim philosophi fatentur in elatione animi modestiam, in mansuetudine vero grauitatem naturaliter vix esse posse, sed si quis vtrunque assequeretur, hunc dicemus diuinam illam harmoniam adeptum esse, qua deum mundi molem gubernare putamus, cuius vis ac potentia arte ac ratione mulcetur.

Molliores igitur illi qui facile ex sententia decidunt, in illud Sophocleum incurrunt, quo dicitur, Subita persuasio, praua est ad scelus. At quum deinde ex leui illa persuasione delinquimus, tunc facti nos poenitet, res tamen ipsa in integrum non redit. Integrum enim id dicimus, ex quo nihil deletum mutatumque a pristina forma est: sed ita permanet vt ante fuerat, vnde Agatonis sententiam Aristoteles probat, qui negat diuinæ etiam potentia' esse, infecta omnino reddere que semel facta sunt.

Poenitentia autem illa in viro excellenti turpis omnino habenda est. Nam (vt preclare ait Cicero) nihil turpius in sapiente est, quam dicere, non putabam. Vt vero temperamentum grauitatis, & mansuetudinis aliquando Romani facerent, collegam M. Catoni iuniori viro seuerissimo ei

qui deinde Vticensis dictus est, Marcellum dederunt, qui suapte natura vir adedò pronus ad gratiam erat, ut nihil cuiquam negare sciret, & sic duritorem illam Catonis mentem, cum nimia illa Marcelli facilitate temperarunt. Catonem tamen seniore[m] illum qui nonagenarius Servilium Galbam ad populi iudiciu[m] vocavit, mira fuisse temperantia scribunt, ut esset gravis cum lepore ac sale. Raro quidem est eiusmodi homines invenire. Sunt qui hunc Catonem per similem Homericò Nestori faciant: sed & severitatem iucunditate condire, & gravitatem comitati coniungere, magnum ac perdifficile videri solet.

M. Cato.
Vticensis.

DELATORES AB REGIIS

auribus non prorsus exigendos.

Titulus 1111.

Nero.

Nero imperator dira crudelitate exarabilis, tantum delatoribus detulit, et falsi etiam quæ deferebantur, pro quibus quidam ac compertis acciperet, & quamprimum gravissime sævissumæque vltimeretur, & ex minimis causis malorum cumulum exaggerabat, & facta etiam dubia vi tormentorum vera videri adigebat. Carnifex, vincula, & cruentæ quæstiones, sine discrimine vltimæ ætatis vel dignitatis semper præstò aderant, & calumniatorum funestas voces expectabant, quibus aut defendentibus nunquam patebant.

Non tamen hac eo consilio dixi, ut affirmem

delatores omnino à regio aspectu arcendos esse, nec illis verum dicentibus non credendum, sed cautè cum illis agendum esse duco. Incidit enim plerunque temporà, in quibus ea deferantur, quæ non modò utilia verum etiã salutaria principibus futura sunt. Et certè si Iulius Cæsar delatorios libellos evestigio lecitasset, nec præ animi magnitudine contempsisset, oportunitatem sui intermendi coniuratis non præbuisset, qui sub fida specie vendicandæ libertatis, impiis armis non modo urbem ipsam & Italiam omnem pessondarunt verum etiam vniuersum terrarum orbem miscuerunt, egeruntque quod in senatu prudenter ac verè dixit Piso, Qui gloriantur se vnum interemisse tyrannum, complures pro vno nobis protulerunt. Quod paulò post ex triumphatu Antonij Octavij, & Lepidi manifestè patuit quorum sæuitia omnium tyrannorum immanitatem superavit.

Cæsar.

Piso.

Vera est prorsus Domitiani Cæsaris sententia illi, quum dicebat miseram esse principum conditionem, quibus de cõiuratione comperta non crederetur, nisi occisis. Nec C. Cæsaris cognomento Caligulæ, mentem omni ex parte probò, qui dicebat se ideo delatoribus aures non adhibere, quòd nihil unquam admisisset cur cuiquam iniurius esse posset. Cui veniorem Solonis vocem esse duco, qui dicere solebat, in maximis rebus administrandis difficillimum factu omnino esse omnibus placere posse. Proinde illum laudo, qui cum aliis imperet, meminit se principem esse, & inuidiæ caluniisque multorum ob-

Caligula.

Difficillimum est omnibus placere.

noxiū, in quem ciues omnes ora obuertunt sua nec tam benefacta laudant, quā minus belle acta vituperant linguasque in principes sic vibrant, vt trilingues serpentes esse videantur, & in eum solum omnia inuidie spicula dirigunt, vt sagittarum omnes in praefinitum signum intendunt. Vitellij autem Cæsaris ignauitiam irridendam puto, cuius in animum tanta torpedō irreperat, vt si principem eum esse ceteri non meminissent, ipse perlanē oblitus fuisset.

Sunt etiam qui minus prudenter illud à Julio Cæsare dictum factūque putent. Nam obsecratis amicis compluribus, vt satellitum praesidio corpus suū tueretur, & vltro ad eam rem operam suam pollicentibus, id omnino recusauit, satis multo esse affirmās semel mori, quā assiduo timore, iugique animi anxietate torqueri. Sed caueat sibi diligenter quicūque imperat, etiā si probitate atque omni virtute polleret. Nemo enim tam sanctus atque innocens esse potest, vt singulis quibusque placeat, & ab omnibus optimus iudicetur. Impotentiam itaque potius animi, quā sapientiam Tragica illa vox ostendere videtur, qua dicitur, Melius est semel ruere, quā sepe pedere.

Dionysij Syracusani nimis patulas delatoribus aures improbandas omnino esse arbitror. Non enim sinebāt illum neque per diem quieto vnquā esse animo, neque per noctem somnum capere. Domesticorum necessitiorum nemini se credebatur satellitibus barbaris ac seruis stipatus semper incedebat. Concionabatur ex alta turri. Collum ac guttur ne tonsori committeret, barbā & ca-

Vitellij Cæsaris ignauitiam.

Iulij Cæsaris dictum.

Seneca.

Dionysius Syracusanus.

pillum candentibus iuglandium putaminibus a. Cic. in 2. de darebat: qua custodia nihil miserius dici aut excogitari potest.

Sed vt nimiam fiduciam nequiquam probandam cenfeo, sic nimiam timiditatem abhorrēdam.

Peripateticorum sanctam mediocritatem sequebamur: nec faciles nimium delatoribus erimus, nec difficiles nimium. Vt enim nimia facilitas illos ad calumniam inuitat, sic nimia difficultas à veritate absterret. Monendique imprimis erunt, vt vera loquantur: & increpandi admodum, si ambigua aut ficta comminiscantur. Princeps enim qui delatores vanos non coercet, vltro eos ad nequitias impellit, vt Domitianus Cæsar dicere solebat: qui etiam fiscales calumnias magna calumniantium pœna retaliabat.

Domitianus. Cæsar.

CALVMNIATORVM DELATORVMQUE RATIONES PERDILIGENTER RIMETUR PRINCEPS, TALIONIS PŒNA CALVMNIATORIBUS STATUTA.
Tit. v.



Socrates delatores calumniatorēque comprimendos esse censuit, & falso accusantibus talionis pœnam statuit, vt eam in seipos vltionē formidarent quam in alios innocentes meditarentur.

Antiphilus pictor inuidia concitus, Appellem per calumniam Ptolemæo Aegypti regi detulit, quod apud Tyrum cum Theodecte in eum conuassisset. Qua ex re præclarus ille artifex in carce-

Antiphilus. Apellis calumniator

Lucianus. rem coniectus est: sed rei veritate agnita, inno-
Apellis ta- cens inuentus è carcere educitur. Itaque periculi
bula in ca- memor Apellis tabulam cū eiusmodi calumnie
lumnatio- argumēto pinxit, vt Lucianus refert. Vir quidā in
ros. solio sedebat, maximis auriculis arrectis, quales
midas. Midam regem habuisse dicunt, huic aderaut mu-
 lieres duæ, quarum altera ignorantia, altera sus-
 picionis faciē præ se ferebat. Et ipse venienti con-
 tra se fœminæ, quæ Calumnia dicebatur, dexterā
 extendebat. Huius pulchritudo mortalium for-
 mas longe antea videbatur: facie ornatu, colore,
 admiranda erat, & sinistra manu accēsam faciem
 præferēbat, dextera autē puerum crinibus præhē-
 sum trahebat, manus in cælum tendentem, deū-
 que testatē. Hanc anteibat vir quidā toruis o-
 culis, aspectu luridus, & macilentus, vt du agro-
 tasse videretur, quem luorem, esse quispiam o-
 pinari posset, cui comites aderant. fœminæ dux,
 quarum altera fraus altera proditio dicebatur. Ab
 his non longe aberat mulier quædam, mœsta ad-
 modum, & pannis obfusa quæ pœnitenti vocabatur.
 Hæc pulvere ruborē, que per fusa, oculos atter-
 tebat, & aduenientem posse veritatem matronā
 grauem ac seueram valde verebatur ac formida-
 bat. Argumentum huius pictæ tabellæ, & Apellis
 ingenium ostendit non modo picturæ fuisse
 idoneum, verum etiam maximis meditatio-
 nibus: & calumniæ naturam plâne exprimit,
 quæ liuore ducta innocentem criminatur,
 ac deinde pœnitentia sceleris sui met-
 ret, & ab luce veritatis abhorret. Erit igitur opti-
 mi principis munus, veritatem omnibus in rebus

diligenter indagare, & eam inuentam defendere *Pindarus.*
 Erit enim (vt prælare ait Pindarus, Lyricorum
 pœtarum elegantissimus) virtutis maximum
 principium, veritatem diligenter tueri. *Ex Quint.*
 Porro vir prudens ac sagax ex male congruen- *cap. 2. lib. 4.*
 tibus delatoris verbis sæpenumero veritatem e-
 licat, & in memor mendax ex suo sermone de- *Alexander*
 prenditur. Hinc fluxit verus illud prouerbium, *accusatorē*
 mendacem memorem esse oportet. Vera est enim *audiens, au-*
 sententia illa innocentis Demetrii in Perseum *rem aberā*
 fratrem, perperam eum Philippo patri deserē- *obstruebat.*
 tem, qui ait, Cæcus criminandi cupiditate ani-
 mus, dum omnia suspecta efficere vult, aliud ex
 alio confundit. Quod quidem sentiens in ignis
 Alexander, pulcherrimum de seipso spectaculum
 præbebat, cū in capitali iudicio accusatorē
 audiebat, alteram siquidem aurem opposi-
 ta manu obstruebat, vt illum ex gestu moneret,
 alteram indefessam atque integram responsuro
 confestim reo præseruari. Nolum tamen quem-
 piam existimare me duriorē ac difficiliore prin-
 cipem laudare, cū plane nouerim duram ni-
 mium acerbam que seueritatem non minus ciui-
 tatem labefactare, quàm blandā ac mollem faci-
 litatem. Sæpe enim fit vt vnus improbi sup-
 plicio multorum temeritas comprimatur. Sed vt
 extrema fugienda esse duco, sic (vt pauō ante
 dixit) mediocritatem complectendam esse sta-
 tuo.

*pœna vnus
 metus est
 multorum.*

LIB. QVARTI
PRINCEPS VANIS DELATORVM

*vocibus non moueatur, regnumque esse
sciat, quum bene fecerit,
malè audire.*

Tit. vi.



uiibus placere studeat rex, vt sapienter
præcipit Cias Prienensis, sed id grauitè
seuerèque agat: Ne nimis quadam in-
lulgentia ac facilitate mollis, leuis at-
que inconstans esse videatur. Sequatur quoque
eiusdem sapientis sententiam, qui præcipit vt in
deliberando princeps tardior cunctatiorque sit, in
eo autem quod prudenter elegit, cōstanter deinde
perstet ac perseueret. Puerile enim est, & simi-
le leuitatis iudicium, in sententia non persistere,
ac facillè verbis permoueri. Tritum est enim ve-
rustate prouerbum, cūctanter consulendum esse,
mox autem celeriter agendum. Inter cetera Clau-
dij Cæsaris vitæ probra plurimum inconstantia
deprehendebatur, tum quòd in cognoscendo ac
decernendo mira animi varietate esset, tum quòd
nunc circumspectus ac sagax videbatur, nunc verò
inconsultus ac præceps, nōnunquam autem fri-
uolus, & amenti persimilis, adeò vt sui dissimi-
lior in dies fieri videretur.

Sunt etiam nōnulli alij calumniatores, qui rem
non principi aut regi deferunt, sed disseminantes
mordaces susurros, vt passim in vulgum prodeant
principibus etiam ipsis æmuli obrectatorèsq̃ue
esse videantur, & clanculum illos probris ac con-
uiciis incessunt, vt eos inuisos populo reddant. Hi

*Claudij Cæ-
saris incon-
stantia.*

TIT. SEPTIMVS.

157

comprimendi, coërcendisque sunt, & non leuiter *Calumniati-*
puniendi, ne veneno suo multorum animos infi- *tores prin-*
ciant, qui deinde occasionem nacti in principes *cipum gra-*
sæuere audeant, vel saltem videndum est, vt etiam *uiter punie*
si velint, nocere nequeant: exemplo Octauij Au- *di.*
gusti, qui ad Tiberium scripsit hæc verba: Nō in-
dignari oportet, esse quenquam qui de me male
loquatur: satis est si hoc habemus, ne quis nobis
malefacere possit. Huius sententiam deinde quum
imperaret Tiberius imitatus est, domestica disci-
plina perdoctus. Nam aduersus conuicia malòs-
que rumores firmus ac patiens semper fuit, cre-
bròque in familiari sermone iactabat, in libera
ciuitate mentem ac linguam liberam esse oport-
tere.

Nero quoque imperator, qui ad sæuitiam im-
manitatèmq̃ue natus videbatur, nihil æquè pa- *Nero conui-*
tienter tulit, quàm conuicia & maledicta in se *tiorum pa-*
ipsum iactata. Quinetiam à senatu grauioribus *tientissimus*
pœnis affici prohibuit, quos publicus vindex de-
tulerat.

Vespasianus etiam maledicta in se vibrata & *Vespasia-*
quo animo pertulit, & Demetrium Cynicum in *nus. Deme-*
inire obuuium, ac neque assurgere, neque se *trius Cyni-*
lutare dignantem, oblatrantemque etiam nescio *cus.*
quid, satis habuit Canem appellare. Neque enim
memor aut vltor maledictorum vnquam extitit.

Titus quoque eius filius, quem præ mansuetu- *Titus huma-*
dine ac facilitate delicias humani generis appella- *ni generis*
bant, exemplo paterno non modò malè in se di- *delicia.*
cta tolerauit, sed duos etiam patricij generis iuue-
nes conuictos de affectatione imperij pertulit, ni-

hilque amplius eos monuit, nisi vt desisterent, eos edocens imperia non nisi diuino fato dari.

Julius vero Cæsar vt in omnes clementissimus *Julius Cæ-* extitit, sic etiam in illos qui contra se oblatrabant, *sar Clemen-* quos quidem inhibere maluit, quàm vindicare. *tissimus. c.* Nam acerbè in se loquētibus satis habuit pro con- *Memmius.* cione denunciare ne perseuerirēt. Et Cæij Mem- mi) cuius asperimis orationibus non minore as- peritate rescripserat, etiam suffragator mox in pe- titione consulatus fuit. Et C. Caluo poëtæ post famosa epigrammata, de reconciliatione per ami- cos agenti, vltro ac prior scripsit, vt Suetonius testatur.

Epaminun- Epaminundas quoque Thebanus, quem Cice- *das. Plutar* ro totius Græciæ principem appellat, æquo sem- *chus in apo* per animo calumnias tulit, asserens fortitudinis ac *phtheg. sci-* magnanimitatis esse maledicti contemnere. *in hoc Ale-* Inhibeat igitur exēplo Cæsar's male in se dicta *xandro ma-* optimus princeps potius quàm vlciscatur, & opti- *gno tribuit.* me agendo sciat malam omnē auditionem abo- *Sapientis of* leri. Regium est enim (vt ait Antisthenes) male au- *ficium.* dire, quum bene egeris. Sapientis quidem vni *Callisthenes* officium Cicero esse dixit, ne quid stulte aut te- *Ex Vale.* mere contra princip's ac potentes dicat, aut fa- *max. lib. 7.* ciat. Et Aristoteles Callistheonem discipulum as- *de sap. dict.* sinēque suum ad Alexandrum regem profectu- *Et fa.* rum saepe monuit, vt de illo semper optime ar- que honeste loqueretur, neque aliorum silentium expectaret, sed linguæ sua ipsamet taciturnitatem indiceret.

TIT. SEPTIMVS 158
EFFRENATAM MALEDICENDI
licentiam ciues coirceant.
Tit. VII.



Vi male in reges ac principes dicunt, *Dionysius se-* communi omnium odio digni sunt. Ir- *cundus.* ritant nanque eos ad seuitiam, & non- nunquam ex mitibus acerbos reddūt. Dionysius secundus principio nō habebatur cru- delis, sed quam ex desidia ac nimia luxuria sagi- nam corporis, & oculorum lippitudinem contra- xisset, male à compluribus audiebat. Proinde quam putaret se contemptui, odioque haberi, in omne genus seuitiæ, quasi truculentissima fera conuersus est.

Sunt igitur qui in principes oblatrāt, ab omni- *Maledicti* bus ciuibus comprimendi. Ac etiam si male in se *puniendi.* dicta æquiore animo principes ferrent, nihilomi- nus in illos grauius animaduertendū est: ne pau- corum improbitas latius serpat, & ad multorum perniciem euadat.

Memnon, quum pro Dario rege bellam aduret- *Memnon.* sus Alexandrum gereret, audiuit stipendiarium mi- *Ex Plutar-* litrem quandam grauius maledictis in Alexan- *cho in apo-* drum obstrepere: qua ex re commotior factus, lanceam accepit, & percutiens illius caput, ait, *phtheg. ad* Equidem te nutrio vt pugnes contra Alexan- *Traianum.* drum, non autem vt cōiiciis eum incessas, vt ostē- deret dux ille inelytus, etiam in hostem neu- tiquam maledicendum esse. Possunt enim princi- pes sententiam illam Zenonis vsurpare, qui quum criminaretur quòd male in se dicta grauiore *Zeno.*

animo ferret, ait, Si maledicta a quo animo tuleris, ne laudes quidem sentiam.

Phocion Atheniensis. Phocion præclarus ille cinis Atheniensis, quum audiret Demosthenem Alexandrum regem grauius maledictis laceßere, Noli (inquit) demens sæuum leonem stimulare, & iuuenem quem gloria & imperandi cupido incendit, in patriam prouocare, ne incendium maximum in hanc opulentissimam urbem tua temeritate conflēs. Quis enim eos ciues audire potest, qui per imprudẽtiã & se & alios perditum ire pergunt?

Nauis pœta. Romani summo odio profecuti sunt maledicos, quod quidem ex hoc exemplo patet. Diligebant ciues omnes Næuium poëta: illius ingenium admirabantur: & quum fabulas ederet, magna cū voluptate frequenter aderant. Is tamen maledicentiæ vitio laborabat, & in principes ciuitatis plurimum oblatrabat. hoc quum Romę percrebuisse à Triumuiris in carcerem coniectus est, & tandiu in custodia asseruatus, donec duas scripsit fabulas *Sofitheus.* Arcolum, & Leontem, in quibus delicta sua, & petulantiam dictorum fassus est, & probra omnia quibus multos læserat, deleuit ac recantauit. Deinde poscete populo à Tribunis, è carcere exemptus est, & pristinae libertati redditus.

Simili consilio Athenienses Sofitheum poëtam theatro exegerunt. Nam quum fabulam recitaret, in qua quorandam iuuenum qui philosophiæ operam sub Cleanthe philosopho tunc magni nominis dabant, mentionẽ faceret, dixissetque, Quos Cleãthis infania destruit: adessetque philosophus,

& eodem vultu præstaret, ac si in eum nihil diceret: commoti sunt omnes spectatores, & eiusdem poëtam grauius viciscebantur. Tum Cleãthes indulgendum ei esse exclamauit, asserens iniquum omnino esse, Herculem ac Liberum patrẽ à poëtis illudi, nec aliqua iracundia permoueri, se autem leui maledicto indignari. Qua quidem voce populi furor compressus est, & Solitheus poëta scenæ redditus.

Optimè Magnesijs Daphitam Grammaticum conciuem suum cruci affixerunt in Thorace monte vrbis finitimo, quod versibus suis reges maledictis ac probris laceßeret, & præcipuè Lyfimachum, quem vehementer formidabant, ne eiusmodi iniuria percitus iram suam in eos euomeret.

Quæ quidem res multis aliis exemplo extitit, vt & famosis versibus abstinerent, & linguæ petulantiam coercerent. Transiuit siquidem in proterbium, quo quidem dicebat, Caue à Thorace.

Demosthenis in Philippũ scripta, causam præbuerunt, vt summus ille orator ad supplicium posceretur, Et illa Ciceronis in Antonium, exitio auctori suo extiterunt. Sapienter igitur Pythagoras dicere solebat, Potentium iram ac tumentem indignationem non esse irritandam. Nocent etiam calumniatores plurimum optimis ac doctis simis viris, quorum vitam carpunt, benedicta addeprauant, & honesta laudis præmia auferunt, ac posteritatis memoriam nonnunquam damnant.

Diotimus Stoicus infesto animo in Epicurum suum fuit cuiusque famæ semper acerrimè aduersabatur, cui inimicis calumniisque, ac maledictis eum vehementer in se-

*Cleanthes.**Daphitas grammaticus cruci affixus.**Caue à thorace.**Demosthenis proterbium scripta sua perdidit.**Ciceronis philippica, auctori suo exitium at-tulere.**Diotimus stoicus epicuri inimicus.*

Clabatur. Et vt dictis maiorem fidem faceret, ac clariore argumento niti videretur, quinquaginta circiter turpes atque impudicas epistolas falso nomine, quasi ab Epicuro scriptas edidit, quæ quum ab amulis atque obreclatoribus circumferretur, quamquam aduersionæ erant, bonis tamen nonnullis variis doctrinam Epicuri suspectam reddiderunt, & nullus etiam causam præbuerunt, vt in illum scriberent, ducti falso ac commentitiorum literarum testimonio, vt qui putarent se Epicurum ex sua ipsius sententia vincere.

Sed ne vltra metas curramus, vt dicitur de adulatoribus, ac calumniatoribus hæcenus dixisse satis sit. Nunc autem quoniam animus noster constat ratione & appetitu, velut homo ex animo & corpore, videndum erit vt animus munere suo optime fungatur. Est autem munus animi ratione bene vti quod quidem tunc erit, quum cauere quæ cauenda sunt, & ea egerit quæ secundum rationem fuerint: quod quidem nihil aliud erit nisi ex virtute agere. Est enim virtus, perfecta & absoluta ratio quam sapiētis animus semper sequitur. Nos autem in hoc opere regē ac principem quem instituimus, ad veram sapientiam dirigimus. Euellamus itaque imprimis, si possumus, ex eius animo non modo perturbationum omnium radices, sed & minutissimas quasque fibras, quæ quidem relictae sensim repunt, & rediuiuæ pullulant, ac tandem crescunt, donec nos ad insaniam miseriamque rapiant. Atqui haud scio an satis sit eas lenire, vt peripatetici dicunt. Nam ex paucis recidiuis feminibus, vt rustici aiunt, pessimæ herbarum sege-

Virtus.

tes renascuntur, & malè etiam obrutum incendium, maximam nonnunquam flammam excitat.

Seramus ergo veræ virtutis semina, quæ quum deinde adoleuerint, paruo tempore nos ad veram felicitatem perducent. Principis enim virtus, non vnus dūtaxat viri est, verum eiusdem boni complures etiam participes fiunt, & plerique etiam illos imitantur exemplum. Vera est enim Isocratis sententia, qui ait, ciuitates penè omnes principum suorum vitam æmulantur. Et sicuti ex vnus priuati viri virtute felicitas ad eum solum manat, qui cum virtute agit, sic rursus ex principis exemplo felicitas in complures diffunditur. Maxima enim pars ciuiliū institutionū in principum moribus cernitur. Nam sicuti lex ciuitatis est forma, sic princeps vitæ exemplar esse perhibetur.

Isocratis sententia.

De perturbationibus animi lenientis deinceps dicemus: Zenonemque & alios Stoicos hac in re præcipuè imitabimur, exemplo Ciceronis, qui ab illorum præceptis parum admodum discedit, diuertit tamen aliquando ad veteres Academicos, à quibus quidē Peripatetici magna ex parte fluxerunt vt facile dignoscemus Aristotelē tot iuges ac continuos annos Platonis fuisse discipulum, à quo verbis potius quàm mente discedit, per iocū ne, an per calumniam, incertum.

LIP. QUARTI.
 QVOT SINT ANIMI PER-
 turbationes, & quod leniri aut
 cuelli ex animis per solam
 virtutem possint.
 Tit. VIII.

Ex Cicero.
 Tusc. quæst.
 lib. 4. Ani-
 mi quatuor
 affectiones.


Perturbationes animi, quas ex Zenonis
 sententia commotiones animi à recta
 ratione averfas definire possumus, vel
 ex veterum Academicorum mente,
 affectiones animi rationi minus optemperantes,
 vel irrationabiles & præter naturam animi mo-
 tus, vel appetitiones nimium abundantes, præci-
 pue quatuor sunt, & æqualiter bifariam distri-
 buuntur. Duæ enim sunt ex opinione boni, quarum al-
 tera lætitia gestiens, & præter modum elata opi-
 nione præsentis alicuius magni boni, rationi non
 optemperat: altera quæ cupiditas, vel libido rectè
 dici potest: & est immoderata appetitio opinari
 alicuius magni boni rationi etiam repugnans. Quæ
 duo quidem genera bonorum opinione turbantur,
 ut duo reliqua metus & ægritudo malorum
 opinione commouentur. Sicut enim metus opi-
 nio est magni alicuius imminentis mali, sic ægritudo
 opinio est præsentis alicuius magni mali.
 Hi turbidi motus omni contentione, & remis ve-
 lisque (ut dicitur) fugiendi sunt: si volumus hoc
 quod datum est nobis vitæ, tranquile placidèque
 traducere. Habet enim ardorem libido leuitatem
 lætitia gestiens, humilitatem metus, ægritudo au-
 tem tabem, cruciatum, afflictionem, sceditatem.
 Quæ singula animum perturbant, nec sinunt
 quiete

TIT. NONVS 161
 quiete vitare, quando à vera ratione discedunt:
 idcirco in sapientis animum non cadunt: proinde
 ab optimo rege ac principe longè aliena esse de-
 bent. Est enim libido appetitus vehemens contra
 rationem excitatus, vel cupiditas quædam effrena-
 ta: quæ ubicunque dominatur, adeo virtutes om-
 nes perimit, ut nullum locum, nullumve præsi-
 dum sanctissimè etiam innocentie esse permittat,
 ut Crassus orator ille disertissimus dixit, & impro-
 bos probat, probos autem improbat.

Sapienter quidem Diogenes Cynicus dicere
 solebat, Cupiditatem arcem esse omnium malo-
 rum: cupiditati subiectæ species sunt eiusmodi, in-
 digentia, ira iracundia, ex candescètia, odiù discor-
 dia, desiderium, amor. Hæc eadem libido, siue cu-
 piditas (de nomine enim hoc loco non laboro,
 utrunque enim probat dicendi ac scètiendi sumus
 auctor M. Tullius) coercèda est antequam passim
 diffundatur, & animum omni ex parte inuadat.
 Effrenatus siquidem cupiditate animus non faci-
 le virtutis ac rationis habenis regitur. Aversatur
 enim honestos ac salutare monitus, ut ait Plato,
 & velut infrenis equus calcibus moribusque in-
 sultat, & sefforem excutit atque exturbat.

LIB. QUARTI
DE INDIGENTIA SIVE A-
naritia, quam graeci ενδεια vo-
cant. Titul. IX.

Indigentia.



Indigentia, quae à plerisque Graecorum
ενδεια dicitur, prima cupiditatis spe-
cies esse perhibetur. Hanc Stoici di-
ūt esse libidinem quādam inexplebilem,
vel cupiditatem immoderatam. Ea fit quum eo
nō potimur quod cupimus, incendimurque qua-
si frustra, & ad illud inuitamur. Per hanc Plato a-
uiditatem auaritiāque intelligit. Docet enim, ab
eo qui diues aifatim fieri vult, non cumulandam
esse pecuniam, sed sedandam cupiditatem, quan-
dō nunquam liber ab inopia esse possit, qui nul-
lum cōstituens cupiditari modū, semper diuitiarū
ardore torretur. Scitē admodum Stoici dicere
solebant, Magnam indigentiam nasci, non ex ino-
pia magna, sed ex magna copia, multis enim eget
qui multa possidet. proinde minus habēdū esse, vt
minus defit. Cato verō senior multis se egere fate-
batur, se tamen nihil cupere affirmabat, dicebat
enim, Si quid est quo vtar, vtor, si non est, ego
sum cui per me ipsū vti ac frui liceat. Vtio mihi
dant quidam, quōd multo egeo: at ego illis, quōd
nequeant egere. Illud quoque eleganter dicitur,
Auaritia studium pecuniae habet quam nemo sa-
piens concupit, ea quasi malis venenis imbuta,
corpus animūque virilem effoeminat: semper in-
finita est, atque inexplebilis: quae neque copia ne-
que inopia minuitur, ei enim tam defunt quae
habet, quā quae non habet. Cui etiam nihil

refert quantum habeat, quum multo plura sint
quae non habet. Nec vlla animi perturbatio est,
quae magis odium pariat his qui gubernāt, quā
auaritia, quae omnes virtutes perimit eneruat, at-
que obscuriores reddit, & imperia quoque saepe-
numero euertit. Hoc docuit M. Cato in oratione
quum pro emendandis moribus ad Quirites ha-
buit, quū ait, Luxuria & auaritia duae pestes sunt,
quae omnia magna imperia enerterunt, Haec ani-
mi perturbatio non modo multitudinis odium in
principes concitat, verū etiam nonnunquam
subitam vltionem inuitat.

Achaus Lydiae, Mæoniaeque rex gentilitio a-
uaritiae crimine ardebat. Is crebra ac graua popu-
li tributa semper imperabat, in quibus exigen-
dis saeuus, improbus, atque inexorabilis erat: ve-
rū quum tantam iniuriam diutius populi ferre
nequirent, nocturna tessera inter se data, subito
hominum cōcursu illum cum omni familia truci-
dauerunt, & regia incensa, eius cadauer vneo tra-
ctum in Pactolum flumen demerserunt, vt aurife-
ras aquas semper potaret.

Eiusmodi odium vt fugeret Darius Xerxis pa-
ter, quum tributa praesides taxare iussisset, princi-
pes prouinciarum accersuit, rogauitque num gra-
uari essent, respondentibus illis mediocriter se ha-
bere, statuit vt dimidium soluerent, ne quae aua-
ritiae suspicio ei obijci posset.

M. Crassus is qui apud Parthos nimiae aui-
ditatis poenas dedit, plurimis virtutibus ornatus
fuit, quas omnes solius auaritiae sordibus obscura-
bat. Cui etiam hoc natura insitum fuit, vt in aliis

cognosceret, quod in seipso ignorabat. Nā quum ipse auarissimus, esset grauiter tamen maledictis ac probis auaros omnes infestabatur, quasi cunctos homines sui similes odio haberet, sibi que soli liceret auaro esse.

Auaritiam Aquilio duci Mithridates Pontitex exprobrasse videtur, quum ei capto aurum in os fudit. Sunt tamen qui putēt illum eodem exemplo carpsisse Romanum populum, perinde ac fecit Iugurtha, qui rempublicam Romanam venalem esse dixit, & cito perituram, si emptorem inueniret

Cn. Pompeium, quem magnum instar Alexandri cognominauerunt, summa beneuolentia Romani pene omnes complexi sunt, & humanis omnibus honoribus eum affecerunt: eius tamen patrem Pompeium Strabonē, qui in re militari nonnulla præclara facinora egit, & præcipuè contra Rhetos, qui Italiæ incumbentes Veronam crudeliter vastauerant, summo odio habuerūt, propter inexplebilem illius auaritiam, quæ quidem ei plus odij atque inuidiæ, quam opum ac diuitiarum attulit.

Liberalitas summopere principem commendat, quam Aristoteles mediocritatem circa pecunias esse statuit, cuius excessus prodigalitas sit, defectus autem auaritia. Hanc nonnulli veterum frugalitatem appellant, eamque plurimum laudant, quippe quæ id imprimis efficiat, vt superuacanearum rerum appetitu ac cogitatione sublata, vtilem quandam mediocritatem sectetur. Hæc ἀφέλεια sive εὐτέλεια à Græcis dicta maxi-

Cicero tu sc.
3. hanc virtutem. σωφροσύνην
Græcè vocatam ait.

mam à doctissimis philosophis assecuta est laudem, vt que bonæ valetudinis parens sit, & inimica luxuriosis epulis, opiparisque mensis, aliena ab breuiate, atque ab omni immodica libidine. Per hanc Caro senior non modo rem familiarem, sed & publicam augeri ait. Quæ quidem tanti fuit, vt per se sola hominē satis commendaret. Nā Piso frugi cognominatus est, quasi vir omni virtute accumulatus. Sed nos notiore verbo liberalitatem frequentias appellabimus.

Quis non iure optimo Thessalum Scopam irriserit, qui ideo se felicem beatumque haberi dicebat, quòd plurima possideret, quæ nec sibi nec suis vni vnquam essent? Nec complures illas scemias chlamydes, quas Lucullus quasi neglectas habebat, illum beatiorem fecisse arbitror, si habendi cupiditate & ambitione semper ardebat. Ignorata dominis suis bona, furibus potius atque expilatoribus profunt, quam illis ipsis.

Scopa.
Thessalus.

Est etiam quædam falsa species liberalitatis flagitiosa admodum, quum quispiam in summa auaritia sumptuosus est, vel per luxuriam profusus: qualem Piso Othonem fuisse criminatur, quum ait. Falluntur illi quibus Othonis luxuria speciem liberalitatis imponit. Perdere iste scit donare necius. At virtus ipsa nihil prodigit, nihil sibi demit, nihilòque indiget. Nam vt corpori optima valetudine affecto non purpura, aut sumptuoso vestimento nec aliquibus deliciis opus est, sic humana vita non exquisitis, sed vilibus copiis contenta erit.

Optime Epicurus naturæ opes definitas para-

bilésque esse sentit, quum diuitiæ inaniam opinionum infinitæ sint, & nunquam parari possint. Nec tamen is sum, qui contraria contrariis medicorum more curari putem, vt avaritiam effusione emendem, sed sanctam illam Peripateticorum mediocritatem omni ex parte probandam esse censeo.

Priscis enim illis Romanorum seculis quibus vitæ mores castigatioris erant, in pari turpitudine habebantur, & qui maiorû suorum facultates per luxum prodigebant & qui paternas opes sine honesta causa subito augebant. Vnde iactabunde de se gloriantur in senatu Syllæ quidam senator ait, *Quoniam modo vir bonus esse potes, qui quum nihil à patre acceperis, tot diuitiis atque opibus tam paruo tempore affluas?* Et ex contrario Epicarmus Comicus ille Siculus in prouersum ac sumptuosum quendam ait, *Non benignus tu quidem, nec liberalis es, sed prodigentiæ morbo laboras.*

Præclare Plato mediocritatem effert in libro tertio de republica, his ferè verbis. *Pellendæ sunt ex ciuitate diuitiæ, pellendæ etiam paupertas, illæ enim delicias, ocium, & ambitionem afferunt: hæc autem humilitatem, seditionem, & turpem queritum.* Qua opinione ducti nonnulli legumlatores leges statuerunt de æquando patrimonio inter ciues, quas deinde obliterari passi sunt, propter nimiam æqualitatis difficultatem, paruum enim tempore industriæ rem suam augebant, desideres autem ad nihilum redigebant. Et iniquum admodum videbatur rursus patrimonia

partiri, & industriam desideræ paræm facere. Sic etiam æqualitas honorum, quæ *ισοτιμία* Græcè dicitur, vix per legem seruari posse visa est, quum alius per virtutem & industriam ad singula quæque munia idoneus esse videatur, alius autem per turpitudinem & socordiam ab omnibus reipublicæ muneribus omnino extrudendus sit. Romanis igitur res in medio, vt præmium, & pœna iudicium virtutis ac culpæ facerent.

Prodigentiæ quidem in priuatis ciuibus pro luxuria habetur, in principibus autem pro magnanimitate ac beneficentiâ à plerisque laudari solet. C. Cæsari priuato profusionis vitio dabatur, quod nimius in impensis esset, quodque antequam vllum inisset magistratum, trecentorum talentorum æs alienum contraxisset. Vnde quum in Iberiam prætor mitteretur, facere ait, *Trecentis sibi talentis opus esse, vt nihil haberet: hoc est, vt æs alienum solummodo persolueret.* At postquam rerum potitus est, profusio ipsa nomen virtutis accepit, & benignitas, grauitudo, ac magnificentia nuncupata est. Nec id mirandum esse censeo. Reges enim ac principes, quibus nihil deesse potest, non pecunias contrahere, sed illis liberaliter vt debent, & amicorum opes, ciuiumque beneuolentiam, suis putare diuitias, de quibus vere dixisse Martialis videtur quum ait.

Extra fortunam est, quicquid largitur amicis.

Quis dederis, solas semper habebis opes. Hoc etiam locupletior testis probauit Alexander. Nam quum omnia amicis elargiretur, & iam regias ferè omnes opes absumpisset. Quid tibi

Prodigentiæ Cæsaris profusio.

rex superest inquit Perdica. cui Alexāder, Spes ait Tum Perdica, Hæc nobis commilitonibus tuis etiam tecum communis erit.

Niti's.

*Paupertas
imperatoris
probri non
est.*

Hæc Nitæ ratio mihi placet, quam clarus in re bellica apud Athenienses habitus est, qui variis sumptibus ad voluptatem exquisitis, grati admodum se populo reddebat, sed ad Iuliani Cesaris sententiam magis accedo, qui opum contemptor semper extitit, & virtutis ac veræ gloriæ affectator. Is dicere solebat, Se liberum pectus habere, nec pudere imperatorem, qui cuncta bona in animi cultu ponit, honestam paupertatem profiteri.

Scipio verò maior quam accepisset liberalitatem ac magnificentiam suam à M. Catone in senatu exprobrari, ait pecuniæ rationem à quaestoribus reposcendam esse, ab imperatoribus autem rei bellicæ rationem, Diuitias habendas esse dicebat Solon, non tamen per iniuriam quæsitas, sed honesta aliqua ratione partas. Male enim partas (vt ait Cicero) male dilabuntur.

Demades Atheniensis orator, quem extemporanea oratione etiam Demostheni prætulerunt, magnas diuitias turpiter ac per iniuriam quæsiuit, & eas quamprimum per luxuriam prædegit, in eo enim sola libido dominabatur, nullumque modum sumptibus statuebat.

Euripides opes Capanei laudat, dicitque illum ex eis nunquam animo fuisse elatiorem, sed modestia vitæ se similem cuiunque inopi semper gessisse.

Valerius, cui pietas in patriam Publicolæ co-

gnomentum dedit, non modo in comparandis diuitiis ab omni iniuria abfuit, verum easdem in aliis subleuandisque pauperibus consumpsit, vt qui omnino duceret, quicquid humanis v'sibus ex opulentiis superesset, id omne beneficè benignèque tenuioribus erogandum esse. Sic Thebanus Pelopidas, qui opulentissimus splendidissimisque omnium ciuium suorum habitus est, amicis suis indigentibus opem semper afferebat, aded vt sibi diuitias, non se diuitias inferuire ostenderet.

Sed hæc de indigètia siue de auaritia prima cupiditatis ac libidinis specie satis, ne in exèplis percontandis ambitiosior esse videar. Nunc verò ad reliquas species pergamus.

DE IRA, IRACVNDIA, EX- candescencia, odio, & Discordia.

Tit. x.

Secunda cupiditatis species ira dicitur, quam qui ex naturæ ratione exponunt dicunt esse sanguinis feruorè, accensio-nemque eius ad præcordia. Qui verò eius affectum definiunt, dicunt iram esse libidinem quandam siue cupiditatem puniendi eum qui iniuria læsisse videretur, vt Cicero Zenoni affertens determinat.

Huic comes accedit iracundia, quæ iisdem au-
toribus est dispositio siue cupiditas vlciscendi, *Tusc. 3.*
tempus obseruans. Hæc quidem in habitu ac dispositione est, illa verò in actu ac feruore: vnde

vna sine altera aliquando esse potest. Fit enim quandoque, vt quispiam iracundus sit, & non iratus, & secus, vt sit iratus & non iracundus: quem admodum pot. et esse: liquor ebrius, & non ebrius vel contra ebrius, & non ebriolus.

Huic terra comes accedit excaudescētia, quæ est ira nascēs, & modico p̄st tēpore deficiens huius affectus est lōge minor. Calor enim ille quamprimum deferuet ac decidit, & à ratione ipsa vincitur. Nā si persisteret, & diutius maneret, fieret odium quod quidem (vt Cic. placet) est ira inueterata, vel (vt Zeno ait) est cupiditas quædā qua male ali. ui optamus, cū vtilitate aliqua, vel prouentu nostro.

Hanc cupiditatem comiratur discordia, quæ ex Ciceronis sententia est ira acerbior, intimo odio & corde concepta. Hac animi perturbatione quicquid ciuis laborat, inutilis est rei publicæ, & in hominum cœtu importunus habetur. Dissidet siquidem ab aliis, nemini cedit, omnemque humanam societatem dirimit, principum aulas perturbat, seditionibus, ac partibus omnia inficit, hinc conspirationes coniurationesque oriuntur, hinc cedes, direptiones, veneficia, & pestes illæ tertimæ quæ status omnes publicos priuatosque labefactare solent. Cuius quidem Salustij sententia pro oraculo habenda est, quum ait Concordia parvæ res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. Per hanc interitū omnibus humanis societatibus paruit Xenophō. Et Plato in lib. de repub. eam pluribus rationibus execratur. hæc est discrepantia ac contentio illa, per quam vetustissimi poetæ mundana omnia dissolui atque interimi putauerunt,

*Discordia
quid. lib. 4.
Tus. quest.*

quæ ἀλλοτῶ ab illis dicitur, & primaria inter infernales furias habetur. Hi omnes affectus similitudinem quandam inter se mutuam habent, vt alteri succedat, ac si ab altero duceretur. Idcirco comprimendi sunt antequam liberius vagetur, & nos ad insaniam furorēque compellat. Et imprimis ira, quæ quum ferocius excanduit, hominem precipitem rapit, adeo vt ab infamo ac furioso paululum quippiā absit. Oculi, color, vultus, gestus, vox, clamor, verba, propè furētis atque insanientis hominis esse videntur, qui nisi quamprimum ad se redeat, ac agnatos omnino atque affines (vecordium furiosorumque more) reiiciendus erit.

Optime Pythagoras Samius, qui taciturnitatis priusquam sermonis precepta tradebat, discipulos suos monebat, ne quid vnquam per iram dicerent aut fierēt. Vnde Archytas Tarentinus, vt præceptoris sui monita sequeretur, quum villico seruo qui grauius deliquerat, fortè succenseret ait: Punitem nunc te, nisi iratus essem. Timebat enim ne ira percitus, sanctam moderatamque iustitiæ vltionem transgrederetur.

Hæc Pythagorica præcepta si tenuisset Eurylochus Pyrrhonis discipulus, nūquam sumpto verum cum carnibus semiaffis in forum vsque coquum per iram persecutus fuisset.

Nonnulli reges principēve aliquando ira perciti ea efficiunt, quorum deinde penitentia ducti, vt infecta fierent, magno emerent. Per iram Clitum peremit Alexander, paternæ militiæ, ac suæ fidissimum ac certissimum comitem. Per iram etiam Dionysius Syracusanus dilectum à se

Archytas.

*Plut. in apo
phthg. di-
ctum hoc
Charillo tri-
buit.*

pulsionem, & in deliciis habitum pugione transegit, quorum vtrunque ad eò facti pœnituit, vt vix à seipso manus abstinuerit.

¶ Periander Corinthius ira etiam accensus sub calcibus missam vxorem, quæ in vtero puerum habebat, interemit, deinde mentis compos factus, quum comperisset id à se per calumniam peicicū actum esse, rursus ira excanduit, & eas omnes igne cremari iussit. Filium quoque suum Lycophrona nomine præ matris interitu ciulantem abdicauit, & in Corcyram vsque relegauit.

Lysander Lacedæmonius iræ morumque acerbitate, grauem ac terribilem potentiã tyranni demque exercuit, adeo vt non immerito conciuus eius Etheocles dixisse videatur, quum ait bene actum cum Græcia esse, quòd duos Lisandros non protulerit.

Idem de Sylla iure optimo dicere poterant Romani, cui præ ira ac sæuitia nullus iucundior lusus ac iocus erat quàm cruor, quàm cædes, quàm vnci ac secures, & ante oculos ciuium trucidatio, qui (vt alia eius sæuitiæ, atque iracundiæ exempla omittam) Q. Lucretium Offellam (cuius opera prænestinam urbem ceperat, Marium consulem obsederat, sinemque victoriæ adeptus fuerat) in foro ipso ense transfodit, nullam aliam ob causam, nisi quòd consulatum peteret antequam prætor exitisset. Quinetiã Syllæ ira quæ vniuersam Italiam ciuili sanguine inundauerat, aliquando in auctorem suum pessimum virus euomuit, Nam quum in Puteolano rure grauiter ægrota-
ret Sylla audissetque pecuniam pro reficiendo ca-

pitolio à Decurionibus cunctatius pensitari, præcipiti ira subito excanduit, & immoderatæ vocis imperu ruptis præcordiis, spiritum cruore mistum exhalauit: & qui per iræ impotentia tot hominum millia peremerat, postremò seipsum perdidit.

Cassius quoque impetuusus & iracundus extitit, & sæpius per iram quàm per auaritiã, quæ etiam laborabat, à recto discessit. Æquior Sertorius, qui minime omnium ducum se iracundiæ permisit

Cato iunior non ab ira immunis omnino fuit, ad quam & si tardior erat, tandem commotus, implacabilis inexorabilisque esse videbatur.

Claudius Cæsar quum sibi conscius esset, se per iræ & iracundiæ imperum sæpe peccare, vtrunque excusauit edicto, pollicitusque est alteram perbreuem & innoxiam futuram, alteram verò non iniustam. Qua quidem sententia declarauit improuissam illam motionem se non posse ex tempore reprimere, quam quidem Peripaterici afferunt non esse in hominum potestate, illam verò aliquo iudicio confirmatam, non iniquam fore sed quasi iustitiæ vltionem. Sed quo quisque à natura generosior est (vt ait Plato in libris de republica) eo minus irascitur: hinc quidem esse ait, vt ad rationem percipiendam, ille etiam promptior sit. Hoc manifeste in pueris cernitur, qui quum iracundi sunt, serò admodum rationis compotes sunt, & ad studia literarum hebetiores existunt, minus dicto parer, minusque imperata facessunt. Ad illam Platoniam sententiam accedit Quintilianus quum ait, Quo quisque est maior, magis est

placabilis iræ.

Et faciles motus mens generosa capit.

Aristoteles sapiētem dixit neque ira, neque alia perturbationibus vacare, sed temperatè ac modicè commoueri. Eisque mediocritatem quandam, quasi virtutis terminū ac limitem assignat: & iram fortitudinis comitem esse opinatur, & vtiliter quoque à natura hominibus datam esse censet. Fluic sententiæ neque Stoici, neque veteres Academici consentiunt. Dicunt enim sapientem sine iræ perturbatione, ac stomacho secūdam rectam rationem agere posse, & virtutis munere fugi: putantque has opiniones moribus nostris eblandiri, & illecebras communis vitæ esse, quòd facilius homines duriora illa relinquentes, in mitiorem hanc sententiam accedant. Dicunt quoque pugnam rationis esse aduersus voluptatem, & alios turbidos animi motus, in qua quidè virtutis ac sapientix palastra cernitur.

*Epist. I. ad
fr. lib. I.*

Præclare Cic. Quint. fratrem suum, qui tum Asiæ præerat, monet, vt si vitare non poterit quin ab iracundia subitò eius animus occupetur, saltè vt se antè comparet, quotidieque meditetur resistendum esse iracundiæ: cūmque ea maxime animum moueat, tum diligentissime linguam continendam esse, quæ virtus non multo minor sit, quàm omnino non irasci, quum illud, non solum grauitatis, verum nonnūquam lenitudinis esse possit, moderari verò & animo & orationi, quum sis iratus, aut etiam tacere, & tenere in sua potestate animi motum ac dolorem, & si non est perfectæ sapientiæ, tamen est non mediocris ingenij.

Hæc Ciceronis precepta diligenter tenenda sunt, vt iracundiam comprimamus, ne in furorem deinde rapiamur, sumusque vel nobis ipsis vel aliis iniurij. Cernimus enim nonnullos quos vulgò homines prudentiores, doctoresve putant, quadam iræ impotētia in se ipsos etiam grauitè peccare. Inter Æschilum, & Sophoclem poetas fuit aliquando (vt solet) de poetica contentio non mediocris, in qua iudicio omnium qui aderant, Sophocles prælatas est. hanc sententiam iniquo animo tulit Æschilus, & adeo ira excanduit, vt amicorum omnium aspectum fugeret, & cuestigio in Siciliam pergeret, & apud Gelam urbem in modico quadam suburbano lateret, in quo paruo tēpore morore ac tæbe quam per iram ac dolorem contraxerat, perit.

Idem accidisse scribunt Calchanti auguri deuenti ex Troiano bello. Nam quum in Ioniam ad Colophoniam peruenisset iuxta lucum Clarij Apollinis, in certamen diuinandi cum Mopsio etiam augure deuenit: à quo victus Calchas vehementi ira atque morore adeo excanduit, vt quæprimum morrem obierit.

Antimachus Colophonius, & Niceratus Heracleotes adolescentes in poetica clari, certatim inter se (vt moris est) Lyfandri laudes versibus canebat, verum quum Niceratus gratior Lyfandro esset ab eo Anthimacho prælatus est, & aurea corona donatus, tam etsi tacito doctissimorum hominum qui aderant iudicio ille longe inferior in poemate extitisset. Antimachus mirum in modum ira ac dolore concitus exarsit, carmenque

*Æschili
mors a Pli.
c. 3. lib. 10.
& à Val.
Maxim. lib.
6. de morte
non vulg.
aliter nar-
ratur.*

aboleuit & iam à Musis discedere, eâque abdicare destinabat. Aderat Plato, & ingenium Antimachi admiratus, placido eum sermone mitiorem placatioremque reddidit, ac Musis conciliavit docens corrupti animi cecitate, non verò iudicio Niceratum ei fuisse prælatum. Quibus ex verbis Antimachus compos sui factus, iram euomuit, & ad Musas rediit, atque in præclarum poëtâ euasit.

Accidit etiam sæpenumero, vt implacabilis irarum qui præfunt, qui que aliis imperant, subditos in desperationem compellat: quippe qui nullam gratiam nullamque æquitatē, aut veniam sperare possint.

Succen fuerat aliquãdo populus Romanus Ptolemaeo Cyprio regi, quòd minus imperio obtemperaret, minùsque mandatis obsequeretur, Mittitur illuc cum imperio M. Cato, quem paulò antè dixi hominem fuisse durum, iræque immedicabilis cuius aduentum quum accepisset rex, desperata omni hominis clementia mortiferum veneni poculum exhaustit, quo nuncio accepto, Cato iter meturandum censuit, Cypriumque quamprimum se contulit, & quod per iram vlcersi nequuerat, per auaritiã est vltus. Nam contractis regis opib⁹, regiãque suppellectile, omnia auctiõni exposuit, pecuniãque à licitatoribus acceptã ad numerum circiter septem millium talentorum Romam peruexit. Qua quidem ex re varij rumores orti sunt, aliis iram ac nimiam seueritatem Catonis acculantibus, aliis auaritiã, seu immoderatam quandam parsimoniã in crepantibus: nonnullis etiam factum probantibus. Si mitior quispiam illuc

illuc perrexisset, veniam gratiamque clementissimi populi non desperasset Ptolemaus, neque sibi mortem conleuisset, quã sine Romanorum inuidia nequaquam esse potuit, Regium enim nomen sacrosanctum apud omnes gentes semper erant, & intactum, atque inuiolatum. Tunc primum Cyprus stipendiaria populo Romano facta est, insula clarissima & duabus vrbibus nobilitata, Salamina, & Papho, quarũ altera Iouis delubro, Veneris templo insignis habebatur: illic enim Venerem pelago emeritam fuisse quum Concha deueheretur, poëtã fabulantur.

Pachitas quoque Atheniensis, cuius ductu & auspicio Lesbos subacta extitit, à bello victor rediens gestarum rerum rationem vt redderet poscebatur, quam quũ reddidisset, & quid acceptum impensumque esset, non satis liquidò conueniret, seueritatem odiũque in se iudicum, & inimicorum calumnias adedò formidauit, vt nullo expectato iudicio se ipsum gladio transegerit.

Ira igitur quum liberius vagatur, nullis que rationis habenis regitur, ægritudo quædam quasi immedicabilis fit, & in odium (vt dixi) conuertitur, quod quidem pertinacius humanis animis insidet, cogitque eos ad diras illas atque execrabiles vltiones, & ad fraternas acies, alternãque bella prophanas decertata odiis, vt cecinit Statius, & ad tragicas illas nunquam dapes, à quibus Solem aufugisse, atque aciem auertisse fabulantur. Proinde videndum est, vt iræ feruor quamprimum extinguatur, inueteratus enim odium fit, & magna cum difficultate sedatur.

Odium ab ira manare eleganter docuit *Mato*,
quam dixit.

Enei. 10.

Haud aliter iustæ quibus est Mezentius ira:
Non vlli est animus stricto concurrere ferro.
Quum illum odio esse vsitatus dicere potuisset,
Odium veterem iram esse, non modò ex *M. Tul-*
lij definitione, & ex Stoicorum sententia dicere
possumus, sed & ex Græci verbi, vnde (vt arbitror)
ducitur, interpretatione, siquidem ὀδυνη per
iram, dolore significat, Et ὀδυνη dolor est vehe-
mentior, & præcipuè qui ex iracundia manat, &
diutius torquet. Decet igitur principem ab odio
semper vacuum esse, vt animi tranquillitate per-
petuò fruatur, nec semper vindictæ tempus ex-
pectet.

Chilo.

Chilo vnus ex inclytis Græciæ sapientibus,
duas odij & amoris affectiones intra modum
coercuit. Ait enim, Hactenus ames velim, tan-
quam aliquando ofurus: & hac itidem tenus o-
deris, tanquam fortasse deinceps amaturus.
Sed de ira, iracundia, exandescencia, discordia, &
odio satis. Nunc autem de amore ac desiderio di-
camus: quæ duæ species perturbationum superio-
ribus adduntur, & inconstantes animos pluri-
mum vexant.

de variis philosophorum ac poetarum
super eo opinionibus.

Titul. x i.



Morem maximum affectum esse, mul-
tis argumentis ostendere possumus, &
Platonis quoque auctoritate probare,
qui inter quatuor species diuini furo-
ris eum connumerat: quarum vnamquamque di-
uino alicui Numini subijcit, vt ostendat eandem
præter naturalem potentiam aliquid maius, &
quasi diuinius agere. Harum primam vaticinium
appellat, eique Appollinem præficit. Secundam
mysterium, cui Bacchum, Tertiam poësim, cui
Musas. Quartam amorem, cui Venerem.

His furoribus & diuinari, & futura multa præ-
uideri posse aurum *Lacydes*: & nonnulli noui
Academici dixerunt, Amorem esse diuinum my-
sterium ad excitationem conseruationemque iu-
uenum datum mortalibus exemploque ostendunt.
Dicunt enim *Ariadnes* amorem *Theſeum* à maxi-
mo periculo liberasse, cùm que clarum, indu-
strium, solertemque reddidisset. Eodémque pasto
Medæ amorem *Iasonem* virtutibus illustrasse,
& cum victoriæ compotem reddidisset. Addunt
quoque amorem quasi inuentorem quendam ex-
tuisse plurimarum artium, cuius rei exemplum
eiusmodi ponere possumus. Scribunt vetustissimi ar-
tē illam figuralem (quā *χηματικὴν* Græci appel-
lant, quàmque *Praxiteles* matrē statuariæ sculptu-
ræ ac celaturæ esse dixit, vt qui quāuis in omnibus

præstaret, nihil tamen vnquam fecerit antequam
 finxerit) amoris beneficio fuisse inuentam. Affir-
 mant enim Debutadem Sicyonium eam Corin-
 thi inuenisse filia opera, quæ quum sponsi amore
 teneretur, & ille in militiam profecturus esset, vt
 desiderio eius minus tabesceret, & ex simulacro a-
 moris solatium caperet, vimbram ex amati sponsi
 facie ad lucernam in pariete lineis circumscripsisse,
 sumpto ex igne extincto carbone. Pater aurem
 eius rei nouitatē admiratus, lineas atq; gilla impres-
 sit, primamque formam fecit (erat enim figulus)
 & quum ceteris fidelibus duratam igne cōcoxit;
 res ex similitudine admiranda omnibus visa est, &
 proinde Veneri consecrata diutius in templo man-
 sit. Huius puellæ exemplum complures præstan-
 tissimæ sceminæ prius seculis imitatae sunt quæ
 virorum desiderium pectus imaginibus emoluit,
 facilius eorum redditum expectauerunt, vt de
 Laodamia Protefilai vxore veteres poëtæ testan-
 tur. Sed ad amorem redeo.

Stoici amaturum sapientem dicunt, & præcipuè
 iuuenes illos, qui cum famæ venustate indolem
 peregregiam habent, & acumine ingenij pollent;
 quasi speciem futuræ virtutis, non formam, aut æ-
 tatis molliem beneuolentia complectantur. Quia
 in re admirari se summopere ait Cicero, quod ne-
 mo formosum senem aut informem adolescen-
 tem diligebat, deinde quasi coactus in hanc senten-
 tiam accedat, addit, Sit sane sapientis amor, vt di-
 citis (non enim repugno) dummodo sit sine soli-
 citudine & suspirio.

Addit præterea iidem philosophi amorem co-

natum esse amicitia, firmamentumque beneuo-
 lentia, quod quidem ex formæ venustate, non ex
 amplexu corporis posciscatur. Dicunt etenim
 Trafonidem eiusdem disciplinae philosophum pe-
 reximum, quum in potestate haberet pusionem
 quem vnice adamaret, semper abstinuisse, ne ma-
 le audiret, odioque haberetur.

Amorem amicitia esse vinculum Chrysippus in
 libro de amore scripsit, neque illum vitio dandum
 esse existimat, quando quidem pulchritudo virtu-
 tis sit flos, Verius tamen (vt mihi videtur) Socra-
 tes pulchritudinem definiuit, qui eam modici tem-
 poris tyrannidem esse dixit. Theophrastus verò
 tacitam deceptionem. Sed hanc Stoicorum sen-
 tentiam non statuit Zeno, quanquam eorum
 princeps habetur, dicit tamen amorem esse inex-
 plebilem quandam libidinem ingerentem se per
 placidam pulchritudinem. Addit etiam amorem
 in præstantis ingenij viros non cadere, quippe qui
 studio industriaque insidietur.

Peripatetici autem quum amicitiam definiant
 esse æquitatem reciproca beneuolentia, eiusdem
 tres species esse dicunt necessitudinem, hospitali-
 tatem, amatoriam. Huius tertiae principatum de-
 lectationem tenere aiunt, quæ per aspectum pul-
 chritudinis percipitur. Quicumque enim aspectu
 non delectatur, nequaquam amare potest. Cum
 deinde hic amor mutuis beneficiis, & studio vir-
 tutis innititur, plerumque in optimam amicitiam
 euadit, quæ etiam discedente forma remanet.

Venustas quidem gratissimum naturæ munus *Amor.*
 habetur. Ego autem is sum, qui cum illis sentiam,

qui amorem dicunt insatiabilem cupiditatem ac libidinem esse qua quum primùm potiti, expleti, que sumus, in pœnitentiam quandam inidimus, quæ quamprimùm decedit, rursusque animus libidine accenditur, adque facere quærimus, quod quum fecerimus, iterum fecisse pœniteat.

Domesthenes Lais. Hec est illa De nosthenis vox, qui excitatus Laidis meretricis forma, quum audiisset dimidium talentum pretium noctis esse, Ego (inquit) pœnitere tanti non emo. Sed illam venustatem quam modo dixi gratissimum naturæ munus haberi, sunt qui putent nequaquam optandam esse, tum quòd eius flosculus, quàm breuissimus sit, tum quòd pauci eorum ad virtutem utiqueant, quando prima illa eras mollis admodum sit, facilè que decipiat. Plures enim sunt qui pueros in illecebras propellant, quàm qui eos ad bonâ (ut aiunt) frugem redigant. Non erit igitur admirandum

Bellerophon Tragicum illum dixisse, Raris forma viris, secula prospicæ impunita fuit. Et fabulæ Bellerophonis & Hippolyti manifestis exemplis rem indicant.

Alcmena. Nunc autem ad institutum redeo. Amorem inexplabilem esse cupiditatem docet fabula illa, qua inducitur Iupiter in concubitu Alcmenæ noctem triplicasse, cum vna in eo neuiquam libidinis ardorem sedauisset. Nec etiam admirandum est Iouem tam longæ noctis concubitum aureo poculo, quod lyrici Græci Chatchesium vocant, Plautus autem pateram appellat, redemisse quum tripla illa vox triplex etiam munus exigeret. Quid dicemus etiâ quòd qui amat, perpetuo

igne torretur, nunquâ quiescit, & cõtrariis animi perturbationibus semper agitur? Audi adolescentem illam apud Plautum de amoris difficultatibus eiulantem. Iactor, crucior, agitor, stimulator, verfor, in amoris rora miser exanimor, feror, distrahor, diripior, vbi non sum, ibi sum, ibi est animus.

Audi ardentem Tibuleum:

Ah ego ne tales possem sentire labores,

Quàm malle in gelidis montibus esse lapis!

Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,

Naufraga quam vasti tunderet vnda maris.

Et infelicissimum omnium animalium amatorem esse declarat Propertius, quum ait.

Durius in terris nihil est quod viuat amante:

Nec, modò si sapias, quod minus esse velis.

Et amoris curæ amatores non ipsa in morte relinquunt, ut ait Virgilius,

Audi etiam quam medicinam adhibeant huic insano furori vetustissimi Poëtæ, dicunt enim Leucaten editam præruptamque petram in Leucadia esse, in qua Appolinis phanum cernitur: illic etiam præcipitem saltum esse aiunt, qui ad sedandos amores plurimum valet. Ex quo Cephalum primùm saltasse tradunt, quum amore Prarolæ Degeneti filiz impatienter arderet.

Menandro autem Getæ videtur Sappho Lesbica Phaonis desiderio percussa omnium prima desiliuisse, qui ad hanc sententiam eiusmodi versus protulit.

Præruptam nacta in transitu petram.

Cupidinis œstro percita, è summo præceps ruit.

In Amphitryone.

*Plautinus
Alcesimarchus in Cistellaria.*

*Propertius.
li. 2. elegia.
18. de ex-
clusione.*

*Cephalus
Sappho.*

Ex animi tui sententia, rex imperiose.

Quibus exemplis facillè intelligere possumus amorem potius ex stultis insanos facere, quàm in animum sapientis cadere. Quid insanus esse potest, quàm à seipso discedere, nec secum habitare, sed in alieno corpore degere? Miserà dicimus seruatorum conditionem, quoniam ex dominorum imperio omnia agant, miserior est eorum qui amant. Herum namque longe magis importunum habent, quàm seruitia, quæ à dominis alantur ut viuant, utque in officio atque opere persistent, non autem ut præcipitentur ad mortem.

*Amantium
miseria.*

Plato.

Plato dicebat animum eius qui amore tenetur, in suo corpore mori, in alieno autem viuere. Sūt qui hanc sententiam Catonis esse putent, quoniam ipse eandē crebris sermonibus vsurpabat. Menander poëta doctissimus nō iniuria Cupidinem imperiosum regem appellat, quandoquidem homines nonnunquam in interitum præcipitat, vel ad ea quæ turpiora ac perniciosiora sunt morte.

Menander

*L. Flami-
nius Valer-
maxi. lib. 2.
de censoria
nota. ca. 3.*

Atqui ut taceam infinita illa quæ in fabulis scribuntur, quæque etiam in Scenis ac Theatris quotidie aguntur, ne videat cōmentitium quicquam aut fictum referre, L. Quintius Flaminius quum consul esset, in Gallia Placentinam quandam meretricem tam vesano amore exarsit, ut illius imperio vnū ex captiuis securi percuti iussit, in quem Cato grauius inuectus est, & Censoria nota cum inussit.

Tarentini.

Sed ut grauiora quædam recenseam, compellit saepe amor ad perfidiam, proditionemque manifestam. Tarentini à Romanis ad Hannibalem de-

fecerant, qui præsidio vrbs brutios milites reliquerat, horum præfectus urbanam quãdam puellam impatienter ardebat, cuius frater cum Q. Fabio, qui consul urbem obsidebat, militabat. Cernior huius amoris factus Fabius, iuuenem accersiri iussit, egitque ut clam sororem adiret, & de prodicione cum ea ageret, illa negotio suscepto, amatorem ad se vocatum in facinus hortatur: qui venis illecebris pellectus, conditionem non renuit & in sequenti nocte ea parte qua cum Brutiiis custodiibus sibi commissis excubabat, Romanos milites accepit. Et hoc pacto Fabius sine vulnere ac sanguine ex amatoria causa Tarantina vrbe potitus est, quam quidem militibus diripiendam præbuit: cuius præda adeò opulenta exitit, ut cum Syraculanis manubiis adæquaretur.

Lucius Catilina vir scelere notior quàm virtute rebus gestis, aut vlllo maiorum splendore, adeò amore Aureliæ Orestillæ insaniuit, ut filium, quem ex alia vxore susceperat, adolescentem in dolis peregre gregæ, necauerit, quum eius nuptias illa viuo filio recusaret.

Publius quoque Clodius tam insani furoris fuit ut tres sorores suas ante nuptias stuprauerit, nec deinde dubitauerit sacra deæ Bonæ polluere, quæ per noctem celebrabantur à mulieribus, nec cuiquam virorum, interesse licebat. Nam quum pro populo sacrum Bonæ deæ fieret apud Iuliū Cæsarem (cuius vxorem Pompeiam ille impatienter amabat), foeminea veste indutus, primò inter mulieres latuit, deinde quum per ædes erraret, rogatus ab ancilla Aureliæ matris Cæsaris quid quæ-

*Tarentinū ve-
nus expu-
gnauit.*

*L. Catilina
filium suum
interemit.
Sall. i. bel-
lo Catilin.*

*P. Clodius
tres sorores
suas venere
polluit.*

reret, Auram pompejæ pedisequam se quærere respondit, verùm illa ex voce virum esse cognosces, exclamavit, mulieres excitæ cõcurreunt, portas claudunt, domum scrutantur, & Clodium latentem in quodam cubiculo deprehendunt. Fit reus Clodius de pollutis sacris, & de sororum incestu accusatur. Sed corruptis iudicibus per lenocinij flagitium, iudicium euasit. Matronarum namque & ingenuorum puerorum noctes magno emptæ, pretium turpitudinis iudicibus extiterunt.

Diodes pifitrati filius, qui ei in tyrânide successerat, ex amatoria causa vitam atque imperium amisit. Nam quum nobilem quandam virginem Atheniensem adamaret, & eam per vim stuprasset à fratre puellæ crudeliter trucidatus periiit.

Laodice autem Mithridatis regis soror ac cõiux tam impiè in adulterij amores exarsit, vt redeunt ex lōga militia viro, quasi illum festis epulis lætisque conuiuio acciperet, venenum miscuerit à quo ex consuetudine notæ antidoti vix euasit.

Semiramis. Semiramis regina tanti nominis, quæ virtute ac rebus gestis reges omnes Assyrios præuertit, vidua cum esset, amoris illecebris pellecta, eos ex militibus suis eligebat, quos forma & robore prestantiores esse cernebat, & eosdem aliquandiu in delitiis habitos tandem necabat, ne stuprum secum admissum aliis proderent.

Ariarates. Ariarates Cappadociæ rex, supremum diem obiens, sex virilis sexus filios superstites sibi reliquit, quos ex vxore Laodice genuerat: verùm illa metuens ne ab administratione regni adulter suos, quæ perditæ amabat, à filiis prohiberetur, quinque

ex illis patriciali poculo necauit. Vnum qui adhuc à nutritoribus alebatur, à materno furore ac diro scelere cognatorum custodia eripuit. *Qui de Laodices parricidat in filios* inde matris (quæ paruo tempore post concursu totius populi propter nimiam feruitiam trucidata est) successit in regno, & regiam sobolem iam propè per scelus extinctam propria virtute instaurauit.

L. Pedanium Secundum vrbis præfectum scribit Cornelius Tacitus à proprio seruo fuisse interfectum, qui ei admodum infensus erat amore cuiusdam exoleti, quum nec dominum quidem amoris sui riualem, atque obtrectatorem perferre posset.

Quinetiam Pausanias Lacedæmoniorum dux, qui *Pausanias.* Mardonium Medum vicit, ab Argilio adolescente cuius infano amore tenebatur, accusatus quod Græciam Persarum regi prodere vellet turpissimam mortem subiuit: & non modò vitam amisit ex amatoria causa, verùm quæ sitæ laudis gloriam perpetuo dedecore obscurauit.

Sed vt hæc tam tetra scelera omittam, compellit plerunque amor ad ea flagitia, quæ aut turpia sūt, aut dignitatem diminuunt.

L. Vitellius, à quo Vitellius Cæsar natus est, vir *L. Vitellius.* innocens & industrius, amore tamen libertinæ aded infaniuit, vt infamis haberetur. Illius nanque saluis melle commistis quotidie palàm arterias, & fauces pro remedio fouebat: qua ex re omnibus ladibrio habebatur.

Turpius verò Galba, qui in exoletos semper exarsit: quorum nonnullos palàm arctissimis complexibus osculisque excipiebat, & quum cõfestim

Plut. in vi. ta Alcibiadis. vt vellentur imperasset, seducebat. Alcibiades patria ciectus, grato hospitio ab Agide Lacedæmoniorum rege acceptus est: verum ille ingrato animo in reginam vnicam illius coniugem exarsit, quæ quidem Timæa nomine dicebatur, & eam in suam volutatem pellexit: ex qua etiam Leotychidem genuit filium: vnde etiã gloriabundus exultabat Alcibiades, quod quum Atheniensis esset filium suscepisset, qui aliquãdo apud Lacedæmonios regnaturus esset.

Philippus. Philippus Macedo non multum honoris dignitati suæ cõsultit quum Larissen saltatricem tam perditè adamauerit, vt fabulam de se populis traderet. Ex ea quidem genuit Arideum filium, qui post Alexandrum aliquãdiu regnavit. Nec etiam infamix nota caruit Philippus, quum Atali sororem (repudiata Olympiade Alexandri matre propter adulterij suspicionem) duxit uxorem.

Ipse quoque Alexander odium non paruum Macedonum contraxit, quum post maximas victorias Rhoxanem barbaram, & modicis ortam natalibus, virginem tamen conspicuæ formæ, vt primùm eam in conuiuio conspicatus est, ita subito amore exarsit, vt eam uxorem duxerit nullo amicorum in consilio adhibito, quum tot opulentissimas regum filias sibi vltro oblatas respuisset. Fuit autem Rhoxane Bactriana Oxyartidis filia, & inexpugnabili illa Petra, quam per prodicionem inuasit Ale. ã ler, cuius altitudo stadiorum quindecim fuisse dicitur, ambitus verò octoginta, in cuius vertice planicies feracissima erat, quæ ex annuis fructibus quingentos homines aleret.

Vecordiæ etiam esse docti veteres putauerunt, propriis vxoribus nimis ardèter indulgere, vt Demetrius faciebat, qui vxorum voluptatibus aded se permisit, vt regum omnium intemperatissimus esse videretur. Sed huic incontinentiæ furorem etiam addidit, quum victo fugatoque Ptolemao Ægypti rege, Lamiam canendi modulandique peritissimam præter alias omnes impatientius arsit.

Turpe etiam fuit Cleomeni Lacedæmoniorum regi, quod uxorem tam perditè adamauerit, vt plerùmque ingruentibus maximis periculis clam ab exercitu noctu discederet, & magnis itineribus Spartam cõcederet, vt uxorem, cuius desiderio deperibat, complecteretur. Maiorem tamen in coniugem amor libertatem habere videtur, qui sine suspitione & obrectatione omni ex parte esse debet, & iræ iracundiæ que omnino expers. Quod quidem vt ostenderent vetustissimi, lunoni (quam matrimonij deam purabãt) quum sacrificarent, hostiæ fel adimebant, & iuxta aram infodiebant, significantes coniugium amoris ac suauitatis plenum esse debere, & bile, stomacho, ira, iracundia, atque omni amaritudine vacare. Est enim fel iracundiæ sedes, vt inspectores naturæ docent. Et Plinius affirmat nihil aliud esse fel quàm purgamentum pessimi sanguinis. Docet quoque nonnullos homines inuentos esse, qui sine felle sunt, quorum valetudo firmior, & vita longior fuerit, vulgòque aiunt eiusmodi homines paciores placidioresque esse, & sine omni mala malitia.

Sed ad amorem redeo. Assyriorum reges nomine iure optimo ludibrio contemptuque habiti sunt: quod Nini iunioris exemplo responsa omnibus per internuncios darent, & segni ocio in scæminarum turba senescerent, quasi nihil felicius putarent, quàm in scortorum grege desideret.

M. verò Antonius nimium amoribus indulgit, & animi corporisque virtutes effceminavit, & adeò insanæ mentis in Cleopatram precipuè extitit, vt Octauiam vxorem, Octauij Cæsaris sororè, quæ eum mira benevolentia complectebatur, neglexerit, quum illa Romæ palàm exclamaret, turpe admodum esse duos Romanos imperatores bello concurrere, alterum amoris gratia, alterum quòd sororis pellicem ferre non posset, verum quum ad arma ventum esset, sicuti causa iustior in octauiò, ita & belli fortuna superior fuit. Vincitur Antonius, & tertiam imperij totius orbis terrarum partem amittit, vñque sibi ipsi affect. conscius insanæ turpitudinis suæ.

Claudius quoque Cæsar ad furorè vsque vxorius fuit adeòque ei indulgit, vt quasi addictus, nõ se vt principem, sed vt ministrum egerit. Harum enim studio honores, imperia, exercitus, munera, impunitatèque elargiebatur, per quas quidem ad pristinam vecordiam rediit. Nam adolescens adeò æqualibus suis irrisioni fuit, vt in conuiujs, comestationibusve, olearum palmularumque ossibus ab illis crebro incessetur.

Mithridates quoque quem paulò ante diximus infidam Laodicem sororem ac coniugem habuisse, Hippocrateam aliam deinde vxorem sic

impatenter amauit, vt sine ea in militiam proficisci nequaquam in magnis etiam periculis voluerit, passusque est illam tonsa coma & virili habitu armis & laboribus militaribus consuescere, & obdurare, ne punèto quidem temporis ab eo illa discederet.

Hic amoris affectus non modo animum ægitudine perturbat, verum etiam corpus ægrotatione nonnunquam afficit, quod quidem faceto ac iucundo cauillo ostendit Antigonus rex. Nam quum accepisset Demetrium filium languentem in lecto iacere, ad eum visendum ac salutandum (vt moris est) accessit, & quum ante fores cubiculi esset, scortum formosissimi oris (cuius amore filium teneri rumor erat) offendit, tum ingrediens Antigonus postquam eum salutauit, & vt bona spe fortique animo esset, dixit, egroti brachium attrectauit, vt venarum, arteriarumve intentionem motus, ac remissionem scrutaretur. At Demetrius meliuscule se haberi ait, quando quidem paulò antè febris discessisset. Hic molliter aridens rex, Verum (inquit) ais o fili, ego enim eam pro foribus cubiculi inueni.

Antigonifacetumcauilum in Demetrium.

Hoc loco nequaquam tacenda mihi esse videtur admiranda quædã Seleuci Syriæ regis in filium indulgentia, quæ quidem eiusmodi fuit. Mortua Antiochi matre Seleucus Stratonicem Demetrii Macedonum regis filiam virginem, ætate integra & forma cõspicua duxit, quum ipse iam senior esset, hanc quum quotidie cerneret adolescens filius, miro amore ardebat, sed pudore cohibitus rem tacito silentio premebat.

Atqui ut in amore dicitur

Quoque magis regitur, tanto magis aestuat ignis, quum meminisse secretum suum credit, nec ratione aliqua cupiditatem hanc à pectore amoliri potest, in graues febres, subitamque agrotationem incidit: Nec ullis remediis curari poterat, sed in dies grauius se habebat: per inediam mori destinauerat, potius quam morbi causam palam faceret. Erasistratus medicus pereximi⁹, qui eius curationi praeerat, quum subitam accessionem remissionemue febrium fieri cerneret, ex aduentu discessuque Stratonices, quae crebro ad illum visendum vitro coniuncta accedebat, animaduertit iuuenem nouercae amore tabescere: non tamen audebat re ad eum indignam, ac tanti periculi, sic temere regi aperire sed illum seductum flens horratur, ut forti animo perferat si quid filio acciderit, quando ille desiderio rei ardeat, quum potiri nequeat, profusus deficiat. Tum Seleucus miserabiliter mœrens adiurat nihil tam arduum esse, quod pro vnici filij adolescentis salute agere detrectet. Hic medicus, frustra inquit niteris amor nanque, vxoris meae hunc perimit, quam ad eum diuertere nequiquam viuus patiar tum pater flens atque eiulans, quum medico nullis pollicitationibus persuadere posset ut eius vxor filio suo morigeraretur, exclamat, Vt nam saltem Stratonicem meam adamaret. Enimvero, Erasistratus ait, rem tenes, istuc quidem est quod huc vsque tacui ne iram tuam in me prouocarem. Nunc autem quando tu ipse dixisti, non est amplius dissimulandum tute filio, si libet, moribundo adesse poteris. Hinc effectum est ut filio dilectam

coniugem Seleucus abdicaret. Et sic saluti atque incolumitati redditus est, qui nullis aliis remediis euadere poterat. Nuptiae Stratonices & Antiochi ingenti apparatu, & celebri concursu principum ac populorum celebratae sunt, omnique admirabantur regem tam propere delicias connubij sui filio addicisse, & illam ex regina regis nuptiarum fieri aequo animo pertulisse.

Nullam amoris veniam Masinissae amico indulgit Scipio. Nam quum illius praecipue opera Syphacem Numidiae regem & Hasdrubalem viceret, illorumque castra expugnasset, Sophonibam Syphacis vxorem Hasdrubalis filiam captiuam Masinissa subito amore exarsit, vxoremque eam duxit: hoc quum Scipioni percubisset, vocatum ad se Masinissam grauitur obiurgauit, docuitque ex Romano iure id nequiquam licere.

Qua increpatione permotus rex venenum amatam coniugi misit, nunciando ei, ut si honori ac dignitati suae recte consultum vellet, neque in triumphum duci, id pauculum hauriret: Illa vero in pauida, venenum exhausit, asserens id gratum sibi munus esse missum à nouo coniuge, & his dictis subito enecata cecidit.

Indulgentius in Lucanum quendam in cohortis ductore, virum strenuum ac fortem, egit Fabius Maximus. Nam quum accepisset illum ancillae cuiusdam amore perculsum, nocte è castris magno cum periculo exire solitum, ut congressu illius mulierculae potiretur, dimissis quibusdam qui illam ad se ducerent, eam in tabernaculo suo abdidit, Lucanumque accersiri iussit, cumque blando sermone

appellans, ait, Egisti contra leges: sed quia fortis in bello semper extitisti, compensanda est virtus tua clemētia nostra, & eductæ mulieris dexteram tenens dexteræ admirantis iuuenis iunxit, dicens: Hæc deinceps apud te manebit. Tu autem operam nobis longe diligentius fortiusque nauabis.

*Aristides.
Themistocles.
Stesilia
Chia.*

Inimicitie quoque quàm maxime tum inter riuales, tum etiam inter alios quorum interest, ex amatoria causa oriuntur. Aristides & Themistocles clarissimi Athenienses ciues, & virtute ac rebus gestis celebres, diutius similitates inter se in odio, nō sine reipublicæ incommodo exercuerunt, quarum quidem causa ex amoris contentione manauit. Stesiliam enim chiam forma præstantissimam adamabant mutua inter se obrectatione atque inuidia. Et postquam illius venustas, ætate defloruit, nullam simul cōciliationem inuenerati odij vnquam egerunt, sed contentiones mutuas omnibus in rebus semper exercuerunt.

*Seruilia
Catonis
soror.
Cæsaris &
Catonis
mutua odia*

Non paruam quoque odij ac similitatis causam Catoni in Cæsarem præbuit. Seruiliæ amor, qui male dissimulatus, tunc clare patuit: quum in senatu de supplicitiis coniuratorum cum Catilina, inter eos esset discipatio. Nam Cæsari perlatae literæ sunt, quas ille clanculum lectitabat. Tum exclamans Cato, literas palàm legendas poposcit, putabat enim illas ab aliquo coniuratorum missas esse. Tum Cæsar eas legendas Catoni tradidit, erāt enim à Seruilia eius sorore amatorie scriptæ, quæ Cæsari noctem pollicebatur: quas quum legisset Cato, confestim eas in Cæsarem reiecit, dicens En temulente accipe: & ad institutum ser-

monem rediit.

Nec etiam tacendum est, multos imperatores ac duces, & seipfos, & exercitus quoque suos cupiditatum illecebris perdidisse. Semiramis in proprium filium vesano amore exarsit, qui ex horrens maternum concubitus, eam necasse creditur. Et quæ virtute & rebus gestis non modo reginas, sed & reges omnes qui ante eam fuerāt superauerat, hac amoris turpitudine laudem suam perpetuo probro obscurauit. Quàm admiranda autem fuerit eius gloria, vel hoc exemplo indicari potest. Defecerat ab ea aliquando Babylon vrbs opulentissima, & Assyriæ regionis caput, quam ipsamet mortuo Nino marito suo condiderat, cuius vrbs muri inter septem mūdi spectacula numerantur. Huius defectionis nūcius, eam capitis comā offendit componentem, & quum altera pars crinium adhuc soluta esset, ea sic relicta, sumptis armis, & omni exercitu per preconē imperato, Babylonem perrexit, nihil eiusmodi ciuibus illis adhuc suspicantibus, & tanto impetu tantæque celeritate vrbs oppugnationem aggressa est, vt deditionem suis lacrymis ab ea mœsti ciues impetrauerint. Et quum multa humana atque diuina munera conciliandæ causa reginæ perfoluissent Babylonij statuam ei in medio forti, eodem habitu quo venerat, erexerunt, vt tantæ virtutis ac celeritatis gloria perpetuis monumentis celebraretur.

Pœni quum in Campania hibernarent, virtutis robur venereis deliciis deleniti magna ex parte amiserunt, vt non frustra vulgo diceretur Capuam Pœnis alteras fuisse Cannas. Ipse quoque

Hánibal eorum dux, qui scientia rei militaris, rebus gestis, & militarium virtutum laude exteros omnes imperatores præcellat, in Salapia Apuliæ oppido (ut plerique scribunt) puellæ cuiusdam amore captus, magnam roboris sui partem enervauit, qua quidem ex re calumniis scriptorum patuit.

Nec à cōiiciis innoxius Alexāder extitit, quum Thaidis blanditiis pellectus Persepolim urbem pulcherrimam atque opulentissimam incendit, & præsertim quū à plerisque visus fuerit per urbem discurrere, & faces circumferre, quas magnis adibus submitteret, quæ eo facilius cremabantur, quo cedro, cyparissio abietéque omnia cōcamerata erant: unde ipsa quoque Thais gloriabatur, exultabatque: quòd Thespiæ, Platearum Athenarumque antiquum vltia fuisset incendium.

Amanit etiam Alexander victo Dario Barsinen captiuam, ex qua deinde susceptum filium Herculem vocauit. Minuit etiam aliqua ex parte victoriæ suæ gloriam, quam consecutus fuerat, quū montes Dædalos superauerat. Nam Cleophitis reginæ regnum inuaserat, quod nemo ducum aut imperatorum vsque ad hærorum tempora ante eum attigerat: sed quum illa muliebri astu se illi deditisset, amoris illecebris, concubitúque Alexandri regnum redemit, blanditiisque id assecuta est, quod nullis viribus aut armis vnquam assequi potuisset: filiumque ab eo genitum Alexandrum vocauit, qui deinde imperium Indorum tenuit. Et tamen turpem adeò Infamiæ notam subiuit, ut quandiu vixit, semper regia pellex vulgò non regina diceretur.

Nec dissimili exemplo fuit Thalestris Amazonum regina, quæ quū ad Alexandrum in Hircaniam perrexisset, indissimulatè ait, nullam aliã ob rem illuc accessisse, nisi ut cum rege futuram sobolem communicaret, dignamque se esse existimare, quæ Alexandro filios procrearet, & se regni sui hæredes filias recepturam, mares autem patri redituram. Alexander conditionem non recusauit, & eum aliquod diebus retentam, in deliciis habitam, ac regiis muneribus affectam, domum remisit.

Ab hac quidem amoris perturbatione pauci ex magnis etiam viris immunes innoxique omni ex parte euaserunt: facilius namque est castitatis ac continentiæ præcepta aliis præscribere, quàm sibi ipsi. Et præcipuè quum prima illa pubertatis ætas, quæ magis à Venere incessitur, infirma sit, & vix vllis rationis habenis coerceri possit. Litera enim illa Pythagorica facilem ac procliuem semitam ad libidinem ostendit, ad virtutem autem arduam ac perdifficilem. Eleganter Maro ait, facilius descendit ad Ausum.

Sed reuocare gradum, superasque euadere ad aras, Hoc opus, hic labor est.

Lælium Scipionis amicum scribunt nullo venis congressu nisi propriæ vxoris vsum in omni vita vnquam fuisse. Et Iulianum Cæsarem Ammanianus Marcellinus scribit ita castitate enituisse, ut post amissam cōiugem nihil vnquam venereum, quod à familiaribus sciri potuerit, admiserit. Et certe maximum constantiæ munus est, ab amoris illecebris omni etatis tẽpore abstinere: quòd si quis est

qui id est affectus fuerit, iure optimo id dicere potest, quod Sophoclem Tragicum dixisse Plato refert, qui quum à familiari suo quodam rogaretur, ecquid adhuc quum grandis admodum natu esset, forminis congregaretur: dij meliora, inquit. Libenter enim ab amore tanquam à crudeli, & importuno domino effugi.

Cato maior vir tauræ, constantiæ, tantæque severitatis, non immunem se in multam usque ætatem à venere servavit. Nam & mulierculam quandam senex dilexit, & in illius congressu deprehensus à filio, iniquo animo tulit, adeoque indoluit, ut Salonis clientis sui hominis plebeij atque abiecti (cupidinis adhuc impatiens) virginem filiam uxorem duxerit. Excusabat se tamen id egisse maioris sobolis propagandæ gratia, quod quidem etiam affectus est, ex ea namque genuit Catonem filium, qui à materno genere Saloninus cognominatus fuit, à quo natus est Cato qui ad Uticam sibi mortem conscivit, vir tanti nominis.

Idem quoque fecerat Pisistratus Atheniensium Tyrannus, qui mortua uxore, ex qua tres virilis sobolis filios habebat, rustici cuiusdam filiam virginem Chimonasam nomine dilectam à se prius coniugem duxit, eadem (ut dicebat) ratione, ut alios etiam filios gigneret, sed causam præbuit æmulo poëtæ, ut multa in eum illoto ore lattraret,

Hæc tamen & similia multa animo cogitanti occurtebat mihi videndum esse, ne nimis angustiis terminis principum animos circumscribere nitatur & dum duriora quædam extorquere conor facilliora multa perdam. Non enim sapientem nunc

Cato Saloninus.

Pisistratus

Principis institutio.

illum fingimus, quem nusquam inuentum doctissimi philosophorum affirmant, sed cum qui viciam sit, vel aliquando fuerit. qui virtute affluat, vitia exhorreat, summa prudentia versetur in rebus humanis, bene omnibus consulat, miti sit ingenio, sciat ignoscere, æquitate quadam duriora emendat, rectè ac vere iudicet, paucorum discriminem vitia multorum cohibeat, sit sine sæuitia ac crudelitate severus, ferro minuetur potius quam se.

Hunc igitur si querimus, opus omnino erit ut ei aliquid de moribus nostris cõcedamus, cogitemusque illum hominem esse, nihilque humani ab eo alienum esse putemus, ut scite de seipso comædus ille ait.

Quòd si Stoici qui sapientem suum in abdito Mineræ recessu enutriunt, & in porticibus umbraculisque disserendo audiendoque molliter exercent, amaturum esse concedunt, quid nobis cum rege ac principe agendum erit, quem in luxu ac deliciis educamus, & ex maximis exercitationibus, & quasi militari tabernaculo in aciem ac pulverem deducimus: Certè ei amoris veniam dabimus, sed non eius quem cognatum amicitia esse dicunt, quem Zeno in libris suis de educandis pueris permittit, & eundem docere etiam asseruit.

Amantes puerorum ingenium Lycurgus non spernendos esse ait, ut qui illorum indolem ad virtutem excitent, Amatores autem formæ execrator, & iure optimo. Quis enim Teij Anacreontis Lyrici poëtæ peregre regij amores rulerit, qui gradis etiam natu dilecti pueri Battylli duritiam carminibus fleuit, & à Vulcano pateram poposcit,

in qua non cælestis currus, aut sydera cælata essent, sed Bacchus Cupido, & Batyllus, quos pariter deos esse arbitraretur? *Quis* græcos illos audire potest, qui scribunt Pindarum fœliciter obiisse, quod in gremio amati à se pueri nonagenarius spiritum emisserit, quasi suauissimo somno consoptus? Tolerabilior habendus fuisset Xenophon, si venia aliqua adolescentiæ danda esset, nam turpes etiam amores suos lussit, dixitque, Si iussu Iouis necessarium esset ut oculis sic captus essem, ut vel solam Cliniam amatum puerum cernerem, & ad reliqua omnia cæcus essem, vel reliqua omnia viderem, Cliniam autem nequaquam intruere possem, eligerem solius Cliniae potius aspectum, & ab omnium rerum forma fraudari contemnerem. Sed maior deinde factus, relicta hac turpitudine muliebres amores concupiuit, edoctus à magistro suo Socrate, ut opinor, qui admirationi fuit vniuersæ Græciæ, quod ab Alcibiade omnium formosissimo abstinerit.

Nostræ quoque Aphranius qui in Togatis suis plurimum exceiluit, famam vel ex hoc suam obscuriorem reddidit, quod argumenta fabularum suarum fœdis puerorum amoribus inquinavit, falsus proprio testimonio turpissimos vitæ suæ mores.

Nunc verò ad propositam rationem redeo. Abhorret quidem eiusmodi amor ab omni humanitate, aduersatur naturæ, & castum sermonem formidat: de quo quum aliquando quempiam verba facientem audisset Socrates, caput suum pallio obuclauit, nec antea reuclauit, quam ille sermo de

Clinias puer

Socrates
Xenophon-
is præcep-
tor.

stus extirrit. Quis enim amor hic esse potest, aut quamdiu manere, quem vna ex parte voluptas, altera autem vilitas conciliat, & nullo communi pignore retinetur? In suum enim sexum quasi monstrum aliquod turpissimum insanit.

Sed ab illoto sermone discedamus, & imprimis cum rege statuamus ut sic temperanter ac modeste se gerat, ut habenam rationis nunquam amittat, & Aristippi Socratici sententiam sequatur, qui nequaquam erubuit, quum ei esset obiectum, quod Laida haberet, Habeo enim (inquit) Laida, verum enimvero à Laide non habeor. Quo exemplo per epistolam ad L. Papirium Pætum se tueretur Cicero, quum in eos conuiuio cenasset, in quo Cytheris notæ famæ ac pulchritudinis mulier accubisset. *Aristippi dictum.*

Virginitatem amorem tolerabiliorem esse ducimus, & præcipuè si illæ vxores poscerentur. Proci enim minore odio digni habendi sunt minisque alienas domos dedecore iniuriæque afficiunt. Nam adulteri maximam hominum inuidiam contrahunt, & non modò eos quos iniuria lacestant, in se ultores prouocant, verum maritos penè omnes, qui eandem contumeliam atque iniuriam formidant.

Perfæ seueri criminum ultores, ideo capitali pœna in adulteros animaduertebant, quod dicerent illos sanctam ac naturalem connubij amicitiam perimere. Hinc Troiæ incendium, & Priamiæ domus excidium, quo nihil miserabilius à poetis decantatur. Hinc etiam innumerabiles cedes quas passim in omnibus populis quotidie cernimus. Optime atque eleganter pinxit Helenam

Helenæ.

Zeuixis, sed arroganter ac temere inscripsit, nō turpe fuisse Græcos ac Troianos diuturnum bellum, & durissimos labores pertulisse pro tali coniuge, cuius facies cælestes deas æquaret.

Nullum odium ciues duriore animaduersione vlciscuntur, quàm illud quod pro stupris adulterisque sceminarum contrahitur, id quidem nulla obliuione vnquam aboleri potest, testes mihi sunt Locreses, quos primos inter Italos Zeleuco Pythagorico eorum cōciue auctore legibus scriptis vsos Græci scriptores referunt. Hi Dionysium tyrannum à Syracusanis eiectum grato hospicio acceperunt: ille ingenij sui immanitatem in eos etiam exercuit, qui hanc præter ceteras omnes iniquo animo pertulerunt. Nam formæ pulchritudine præstantes sceminas, conuiuium simulans, in vnum cogebat locum, easque nudari compulsas, inter se vel pila ludere iubebat, vel è sublimi loco iactas columbas integris alis arripere, vel missa vltro citroque sandalia tollere, & rursus in alias mittere, præmiâque statuebat celerius imprudētiusque id agentibus. Sed quum iterum à factionis ac turbulentis quibusdam ciuibus in Siculorum tyrannidem reuocaretur, male dissimulatum odium Locreses euouerunt, cæsisque ad vnum vsque militibus omnibus quos præsidio vrbs Dionysius reliquerat, excussoque omni seruitutis iugo, pristinam libertatem suam vendicauerunt. Vxorem quoque ac liberos illius in carcerem coniectos, nullo auro, nullisque pollicitationibus conditionibusve redimi permiserunt, sed duram obsidionem passi, agrum omnem, & opulentas pe-

*Locrensium
in dionysii
tyranni fa-
miliam du-
rissima vl-
110.*

core ac fugibus villas diripi permiserunt, & domicilia testaque omnia subiectis flammis incendi, deinde odium quod in patrem contraxerant, in miseris illius filias exercuerunt, quas passim ad plebis libidinem exposuerunt, deinde omnes in pyram coniectas igne cremauerunt cum matre etiam, & paruulis filiis duobus. Ossa quoque in puluerem redacta, ne ad sepulturam deposcerentur, in mare demerserunt, vlti turpitudinis dedecus perpetuo ac memorabili crudelitatis exemplo.

Sed iam concludendum erit principis amores absque libidine (si fieri potest) esse oportere, & sine alicuius iniuria, soloque aspectu venustatis ac formæ delectari, nullis cupiditatis illecebris excitari, nulloque ardore terri, Cupiditas enim cupiditate accenditur, quæ nisi per continentiam superetur, nunquam sedatur, sed latius serpens, in insaniam furorēque conuertitur. Hæc est illa sitis, quæ bibendo magis magisque incendit. Illuc enim Græcum illud prouerbiū spectat, quod dicitur, si aqua fauces exicat, quid iam optare oportet?

Continens igitur sit princeps, nihilque corporeis voluptatibus illectus præter rationem agat, legitimo connubio contentus sit, cuius si le atque amicitia nulli maior, nullique iucundior inter mortales esse cernitur: sitque per affinitatem potentior, quum sui similem vxorem ducit, nec posteritatem suam materni generis nota obscuriorem reddit. Filij quoque, integri fratres, non

dimidi erunt, quum ex utroque parente germani fuerint, iocunditas verò illa quæ ex solo oculorum sensu manat, nihil turpitudinis habet, sed dulci contemplationis pabulo animum perfundit, & virtutes potius studio hominum excitat, quàm voluptate eneruet. Hinc ars ipsa, quæ perfectæ naturæ imitatrix habetur, picturam inuenit, ut formæ speciei sine iniuria ac probro delectaremur, & quæ ante oculos semper habere non possumus, per imaginis similitudinem aspicereamus.

Cypron insulam opulentissimam veneri dicatam esse poëtæ fabulantur, dicuntque deam è mari illuc emeruisse, & Paphias mulieres præ maxima decoris ac pulchritudinis specie eidem comites faciunt. Hanc insulam præcis seculis inuasit Pygmalium Cilicum princeps, vir sanè virtute & animi præstantia excellens, ac rebus etiam gestis non obscurus. Hic quum ciuilibiter modestèque imperaret, libidinem lasciuiamque mulierum neuti quàm cohibere poterat. Omnibus enim penè hominibus, potestatem sui corporis vulgo permittebant, ut quæ Veneri se dicatas esse profiterentur, idcirco vir animi peregregij vitam cælibem ducere instituit, sed ne omnino amoris expers esset, utque amoliretur à se omnes qui ei rem vxoriam suaderent, ex candido eborè muliebrem imaginem venustate præcellentem clarissimi artificis manibus clam sibi fieri curauit, & eam pulcherrime ac splendide ornata in intimis ædium penetralibus, ac si regina esset, clam omnibus collocauit. Ciues cuncti putabant eum illam in delitiis habere vel eius esse coniugem ut, quæ viuæ iuuentibus esse vide-

retur. Pygmalion autem ex sola contemplatione honestos amores meditabatur, contentus simulacri specie, ne lasciuis illis mulieribus compelleretur congregari, vel sexum feminatum odisse videretur. Quo quidem exemplo docemur fictos etiã amores sola cogitatione sine cupiditatis illecebris, & sine al qua turpitudine iuuenam animis blandiri posse, & eos ab omni turpitudine vindicare. Simile commentum fuisse arbitrandum est Numæ Pompilij, qui quum cælibem vitam agere instituisset, & ab re vxoria abhorreret, finxit se diuinum meruisse connubium, & Egeriæ nymphæ commisceri.

DE AFFECTV DESIDERII

et verbi ipsius significatione.

Titul. XII.



Desiderium Stoici amoris comitem faciunt, dicuntque illud esse immoderatam quandam cupiditatem rei affectatæ. Vnde verus illa sententia orta est, Acceleratio desideranti pro mora habetur. Cicero autè desiderium dicit esse libidinem eius videndi qui nondum adsit. Hinc querulæ illæ lamentationes Penelopes, quæ exemplo Homeri inducuntur à poëtis, & toties reuoluta, retextaque tela spatiosam ut noctem falleret, & procorum improbitatem à se amoliretur.

Hac animi perturbatione cõcita Sappho, quum absentis Phaonis desiderium ulterius terre nequireret, ex prærupto scopulo mittit se præcipitem, &

Tuscul. 4.

cupidinis pennis sustineri possit. Hic affectus summa leuitatis, ac vecordiae molliores animos imbecillioresque mentes inuadit ac frangit. Vnde senex ille apud Terentium, qui pro filij desiderio se ipsam punit, dum in agro se nimium exerceret, obiurganti vicino respondit, decreui tantisper me minus iniuriæ meo gnato facere, dum siam miser, quasi pro desiderio non liceret ei voluptate vlla frui, sed labore atque erumna desiderium suum leniret.

Mulieres sanè se destitutas desertasque esse moerent, donec eos quos desiderant, charosque habent viderint: & illos, dum absunt perditos aut mortuos semper putant: hinc ortus est sermo ille, quem plerumque historici usurpare solent, ut desideratos, interemptos deperditosve dicant. Hic desiderij affectus desiderata omnia longe pluris facit quam faciebat quum illis fruebatur. Bona enim nostra tunc chariora nobis fieri videntur, quum deficient, vel quum illis caremus. Plerique enim hoc ingenio sumus, ut non antè bona nostra dignoscamus, quam cum ea funditus amittimus, ut est in veteri sententia. Vina item tum suauiora esse videntur quum iam exhausta pocula nos deserunt, & ferotini fructus incundiores suauioresque sunt, quam praecoces.

*Inscen. s. ad
fmem.*

Homerus cæcus fuit, ut Cic. testatur, & ipsemet in hymno ad Apollinem cecinit, fideiæque de se ipso perhibet testimonium. Tunc omnes eum neglectui habebant, nec patrium aliquam iouenire poterat, quæ eum alere vellet, quum verò diem obiit, charior ex desiderio factus est. Etenim

*Ex Gellio c.
11. li. 3. noct.
atti.*

civitates complures, ac populi excellentissimi de illius origine decertant: Colophonij ciuem suum illum esse dicunt, Chij suum iudicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi tanquam deo eidem delubrum intra moenia dedicant. Argiui, Itacæses, & Athenienses ut suum sibi deposcunt, & thapsodias eiusdem diligenter perquisitas consunt, quas canente auctore despexerant, moerentque ingenium illud tunc defecisse quum illas conderet, idque etiam instaurari (si fieri posset) vehementer desiderarent.

- Eiusmodi desiderium in minoribus etiam artibus contingit. Inchoauerat Apelles alteram Venerem superaturus illam, quam Cois prius fecerat, verum quum partem operis, faciem quidem ac pectus perfecisset relictis imperfectis aliis lineamentis, immatura morte decessit. Atqui id opus inchoatum maiorem admirationem reliquit, quam illud quod antè perfecerat. Nulli enim artifices unquam inuenti sunt qui ad praescriptam Apellis cogitationem operi succederent. Proinde omnes homines manus illas desiderabant, quæ dum deam pingerent, perierant.

Nonnunquam etiam imperfectæ tabulæ maiorem artificibus famam præ desiderio præbuere, quam perfectæ, ut inchoati Tyndaridæ Nicomacho, imperfecta Medea Timomacho, & antedicta Venus Apelli. Nam commendationem maxime allicit, & desiderium plurimum auget, quum cogitamus illos tunc defecisse, quum opera illa perficerent, nec inueniri posse amplius qui eadem ad

præscripta lineamenta consummaret. Sed ad propositum ordinem redeo.


Poëtæ desiderium pro mœrore ac fletu sæpe numero ponunt, vt est illud Horatij quum Virgiliũ consolatur miserabiliter flentem pro morte Quintilij

Desiderare. Quis desiderio sit pudor, aut modus
Tam chari capitis, percipe lugubres
Cantus Melpomene,

Atticus quoque apud Ciceronem desiderare pro lugere ac deffere posuit, his verbis. Dixeram principio de republica vt sileremus. Nam si isto modo volumus singulas res desiderare, non modo querendi, sed ne lugendi quidem finem reperiemus.

Vacabit hac perturbatione vir fortis, qualem principem hunc nostrum esse volumus, quem ad omnem fortunam æquo animo tolerandam perferendamque instituimus. Minorem tamen affectum esse desiderij ac mœroris quàm subiti gaudij insperatæque lætitiæ, hoc exemplo Romani veteres probauerunt. Nuntiata enim Cænensi clade, duæ matres, quum inter alios filiorum eadem audiuisent, miserabiliter fleuerunt, verum quum illi insperato comparuissent, immoderata lætitia matres filios complexantes vitæ spiritum emiserunt, & quod desiderium facere nequiuit, gaudiũ effecit. Et hæc satis ad primum genus eorum quæ bonorum opinione perturbant.

DE

lterum genus eorum quæ ex opinione boni animum perturbant, lætitia gestiens à Cicerone dicitur, quàm etiam voluptatem licet appellare. Stoici voluptatē dicunt esse sublationem quandam animi sine ratione, opinantis se magno aliquo bono frui. Lætitia autem erit optima recens alicuius presentis boni, in quo offerri rectum esse videatur: vel, vt Aulus Gellius ait, lætitia est exultatio quædam animi gaudio efferuentiore euentu rerum expetitarum. Hanc alienam esse à sapiente Cicero ait, cui licere dicit vt gaudeat, non autem vt lateatur, quando gaudere sit animo placide constantique moueri cum ratione, lætari autem sine ratione & intemperanter. Addit etiam gestum lætitiæ Cicero, vt leuitatis affectum magis exprimat. Est enim gestire, sensum corporis gestu indicare: quod magis mutorum animalium est, quàm hominum: vnde constat translationem hanc à pedibus ad homines factam esse. Nimia quædam lætitia (vt modo dixi) hominem subito strangulat, Quod Chilonis Lacedæmonij exemplo ostenditur, qui Pisis amplexatus filium, qui in Olympiaco certamine coronatus fuerat, defunctus creditur ex immodica lætitia, & senij imbecillitate.

Voluptatem Cicero aduersam rationem Stoicorum sententia semper facit: vnde in libris suis frequenter inducit virtutem cum voluptate pugnantem.

Aa

rem Definitionem eius inioribus aliquantuna
verbis ponit, quàm Stoici, dicit enim in libro se-
cundo de finibus bonorum & malorum eiusmodi
verba, Voluptas est per quam sensus accipiens
mouetur, & iacunditate quadam perfunditur. Et
rursus paulo post ait. Voluptas est iucundus mo-
tus in sensu.

*Li. 10. ethi.
ca. 3. ad fi.
Crantoris
quadruius.*

Aristoteles autem duas voluptatis species facit,
Vnam fieri dicit ex rebus honestis, alteram autem
ex turpibus: nec fieri posse ait, vt quispiam iusti vo-
luptatem accipiat, nisi in stus sit. Crantor ve-ò So-
lensis, cui Sextus empiricus ad stipulator accedit
dicit primos actionum nostrarum locos virtuti
dandos esse, secundos bonæ valetudini, tertios ho-
nestæ voluptati, quartos autem diuitiis.

Latini qui castigæ locuri sunt, affectum illum in
rebus honestis qui aliqui. l. cum ratione optat, vo-
luntatem appellant: voluptatem autem à ratione
semotam intelligunt: proinde eam in rebus turpi-
bus tantum accipiunt. Voluptatis nomen apud
Græcos nihil turpitudinis præ se ferre videtur, dici
tur enim *ἡδονή* cuius origo à dulcedine, ac iucundi-
tate trahitur. Ideo ab illis in vtrâque significatio-
ne accipitur. Minus igitur mirandum est græcos phi-
losophos tam in turpibus quàm etiâ in rebus ho-
nestis voluptatis nomē vsurpasse. Latini non è il-
lud nobis magis suspectum reddunt, si vera est ve-
terum quorundam grammaticorum expositio: di-
cunt enim voluptatem dici à veneris ministra, quæ
volupe siue Volupi dicebatur.

Peripateticam illam iucunditatem regibus prin-
cipibusque permittendam esse duco, nihil enim

*Voluntas.
Voluptas,
Ci de si. bo.
et ma. li. 2
ἡδονή δι-
cit esse iu-
cundum mo-
tum quo sen-
sus haurit.*

turpitudinis in se habet: & ratione quadam duci-
tur. Et frui rebus honestis omnibus licet. Illa verò
omnino exhorrenda est, quam Plato malorum
volut. ma-
lorum pabu-
lum fugien-
da.
Voluptates
campana.

omnium pabulum esse dicit, Optimam siquidem
indolem perimit, virtutem animi corporisque
frangit atque eneruat, ingenium hebefacit, cōsiliū
eripit & honesta omnia obscuriora reddit. Cāpa-
ne voluptates longe magis Annibali, quàm in uis
Alpes, hostium exercitus, & ciuium suorum simul-
tates obfuerunt. Huic letitiæ seu voluptati comi-
tes accedunt malevolentia, delectatio, oblectatio,
insultatio, iactatio effusio, & ambitio: de singulis
igitur nunc singulatim deo beneuolente (vt dicitur)
tractabimus.

DE MALEVOLENTIA

Titulus XIII.



Rima huius voluptatis seu letitiæ ge-
stientis species est malevolentia, quæ
semper alieno malo lætatur. Cernimus
enim in quibusdā hominibus quādā
naturæ prauitatem, vt duri semper, torui, immites,
inflexibiles, inexorabilesque esse videantur, nun-
quam alieno bono gaudeant, sed male omnibus
esse cupiant, neminem æquo animo ferre pos-
sint. Et potius eorum quos ignorant (si vnquam
fuerint) laudes audiunt, quàm eorum à quibus
plurimis beneficiis quotidie afficiuntur. Eius-
modi viri fuerunt imprimis Diogenes Cyni-
cus, Pyrrho philosophus, Heracitus Phy-
sicus, & Timon Atheniensis, qui in odium vni-

*Maleuolentia.
Maleuoli.
viri μωδός
θρωπός*

uerſi generis humani nati eſſe videntur.
Coriolanus Cn. Martius, qui deinde ob quaſitam victo-
 riam Coriolanus dictus eſt, nullo manſuetudinis
 ſtudio nulla facilitate in hominũ coſuetudine ver-
 ſabatur, & multis erat aduerſus, nemini in concio-
 ne aut cõmuni alloquio cedebat, durus erat ſem-
 per ac pertinax, & multitudinem omnẽ odio ha-
 bere videbatur. Sic quanquam fortitudine & iu-
 ſtitia pollebat, tamen repulſam tulit prælatiſ ei
 cõpetitoribus genere ac virtute longe inferioribus
 Eam tamen mitius ferre debuit, nec tam crudeliter
 in patriam ſeruire. Nulla enim cauſa eſſe poteſt,
 qua quiſpiam iure optimo poſſit patriæ ſuccenſe-
 re. Odium ciuium ſua culpa contraxerat, quum
 multitudinem nullo obſequio mulceret, nullis
 blanditiis deleniret, ſed eam ſaſtu ac pertinacia af-
 pernaretur, quæ ſapius facilitate, gratia, ac preci-
 bus ſectitur, quàm duritia, odio, atque iniſ.
 Cogitare enim debebat non tamen eos à mul-
 tudine præferri, qui genere ac virtute excellunt,
 quàm negligi eos qui nec populum rogandum,
 nec multitudinem mulcendam: colendamque ef-
 ſe cenſent.
 Phocion etiam Athenienſis nihil in omni vita
 popularis gratiæ cauſa dixit vnquam, aut fecit, &
 ſæpenumero pl-bi acerrimè ac contumelioſè ad-
 uerſatus eſt: proinde minime admirandum eſt ſi
 eam aliquando inſeſtam habuit: nullis etiam faci-
 litatis ſtudiis ad rempublicam acceſſit.
L. Crasſus. L. Crasſus Crasſi illius auus, qui cum filio &
 omni exercitu à Parthis trucidatus fuit, quem
 ſemel riſiſſe in omni eius vita Cicero teſtatus eſt

TIT. DECIM. QVARTVS. 190
 (luſtibus enim alienis gaudebat) inexorabilis, du-
 rus, pernicax, crudeliſque admodum erat, & ſola
 triſtia ac ſeueritate popularis.

Catonem increpabat Cicero, iniquumque eſſe
 dicebat ciuem vnum repugnare his rebus quas
 vniuerſus populus ſtatuiffet, proinde cedendum
 tempori eſſe monebat. Non enim rebus tempora,
 ſed res temporibus deſeruiunt, vt Dionyſius Ha-
 licarnaſſeus ait. Inſani quidẽ hominis eſt pertinaci-
 ter populo inſiſtere, & vltro ſe periculis obie-
 ctare,

Accuſant etiam hiſtorici Catonem & Scipio-
 nem, quod poſt Phariſalicam victoriam Cæſari ce-
 dere noluerint, quodque reparato bello tot viros
 in Libya & in Hiſpania perdiderint, ſine ſpe aliqua
 reparandæ reipublicæ, quum multo ſatius fuiſſet
 illos ad meliora tempora reſeruare: ſine pertinacia
 enim bene conſulendum reipub. fuit etiam in ad-
 uerſa fortuna.

Laudant omnes maiorem Aphricanum: qui æ-
 mulis ſuis cedere maluit, & perpetuum exilium
 vltro ſubire, quàm pertinacia & colluſtatione ſua
 ciuitatem labefactare. Tempori enim cedere, &
 neceſſitati parere, ſemper ſapientis viri eſſe habitũ
 Cicero ad Marcellum ſcribit. Huiuſmodi pertina-
 ciam execratur Plato, & eam comitem ſolitudinis
 eſſe affirmat, vt qui arbitraretur hominũ ſocieta-
 tem comiter iucundèque eſſe colendam, & con-
 tra multitudinem non ſemper eſſe obluſtandum.

C. Cæſar cognomento Caligula imperator per-
 tinax nimis inexorabilis fuit, & maleuolentia qua-
 dã malignitate aduerſus omne genus hominum

*Pertinacia
 Catonis &
 Scipionis
 minoris.*

*Scipio A-
 phricanus
 maior.*

*Pertinacia,
 ſolitudinis
 comes.*

Caligula
vultu toruo grassabatur. Is vulgum natura toruunt, ceterum, atque horridum, de industria etiam efferabar, illum ad spectaculum componens in omnium hominum formidinem ac terrorem. Timeri enim volebat, non autem amari.

Biantis sententia. Eiusmodi igitur malevolentiam & austeritatem principes omnes cauere debent. Vera etenim est Biantis sententia, & pro oraculo habenda, qua principi præcipit ut omnibus civibus placere studeat, idque vulgum gratiæ parere ait: contra autem fastum & superbiam, odium invidiamque contrahere. Sapienter Antigonus rex dicere solebat, benevolentiam sibi videri optimum regni fundamentam verissimumque rerum omnium præfidium.

Chilo. Decet siquidem principem ideo ināfectum esse, ut dicere solebat Chilo Lacedæmonius, ut hi cum quibus versatur, non tam eius scruitiam metuant formidētve, quam seueritatem vereantur atque obseruent.

Sertorius simulator. Quodd si natura durior austeriorve sit, arte & indulgentia mitior fiat exemplo Sertorij, qui quum ingenio suo morosior violentiorque esset, facilem placidumque in rebus agendis arte & industria se exhibebat, affectum animi pro tempore simulans atque dissimulans, qui sæpe commilitonibus suis dicere solebat, studiosam sedulitatem omnia vincere, & opportunitatem optimum esse auxilium eorum qui illam sumere sciunt qui autem intempestive agunt, vel occasionem amittunt, raro voti compotes fieri, quandoquidem se fortunæ omnino permittunt, quod nihil amentius fieri possit,

ut Marius senex ille peritissimus imperator dicere solebat.

Concludendū igitur erit, angusti animi esse alieno malo letari, & præcipue quum nemo possit fortunam suam in cōsilio habere. Cernimus namque nonnullos alienis calamitatibus letari, & miseris quibusque illudere, qui secundis rebus suis nimium exultant, & præsentī felicitati nimium credunt: qui paulo post versa fortunæ rota (ut dicitur) in maximas calamitates incidunt: ut qui alios modò contemnebant, ludibrio mox aliis sint. Opportunè itaque Varro satyram illam suam inscripsit, Nescis quid serus vesper vehat. Ex hæc satis de malevolentia illa quæ alieno malo letatur. Nunc autem ad reliquas species pergamus.

Nescis quid serus vesper vehat.

DE DELECTATIONE NIMIA

quæ per aures accipitur.

Titul. xv.

S Equitur delectatio illa quæ per aurium sensum in animum nostrum obrepit, & cum nimia quadam iucunditate perfundit. Hanc Stoici dicunt esse voluptatem quandam suauitate auditus animi: tum delectationem quæ quidē vtiliter (nisi deprauetur) à natura omnibus penè animalibus data esse videtur ad animos permaleendos, & ad vitæ incommoda toleranda, laborésque facilius subeundos. Per hanc siquidē luctum ac lachrymas astringimus, dolorum laborumque aliquatulum obliuiscimur. Tabescemus enim desiderio ac morore, nisi diuturnitate

Delectatio. Ex Cic. Titul. 4.

temporis dolor ille cum delectatione aliqua minueretur ac molliretur.

Aues cantu demulcentur

Et enim ut homines omittam, qui cantu, tibis, fidibus, carmine, atque omni musica ratione delectantur, & mirifica quadam suauitate perfunduntur: nonne aues ipsæ concentu & dulci uocum varietate se ipsas, quasi enutriunt, & nos omnes incredibili quadam delectatione permulcent?

Luscinia.

Quibus benigna omnium parens natura omnes Musices modos, omnemque harmoniam diuinitus tribuisse videtur. Lusciniam quis non admiratur? & præcipuè quum cernimus tantam uocem in tam paruo atque exiguo corpusculo, tam suauem, tamque pertinacem spiritum, tam uariam tamque modulatam concinentiam, ut non querula aut garrula præ desiderio aut amore (ut poetæ opinantur) sed ducta ad numerum harmonia esse videatur. Doctissimi ueteres putauerunt Lusciniam perfectæ musices scientiam non solum natura, sed etiam disciplina quadam habere, ut altera alteram doceat, quod & Plinius noster affirmat, & Tusci aruspices dicitarunt, cuius cantum efficacissimam auspicij prognosticique vim habere dicebant. Eam etiam Acredulam appellabant, hinc est versus ille Ciceronis.

Ex Plin. c. 29. lib. 10.

Acredula

Et matutinos exercet Acredula cantus.

Luscinia.

Luscinia in

Stesichori

infantis o-

re cecinit.

Futuri præsciam hanc auem esse, vel ex hoc Græci Augures putauerunt, quod in Stesichori ore in cunis iacentis suauiter cecinit. Id quidè auspicium presagiuit lactentem illum infantem poetam præclarum futurum esse.

Sunt etiam aliæ aues cantu præter ceteras com-

mendabiles, de quibus dicere supersedeo, inter quas est Alauda, cantu, & auspicio ad eò Romanis grata, ut uni legioni nomen dare meruerit, quæ Alauda dicta est, ut Cicero in Antonium testatur. Sed de cantu satis in superioribus diximus, ubi de regia musica disseruimus: & de delectatione, ubi etiam de adulatoribus assentatoribusque tractauimus. Proinde concludendum est, aures principis delectationem accipere debere rerum honestarum. Nam qui turpia libenti animo audit, is se turpem esse manifeste arguit.

Philip. 1.

DE OBLECTATIONE,

TIT. XVI.



Electationem comitatur oblectatio, quam latius per omnes sensus fuisse esse arbitrantur. Oblectationem enim Stoici esse dicunt inductionem inclinationemque quandam animi ad uoluptatem leniter emollientem, hæc nisi rationis habenis cohibeatur, facile hominem ignauum ac stupidum reddit, & cogitatione solius uoluptatis delentum. Est enim mollities quædam, quam in Scytharum regibus fuisse Aristoteles arbitratur, qui ait eos gentili quadam consuetudine quasi effœminat os ab omni uirilitate secessisse.

Oblectatio.

Eiusmodi fuisse scribunt Sardanapalum ultimum Assyriorum regum, quem Arbaëtus Medorum præfectus cõpulit ut se ac diuitias suas pyramis sardanapalus impositas incendio deleret, indignatus quod eum cui tot millia hominum parerent, purpuram nen-

lus.

tem inter scortorum greges inuenisset. Hic oblectatione assidua ad eum animum perfuderat, ut ne puncto quidem temporis voluptatis sensu carere posset. Is vnus sibi sepulchrum constituit in Anchiala vrbe, & literis Assyriis inscribi fecit, ut Strabo refert, testemque Chærilum poetam inducit: Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchialam & Tarsum vna die condidit, Ede, bibe, lude: & Quum te mortalem noris, presentibus exple Deliciis animum: post mortem nulla voluptas. Nanque ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam, Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata libido Hauserit, at illa manent multa & præclara relictæ, Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum. In has literas (ut ait Cicero) quum aliquando incidisset Aristoteles, substitit, partemque primam Epitaphij quum legisset, ait, Ecquid aliud in bouis non in regis sepulchro scripserit? Deinde quum posteriores versus legeret, restit, dixitque, hic ea se mortuum habere dicit, quæ ne viuus quidem habuit, nisi quæ tandem deglutiebat.

Strabogeo-
gra.lib. 14.
Chærilus.

Sardanap.
epigramma.

Tusc. 5.

Reges Asiæ
virginum flo-
res primi
carpebant.
Nuptiarum
venia impe-
trabatur in
Asiæ.

Reges quoque cuiusdam Asiæ partis fuisse legimus qui nequaquam permittebant virgines aliquas nuptui dari, nisi prius singulas quasque pariter earum eas sibi ducerent, ut quæcumque vellent stupraret, & sic floribus delibatis, ut desponderentur permittebant: nec audebant proci uxorem aliquam possidere, nisi eam quam cõperissent à regibus veniam nuptiarum impetrasse. Tollenda est igitur hæc oblectatio ex animis nostris, manat enim ex mala consuetudine, quæ nisi radicitus euellatur, hominem tandem in insaniam & recordiamve rapit.

Tit. xvii.

Hic species proxima est insultatio, quæ est gestiens quedam lætitia ex alienis malis, (ut ait Cicero) hæc præ se fert nimiam atque insolentem lætitiã quandam. Satis est enim hostem vincere, victo autem insultare, aut illudere, ab omni humanitate alienum est. Hectorem interemit Achilles id quod virtuti ac laudi eius accessit, sed quum illius cadaver circum moenia quadrigis raptauit, victoque tam superbe insultauit, turpiter egisse videtur, & victoriam aliqua ex parte labefactisse.

Hector.
Achilles.

Sylla.

Scylla quoque pulcherrimam victoriam suam dira atque inhumana crudelitate cõdauit: cui non satis fuit viuus hostibus illudere, nisi mortuorum etiam ossa è sepulchris canino more eruta in fluuium mergi iuberet, ut de Marij cadauere fecit. Proinde motiens se cremari testamento cavit, ne idem ab hoste ludibrium post interitum pateretur. Sed longe præclarius (ut etiam in aliis omnibus) egit Iulius Cæsar qui afferentem sibi quempiam magni Pompeij caput, exhorruit, & scelus execratus oculis auertit, lacrymaque etiam effudit, quum illius anulum cerneret in cuius gema Pompeij facies cernebatur. Achillam quoque & Photinum illius percussores iugulauit, victo Ptolemeo rege compulsoque ad mortem. Nam cum profligatum à Cæsare exercitum suum cerneret Ptolemeus, è castris se in fugam proripuit, & quum urgente hoste profugeret ad maris littus, in propinquam nauim

Iul. Cæsar.
Ex Plut. in
vita pom-
peij magni
ad si. vel
leo ensifer,
ut ait plu-
Achilles &
Photinus
pomp. inter
sectores.

à suis exceptus est: sed multitudine eorum qui adnatabant ingruente, nauigio demerso perit, & hoc pacto permiffæ proditiōis pœnas dedit infelix rex in primo adolefcētiæ suæ flore, dum nimis obtemperat pessimorum satellitum consiliis.

Ptolemæus.

Darius à famulis suis interceptus.

Magnus quoque Alexander sicuti bello terribilis, sic parta victoria clementissimus semper extitit, nam quum vidisset Dariū à propriis famulis interceptum, grauitè ingemuit, & Bessum illius percussorem crudeli supplicio affecit. Darij quoque corpus dempra sibi ipsi regia chlamyde, qua tunc indutus erat ornauit, & ad illius matrem perferri iussit.

Hannibal.

Hannibal quoque Marcelli fortissimi hostis cadauer splēdide ornatum cremari iussit, & reliquiis in argentea vna positis, auream coronam imposuit, curauitque vt ad filium mitterentur.

Antonius.

Bruti cadauer.

Antonius, Bruti, quem vicerat, & ad mortem compulerat, cadauer purpureo paludamento suo inuolui iussit, & illius cineres Romam ad feruiliam eius matrem, & ad vxorem Portiam perferri iussit.

Agefilaus

Huius etiam virtutis nō expers fuit Agefilaus rex nam sicut in bello accerrimus pugnator extitit, sic post victoriam mitissimus fuit. Hi omnes dum ab hac animi perturbatione abfuerunt, laudi, fortitudinis, clementiæ gloriā addiderūt, & perpetuam famam longe amplius accumulauerunt.

Ictatio. St deinde alia species huic non dissimilis, quæ iactatio dicitur, & est latiniæ gestus. *Tuscul. 4.*
stiens (vt ait Cicero) se insolentius effereus, hæc etiam aliena est à sapientibus & illustribus viris, reddit enim eos non modo tumidos & inflatos, verum etiam omnibus ridiculos, Qui enim seipsum iactat, & gesta sua laudat atque admiratur, similis militi glorioso esse videtur, qui cum irrisione omnium auditur. Gloria sequi debet rectè facta, quemadmodum vmbra corpus, non autem appeti. Qui enim gloriā appetit, vmbra ac nebulam captare videtur. Qui verò præclara facinora sua laudibus effert, non animi virtute ea egisse videtur, sed affectatæ gloriæ aviditate, nec ea prædicare quia fecerit, sed fecisse vt prædicaret. Qui etiam quod magnificum alio referēte esset, vanescit ac inglorium sit referēte eo qui egit. Luuidiores illi, qui cum benefacta destrue re nequeunt, iactantiam insimulant, laceffuntque eum qui de se loquitur. Et sic minora fiunt, quæ præclara ac splendida ex aliorum laude extitissent, Nimis seipsum amat, qui de seipso prædicat. Aliorum laudem expectet, qui honeste ac splendide egit. Nam virtus ipsa, sola conscientia rectè factorum contenta est. Qua etiam in re cauendum erit ne nostra nimium nos ipsos delectent. Ad hanc sententiam notum illud dicitur. Amatores de forma iudicare non possunt. Quia in re nonnulli potestatem carpuntur, quod sua nimis laudent. Cicero *Tusc. quæst.*

Gloria cupid.

Amatores deforma nō rectè iudicāt Cic. li. 5. Tusc. quæst.

Suum cui- que in poetica pulchrum. hoc affirmat, quum ait, nemo vnquam poeta neque orator fuit, qui quenquam meliorem quam seipsum arbitraretur. Sic etiã & præclari quidam artifices factitarunt

Zeuxis.

Iactantior aliquãto habitus est Zeuxis, & præcipuè in ea tabula qua Athletã pinxit, opus aded consummatum, vt admiratione omnibus esset, sed nimium sibi ipsi placuisse visus est artifex, quum veram illum subscripsit, quò significauit inuisurum potius aliquem pictorẽ, quã imitaturum. De oratoribus, & poetis sentire videtur Cicero, quum dixit videndum esse ne verecundiores nobis sint præcones Gymnicorum ludorum, qui quum ceteris coronas imposuerunt victoribus, eorũque nomina magna voce pronũciauerunt, quum ipsi ante ludorum missionem etiam corona donentur, alium præconem adhibent, ne sua voce se ipsi victores esse prædicent.

Metellus Sertorius.

Summæ leuitatis, & pusilli etiã ingenij est, pro secundo rerũ successu seipsum extollere, quasi fortunam in consilio habuerit, certũque sit eam nunquam in posterum aduersam fore: qua iactantia in Sertorium vsus est Metellus. Paululũ enim quippiam in pugna aliquando superior, ita gloriabundus exultauit, vt imperatorem se appellari permiserit, & ferta capiti suo imposuerit, cõuiuia in veste triumphali celebrauerit, ac Victoriæ deæ trophæa erexerit, quibus pro rebus irrisioni omnibus erat, quum nulla ex parte Sertorio, nec virtute nec rebus gestis confertj posset.

Pompeius minor Neptuni filij se iactabat.

Pompeius magni Pompeij filij iactãtor etiam habitus est. Nam quum bis vna ætate in re nauti-

ca superior emicuiisset, se Neptuni filium nuncupari voluit, & imperatorum plaudamentum ex purpureo colore in ca ruleũ mutauit, quali deum illum amici fabulantur.

Caro senior ab æmulis suis iactantiẽ etiam notatus est, & præcipuè quum ausus est palã dicere, longè maiora Catoni populũ Romanum, quã Catonem populo Romano debere. Insectabãtur etiam, & ex eius scriptis illum incessabant, dixerat enim in quadam oratione seipsum laudare nõ minus turpe esse, quã vituperare. Qua ex re verum esse ostenditur quod Cicero ait, Difficile esse in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, vt sibi ipse orator non conueniat.

Catonis maioris iactantia.

Didymo viro doctissimo quandoque accidisse compertum est, vt quum historiæ cuidam illuderet, & ei tanquam vanæ repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam ad eandem sententiam cõtinebat. Proinde monemur, vt in dicendo ac scribẽdo cautiores simus, ne nostro argumento vincamur.

Quin. lib. i. cap. 8.

DE EFFVSIONE SEV PRO-

digalite. Tit. XIX.



Equitur ùnc alia perturbationis species quæ *κολασία* à Grecis, à nostris autem effusio dicitur, hanc dissolutionem remissionemque virtutis esse Stoici definiunt. hæc sumptuosa omnia appetit, deliciis profluit, libidine insultat, nihil ratione metitur, aliena cupit, sua profundit, cupiditatibus ardet, pudorem ac pudicitiam respuit, diuina humanaque

*Catiline.
Antonius.
Verres.*

commiscet, nullaque moderationis habena cohibetur, Eiusmodi viros Cic. Catil. Anton. & Verrem fuisse testatur.

Hanc nimiam licentiam Græci scriptores in Alcibiade fuisse memorant: eamque viri tyrannidem affectantis indicium esse ciues Athenienses opinabantur. Vnde Aristophanes poëta palàm in eum exclamabat, Leonem in republica non esse alendum: Alioqui si alatur, illius libidini fore seruiendum. Poëtæ tales viros distinctos appellant, quasi solutos & incompósitos, Hinc illud Persij:

Non pudet ad morem distincti viuere noctæ:

Hoc tractum est à Veneris zona, quæ cestos dicitur, qua distincta compellebat in turpes amores quoscunque volebat. Hæmerus scribit hac zona compulsum Iouem fuisse in amorem Iunonis fororis suæ; quam deinde vxorem duxit, hunc imitatus Martialis ait,

Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston:

Visit amatorem balteus iste Iouem,

Remansit apud nos hoc verbum, vt incesti dicerentur qui consanguineas affinesque corrumpere, & incestæ nuptiæ, quæ cum illis contrahuntur, qui agnatione aut cognatione necessarij inter se sunt.

Hanc effusionem sunt qui luxuriam appellant, & homines ea affectos luxuriosos, sicut enim luxata membra atque ossa dicimus, quæ ex suis sedibus atque articulis exturbantur, sic luxuriosos homines eos, qui à ratione ac virtute extruduntur.

Luxata membra.

Nihiligitur magis alienam à principe esse potest hac animi perturbatione, per eam siquidem diluitur

luitur ac remittitur omnis virtus, quando in rebus agendis nihil pensi habeat, vt apud vetustissimos dicebatur, de qua conuenienter Satyricum illud dicitur Inguinis aut capitis quæ sint discrimina nescit.

Qua qui frangitur, ab omni ratione atque humanitate alienus dici potest: dissolutus fingitur ille Elpenor Vlyssis socius, quem quum porcis grunniuisse poëtæ fabulantur, quem etiam ebrium apud Circen inducit Homerus, & præcipitem per gradus scalarum prolapsum interiisse. Similis huic apud Romanos habitus est Fabius ille, qui à deuorato patrimonio Gurges appellatus fuit: & Apicius etiam, qui quum opes plurimas ingurgitasset, nec ulterius quod effunderet haberet, inopiam ac durum victum metuens, sibi ipsi mortem consciuit. Et de hac perturbatione satis.

*Elpenor:
Vlysses.*

*Fabius.
Gurges.*

Apicius.

DE AMBITIONE ATQVE

ambitu. Tit. xx.

Ambitio superioribus speciebus accedit, quam Græci oratores φιλοτιμία appellat. Eamque dicunt esse honorum ac gloriæ immodicam appetitionem, siue opinionem vehementem inhaerentem & penitus insitam animo, tanquam valde sit expectanda. Hanc Euripides execratur vt pessimum in ciuitate numen. Testes sint apud Romanos Sylla, Cinna, Carbo, Marius, Pompeius, Cæsar, & alij complures, quorum ambitione multo plures Romanorū ciuium ceciderunt, quam in pro-

Bb

pagatione imperij totius orbis terrarum. Nam quum L. Sylla per ambitionem venustus, faustus, felix, in marmoribus scribi studet, nefandam tabulam illam suspendit, per quam circiter octoginta millia hominum proscribuntur, damnantur, trucidanturque. Tot capita etiam illustrium virorum venalia proponuntur, & auro argentoque licitantur. Et victor ille Sylla fortunæ miserorum civium illudebat. Nam deferenti Lucretio caput, Marij iunioris dixit, iuventam Consulij irridens, Remigem prius esse oportuit, quam gubernatorem, Et quum secundam proscriptionem, in qua quingenta civium nomina inscripta erant rursus posuisset. L. Lollius nihil sibi metuens eam inspexit & quum forte nomen suum lectitasset subito timore concitus, caput adoperuit, & è foro se proripuit: sed ex gestu agnitus à quibusdam Syllæ satellinibus, miserabiliter trucidatus est, ref que etiam ludibrio Syllæ fuit, quòd Lollius sui ipsius index fuerit.

Ex Valer. Maxim lib. 3. de indole.

Eo igitur tēpore iam indoles peregritia, & magna virtutis spes M. Caton. iuuenis emicuit. Nam quartumdecimū tunc agens annum quū à Sarpedone pædagogo in aedes Syllæ deduceretur quæ parū admodū à carnificina differebāt, cerneretq; tot capita fortissimorū virorum ad Syllā perferri & eos qui aderant, clā misereri, nec audere quempia etiam clanculū mustitare, rogauit Sarpedonē cur tū sanctum virū nemo interficeret? tum respondente illo Syllam omnibus formidini terrorique esse: Vtinam mihi gladium dares (inquit) ut vel solus patriam à sauo dominatu liberarem.

Audi Cornelij Taciti rationem, & vnde oriatur, *Cor. Tacit.* & quorsū euadat ambitio, plane intelliges. Vetus iam pridē insita mortalibus potentia cupido cum imperij magnitudine adoleuit, erupitq; Nā rebus modicis æqualitas, facillè habebatur, sed vbi subactò orbe, & æmulis vrbibus regibusve excisis, regias opes concupiscere vacuū fuit prima inter partes plebemq; certamina exarsere, modò turbulenti Tribuni, modò cōsule præualidi, & in vrbe ac foro *C. Marius.* tētamēta ciuiliū bellorū, mox è plebe infima *C. L. Sylla.* Marius & saeuissimus omnium nobilium L. Sillavitam armis libertatē in dominationem verterunt: post quos Cn. Pompeius ciuis occultior, non melior, & nunquam postea nisi de principatu quæsitum. Hinc etiam illud Lucani poëtæ dicitur. Impatiensque loci fortuna secundi, Nec quenquā iam ferre potest Cæsarve priorem, Pompeiūve parem.

Audi Ciceronis sententiam, quum de Cæsaris & Pompeij ambitione ad Atticum scriberet. Dominatio quæsitā ab utroque est, non id actum, beata & honesta ciuitas ut esset: nec verò ille vrbem reliquit, quòd eam tueri non posset, nec Italiam, quòd ea pelleretur, sed à primo cogitauit omnes terras, omnia maria mouere, reges barbaros incitare, gentes feras in Italiam adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Syllani regni iam pridem appetitur. Et rursus in alia quadam ad eundem epistola ait. Quorum vtrique semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione & domesticis commodis fuit.

Scribunt historici Cæsari proficiscenti in

Hispaniam comites castellum iuxta Alpes cœstē-
disse effœci ac macilenti soli, paucorum atque in-
opum habitatorum, rogassēque, per Iouem, ecquid
putaret ambitiosos illic esse, qui de principatu cer-
tarent? Quibus Cæsarem seridē respondisse, Ma-
lem equidem illuc primus quàm Romæ secun-
dus esse. Et certè si rectè iudicare volumus, mise-
ri quodammodo habendi sunt ambitiosi homi-
nes, multitudini enim inserviunt, & magistratus,
quos per ambitum consequuntur, titulōtenus
quasi ex commentatio gerunt.

*Cæsaris re-
spōsum am-
bitiosum.*

*Agammeno-
de regia sor-
te conquē-
tur.*

Sapienter quidem Homerus regem Agamem-
nonem sortem principum conquerentem indu-
cit, ad hanc fermē sententiam: vitæ nostræ domi-
nam multitudinem sortiti sumus, turbæque om-
nino inservire cogimur. Quem fructum tandem
ex tot tantisque laboribus assecutus est Agamem-
non? ut post victoriam tã difficilem, tã que lon-
gi temporis, quum ad proprios penates remeasset,
ab adultero per uxorem necaretur. Quem etiam
victor orbis terrarum Cæsar ut potius rerum per
prodicionem ab his confoderetur, quos ab inte-
ritu liberauerat, & honoribus ac gloria affecerat?

Præclare maior Africanus, qui ut ambitionem
fugeret, Linterni maluit voluntarium exilium su-
bire, quàm Romæ ambiciose certare, & quum se-
natus populusque Romanus subacta Carthagine
veller eum exquisitis honoribus ac præmiis affice-
re, omnia recusavit, asserens se æquo iure cum re-
liquis conciuibus suis viuere velle. Pernitiosi sunt
apud principes, & in omni libera ciuitate, qui in-
ter se ambitiosi sunt, ac de honorum cursu certat.

Imprimis enim ciuitates partibus inficiunt, & ea
plerumque suadent, ut contra obretractores lo-
quantur, quibus vel æquitas vel respublica ipsa
grauiter offendatur.

Certabant inter se ambitione & odio Aristides *Aristides et*
& Themistocles omnium Atheniensium ciuium *Themisto-*
tunc præclarissimi, & semper in contrarias senten- *cles ambi-*
tias nitebantur: proinde quum aliquando Senatus *tiosi.*
dimitteretur rebus omnibus infectis propter eo-
rum altercationem exclamauit Themistocles: nisi
me & illum in barathrum deieceritis, respublica
Atheniensium nunquam salua esse poterit.

Tehophrastus ut in viris detestatur ambitionem, *Ambitio a*
sic eam adolescentibus qui literarum studiis in- *dol scētū*
dulgent, laudat, putaque id gloriæ certamen, fo- *literaria est*
mentum, & quasi calcas virtutis esse, fierique e- *virtutis cal-*
tiam pueros putat longè promptiores alacriorē- *car.*
que, si prudēter modicęque laudentur. Nimiā *virtus lau-*
tamen laudationem inuilem omnino esse arbi- *data crescit*
tratur, quippe quæ ex manifesta licentia illos ad
vecordiam insaniamque compellat.

Hoc tandem cogitare debemus, ambitionem
animi esse affectum, & nimiam quandam hono-
ris ac gloriæ appetentiam atque auiditatem, quæ
si ratione comprimitur, minus nocet. Sin verò ad
actum perducitur, fit longè deterior, & tunc am-
bitus dicitur, & in profusionem, prodigentiam,
insaniamque facile collabitur, ciuitatēque pluri-
mum perturbat. Quocirca à legumlatoribus am-
bitus grauibus pœnis coercetur, quippe qui rem-
publicam sæpe labefactare solet. Tollit enim vir-
tutis præmium, & deteriores semper melioribus

Ambitus.

præfert. Hæc de ambitione satis. Nunc autem de duobus aliis generibus perturbationum quæ ex opinione mali oriuntur, deinceps in sequenti volumine dicendum erit.

Libri quarti finis.

QVINTI LIBRI PRÆFATIO, AD EVNDEM.

Nobile præceptum Socratis philosophorum omnium sanctissimi illud fuit ad Alcibiadem, quum ait nihil appetendum in vita humana esse, nisi quod cum virtute & honestate coniunctum esset. Nihil enim bonum esse potest, nisi quod honestum sit, nihilque malum, nisi quod turpe. Quinetiam cum idem philosophus provocat ad comparationem formæ Critobulum adolescentulum admirantæ pulchritudinis sed suspectæ pudicitie, non id agit, ut attritam senis faciem præferat speciosissimo ephebo, sed ut per iocam illum à famosa consuetudine reuocet, & ad virtutem redigat eique persuadeat fortunæ ac corporis bona irrita omni ex parte ac vana esse, nisi cum virtute atque honestate coniuncta fuerint. Unde eleganter Musonius philosophus dixit. Quum quippiam pulchrum per laborem feceris, labor ille quamprimum recedit benefactum autem perpetuum remanet. Quum vero turpe aliquid per voluptatem admiseris, voluptas illa cito abit, nequiter autem commissum nequiquam recedit: sed indelebili stigmate inhæret. Hæc est felici-

tatis descriptio, quam paucis verbis M. Tullius expressit, ait enim. Ex depulsione mali, & adeptione boni, vitam beatam consequimur. Hæc doctissimorum philosophorum præcepta me admonent, ut quum iusti imperij effigiem scripturus sim, nihil præmittam quod ad officium optimi atque moderati principis pertineat. Prinde quæ depellenda sint mala, quæque cauenda fugiendaque sunt, ex instituto ordine prius absoluemus, ut deinde quæ adipiscenda ad eundamque erunt, vberiore oratione differamus, ut quum tibi suppetant, omnia quæ ad dignitatem summi ducis pertinent, quæque ad spem futuri regni spectant, ea illustrium virorum exemplis probata cernas, & ab eruditissimis scriptoribus literis commendata. Nihil superiori Africano deerat, quod ad maximi imperatoris laudem attineret: attamen Cyri prædian nunquam è manibus dimittebat, gloriabaturque etiam se eam lectitando contrivisse, ut qui summopere lætaretur ex magno rege consilia sua in rebus dubiis recognoscere, & quæ strenue gesserat, non carere magnorum regum atque imperatorum auctoritate. Constat enim sapientia non modò ex libris ac disciplinis bonarum artium quæ nobis imaginem potius ac figuram quandam sapientiæ præstant, quam veram eius speciem, ac præcipuam formam sed & ex electione, actu, atque habitu ipso clarissimarum actionum. Quis citharæ illum probaret, qui tacito cordis iudicio citharisticam optime calleret, & tamen nec voce caneret, nec plethro citharam percuteret? Opportune admodum Socrates ad adolescentem illum taciturnum ait,

Loquere, vt te videam, quando eum neque formæ præstantia, neque ex lineamentis corporis cernere se posse arbitraretur, sed ex verbis, ac sermone ipso, qui est index animi, & ad omnes actiones præuius. Absoluamus igitur in sequenti volumine, quæ vitanda, quæque fugienda atque exigenda sunt, vt promptiores alacriorésque simus ad ea capeſſenda quæ adeunda ac perpetuo tenenda erunt, quæque nos deo optimo maximo conciliant, & ad veram ac perpetuam fœlicitatem perducunt.

DE METU ET ÆGRITVDINE

quæ animum nostrum opinione magni alicuius mali perturbant.

Titul. I.



DVO reliqua perturbationum genera super sunt, quæ animum opinione mali perturbant; metus scilicet, & ægritudo. Nam metus (vt Cicero ex sententia Stoicorum definit) est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. Quem à motu quodam animi dici putat Varro, quum id quod malum casurum putat effugit, mens, & motu quodam concutitur corpus. Ægritudo autem est opinio recens mali præsentis, vel est contractio animi aduersante ratione, vt ait Apollodorus.

Metus has habet species, Pigririam, Pudorem, Terrorem, Timorem, Pauorem, Exanimationem, Conturbationem, Formidinem. Prima omnium

virtutum, quæ ad reges pertinent fortitudo habetur. Ignauia igitur, formido, & similia, quæ huic opponuntur, longè à regibus principibusve aliena sunt. Omnis enim regedi vis in animi fortitudine ac magnitudine ponenda est, & in quadam contemptione ac despicientia rerû humanarum, quâ deinde virtutes reliquæ facîle comitantur. Sicut enim saxa & scopuli vndas retundunt, ita regis animus aduersa omnia frangere debet, & semper in sua virtute persistere.

Ad hanc sententiam poetæ Marrem adamantinamica indutum fingunt, vt ostendant reges atque imperatores immotæ mentis esse oportere. Non tamen dicam principem, aut sapiëtem ipsum si vspiam inuenitur, nunquam aliquo metu turbari. Homini enim vis atque prudentia in subitis ac manifestis periculis nequaquam sibi ipsi satis consistit, sed in primo illo impetu commouetur: neque est quispiam tam firmi ac constantis animi, quin improuisa conuscatione ac tonitru aliquantum concutiatur. Quum primùm verò se colligit, tum naturæ ratio, & animi virtus eum firmat & metum omnem frangit. Causa autem intellecta ac penitus cognita docet id non esse timendû, qui si in metu persisteret, ignauior atque imbecillior esset. A Cicerone dicitur, & id quidem vere, plus in metuendo mali esse, quàm in ipso illo quod timeretur.

Meticulosior infirmiorque habetur Tiberius Cæsar quando tonitrua & fulgura aded formidabat, vt corona lauri semper vteretur, & vbiq; pel- *Plin. lib. 15.*
lem marini vituli circumferret pro remedio cõtra *cap. 30.*

fulgura. Dicunt enim qui secreta naturæ rimantur ex volatilibus solam aquilã à fulguribus intactam esse, atque innoxiam, ex piscibus marinum vitulum, ex arboribus fructibusque solam laurum, reliqua omnia fulguribus obnoxia esse multis exemplis testantur, & fulmina Hetrusco ritu à veteribus procurari, ac sacrificiis expiari solita manifestum est. Atque (vt ad Tiberium redeam) in minima quæque tempestatis suspicione vel alta penetrabilia quærebat, vel in abditum concameratumque locum receptabat.

*Plin. ca. 30.
li. 15. ca. 3.
li. 10. in finem.*

*Plin. ca. 55.
lib. 2.*

Stoici, quibus veteres Academici consentiunt, tres bonas affectiones siue mediocritates esse affirmant, gaudium, voluntatem, cautionem, vt sit gaudium, quasi rationabilis quædam placida & constans iucunditas, vel voluptas (nisi nomen hoc omnino nobis suspectum est) dolori contraria. Voluntas autem sit appetitio cum ratione cupiditati aduersa. Cautio verò, declinatio à malo cum ratione, quæ similiter metui opponitur. Voluntati addebant quasi socias, beneuolentiam, placiditatem, lenitatem, dilectionem, gaudio iucunditatem lætitiã, æquanimitatem. Cautioni autem vercundiam, castitatem.

Cauebit igitur rex ne metuat. Eius enim animus quietus esse debet, atque omni perturbatione vacuus. Hac opinione ductus Socrates putabat fortitudinem esse scientiam quandam seu peritiam cauendi. Annibal ad præuidenda cauendaque pericula præter omnes alios externos duces semper paratissimus habitus est, nec minus in secúdis aduersa, quàm in aduersis secunda meditabatur. Proin-

de nullo metu percussus vnquam opportunitatem rerum agendarum amisit. At contra Nicias Atheniensis quamuis rebus gestis illustris habebatur, tamen temporis nota non caruit, & quum minus feliciter aliquando pugnasset, culpam omnes in eum referrebant, qui cum timore percitus, minima quæque caueret, temporis occasionem quæ gerendorum omnium domina est) præterire sinebar.

Quæcunque per ignauiam ac metum à principibus committuntur, perpetuo dedecori eis sunt, & hostium conuiciis calumniisque semper obnoxia. In primo Mutinensi prælio Octauium relicto paludamento atque equo fugam arripuisse irrisit exprobrauitque Antonius, & post biduum eadem eum apparuisse ait. In prima quoque Philippensi pugna sic effecit, in qua exutus castris vix ad Antonij cornu fuga euasit. Principio huius certaminis quidam Octauium ab exercitu suo abfuisse scribunt, quòd monitum se inter quietem diceret, vt diem illum diligenter caueret, idque eum excusasse in quadam epistola sua testantur. Valerius tamen Maximus Romanæ historiæ vastissimum periculum, ac rogatæ faciendæ receptaculũ, scribit Octauium lectica perlatũ, prælio interfuisse monitu Artorii medici, qui ei dixerat sibi per quietem apparuisse Mineruam, imperasseque vt pugnae interfesset, contempra aduersa valetudine, cuius dicto statim obtemperauit Octauius. Adiecit etiam ad Siciliam ne rectis quidem oculis instructam aciem vnquam contueri potuerit, sed supinum oculis in

cælum intentis eum retulit iacuisse, nec prius surrexisse, quàm M. Agrippa, fugatæ sunt hostiũ naues, dixisset. Magna tamen vis consuetudinis est. Iuuenis adhuc Octauius, & Græcis disciplinis potius quàm militaribus artibus institutus, infirmior esse videbatur. At postquã rebus bellicis affuevit, Antonium cui primò cõtemptui fuerat, superauit, & ad mortem voluntariam compulit. Incertum an propria animi virtute id egerit Octauius, an magno Cæsaris genio adiutus, siue ignauia, vecordiaue Antonij, qui Cleopatraz amoribus delenitus vel potius amatois venenis potus, virtutem animi perdidit, & corporis vires enetuaui.

Adiuuat etiam animi ac corporis vires domestica: persuasio. Cimbri enim & Cestribei ad eò à metu absunt, vt in acie mori gaudio exultent, lamententur autem in morbo, quasi turpiter perituri. Tradunt scriptores, in bello Cantabrico matres proprios filios necasse prius quàm eos Romanis captos permitterent, inuentumque esse puerum, qui fratres suos, qui in vinculis iacebant, iugulauerit patris iussu, qui ei etiam ferrum præbuerat. Spartanæ quoque mulieres exituros in militiam filios monebant, vt aut viui cum armis in conspectum earum redirent, aut mortui cum armis referretur.

Perseum Polybius scribit ad eò meticulosum fuisse, vt quum prælium cum Paulo Æmilio inire instituisset, simulato Herculis sacrificio in urbem proximam profugerit. ad eò enim molli & imbecillo erat animo, vt ne oculis quidem hostium aciem aspicere posset. magni quidem momenti est in prælio rem ante oculos sui principis agere, à quo

& præmium virtutis sperare potest, & pœnam ignauie formidare. Vt enim naute omnes, etiam qui in prora assident, mentem atque oculos assidue in puppim, vbi gubernator clauum dirigit, intendunt, illiusque nutum obseruant, sic bellatores ducunt imperatorumque vultum intuentur, non modò vt dicto pareant, & mandata celeriter exequantur, verum etiam vt ex eo animi præsentiam hauriant, promptioresque reddantur.

Primum victoriæ indicium, fiducia principium habentur, quorum exemplum fortes omnes sequuntur, & ignauios quoque promptiores sunt. Alexander hostium fortunam audacia, vires autem fortitudine & gloriæ stultio superare nitentur. Proinde crebris sermonibus dicere solebat nihil fortibus indomitum esse, & nihil timidis satis munitum. Huius regis vel solius virtus sæpe numero succumbentem exercitum ad victoriam erexit & victores etiam hostes profligauit.

At contra Pompeius in pugna Pharsalica, vt primum militum suorum conuersionem ex puluere conspicatus est, animo collapsus in tabernaculum relicta acie penetrauit, nullòque imperatoris officio functus, quum ingruentes hostes cerneret, fugam corripuit. Cæsar autem qui ad omnem rei bellicæ usum semper promptus aderat, naetus, temporis opportunitatem, quam sedulo sequebatur, victoria potitus est. Magno enim animo & erecto quibuscunque in rebus erat Cæsar, & non modò inimicis, sed ne fortunæ quidem succumbebat, multaque facilia ex difficillimis animi magnitudine reddebat, cuius etiam constantia in re-

bus aduersis ac propè afflictis cernebatur. Hic qui tot & tanta bella gessit, bis tantùm ancipiti fortuna dimicauit: semel ad Dyrrachium, ubi pulsus, non instante Pompeio, negauit illum scire vincere, iterum in Hispania cōtra iuniorum Pompeiū quum eius exercitus aded timore trepidaret, ut pugnam detrectaret, nec sustineret impetum, sed iam hosti cederet: & tunc discurrens per medias acies exclamauit, Si nihil pudoris est, corripite me, & in manus puerorum tradite. Deinde è manu cuiusdam obuij militis scutum arripuit, & in globum partim vitauit, partim clypeo excepit, & tandem restitit, donec milites pudore ac uerecundia perciti, non modò eum turati sunt, verùm hostilem quoque exercitum profligauerunt, in qua quidem pugna triginta hostium millia ceciderunt, et Cæsaris autem circiter quingenti desiderati sunt. Atqui si animum aliqua ex parte submisisset Cæsar, & vitam (de consciscenda enim sibi morte cogitauerat) & imperium, & rerum gestarum gloriam protinus amisisset.

Alexander quoque aliquando illuc peruenerat, unde recipi nisi victor, vel cum magna exercitus sui clade non posset. Suadebat tum ei Parmenion, ut nocturno clamore hosti congregederetur. Tum Alexander, Latronum, inquit, ac furum istuc consilium est, quorum uotum est fallere. Proinde palam & aperto Marte dimicare cum hoste certum est. Nolo enim tenebras atque insidias glorię meę obesse. Idcirco malo ne fortunę meę pœniteat, quàm victorię pudeat. Tum iussit ut omnes corpora curarent. Postridie autem exercitum produ-

xit, & tanta omnium alacritate pugnavit, ut prostrata omni hostili manu victor euaserit.

Irisi omni omnibus fuit pluribus in locis ignavia Xerxis, cuius exercitus præ innumerabili multitudine maxima quæque flumina hauriebat, montes æquabat, & maria pōntibus sternebat, & præcipue in ea nauali pugna cōtra Græcos, quam præfectis suis delegauit, & ipse rex spectator certaminis ut esset, in litore desedit, cum quibusdam leuibus nauiculis ad capeffendam fugam idoneis, Aderat in eo prælio Artemisia Hallicarnassi regina quæ Xerxi auxilio uenerat, & inter fortissimos belli duces acerrime certabat, adeo ut in rege mulieris timor cerneretur, in regina autem uiriliter fortitudo. Sed iam ad species quæ metum comitantur, accedamus.

DE PIGRITIA.

Tit. 11.



Rima quidem species quæ metui subest pigritia dicitur. quam Cicero metum consequentis laboris esse definiuit, huic opponitur industria, Quocirca idem auctor ait Demosthenem iniquo animo tulisse si quando opificum antelucana industria, vinceretur, hæc Demosthenes industria tantum potuit, ut eum præstantissimum omnium oratorum reddiderit: quem Græci dicunt parum modicum natura & ingenio ualuisse, omniâque labore & diligentia perfecisse. Extemporanea tamen oratione non dicebat, nec prouocatus in

concione respondebat, nisi rem de qua dicturus erat, nocturna lucubratione meditatus fuisset. Proinde Pytheas orator eius conciuis dicere solebat, Demosthenis argumenta lucernam olere. Quinetiam quum pro seipso causa aliquando ex tempore apud Athenienses esset dicenda, suscepit eius patrociniū Demades, qui extemporanea oratione magis quam præmeditata excelebat, natura enim & ingenio omnes alios oratores præuertebat, studio tamen & industria à Demosthene vincebatur. Fit enim nõnunquam, vt industrii homines eos vincant, qui ingenij bonis præstant, diligentia enim ea suppeditat, quæ per naturam defunt. Acuti autem contra freti ingenij viribus, defidiosi, pigri, & ignauique plerunque sunt, dum nimium nature bonis confidunt.

Nimia tamen in scribendo diligẽtia, non omnino laudem mereatur, ea siquidem stilum non modo retardat atque moratur, verum etiam sermonem obscuriorem reddit. Affectatio illa verborum, & aucupium syllabarum (vt dicebant veteres) minus grata grauius viris esse solet. Hoc in Antonio increpabat Octavius, qui dicebat illum ea scribere, quæ homines admirarentur potius, quam intelligerent. Huius successor Tiberius nimia etiam verborum affectatione, & sententiarum quadam morositate quæcunque scribebat aded obscurabat, vt ex tempore quum diceret, præstantior, quam si dedita opera, haberetur.

Sed vt industria ac diligẽtia principum res omnes adiuuat, sic inertia, pigritia, negligentia omnia euertit, & indecora reddit. Pallas apud Homerum

hoc

hoc docere videtur, quum Agamænonem increpans ait, Non oportere virum cui populi sunt curæ, tota nocte quiescere. Huius sententiæ æmulus Silius Italicus Mercurium inducit Hännibalem excitantem his verbis Turpe duci totam somno consumere noctem

Correctar Libya Octavius Capreas pro Inarime cum Neapolitanis commutauit, vt illuc curande valetudinis gratia secederet. Edificauerat enim in ea insula splendidas ædes, quibus pro honesto diuerforio post magnam rerum satietatem aliquando vtebatur. At Tiberius eadem insula male vsus est, illuc enim vt per pigritiam ac negligentiam insaniret, accedebat. Et quum urbem egrederetur, edicto cauebat ne quis se interpelleret. Præmittebat etiam ex suis aliquod, qui obuios omnes ex itinere arcerent, ne quis cum obiter adiret: vt Capreas ingressus, omnes imperij curas abdicaret. Et sic Armeniam à Parthis occupari Mæsiam à Dacis ac Sarmatis, Galliam à Germanis magno cum dedecore ac discrimine totius imperij vastari neglexit. Quò quidem loci, secreti licentiam nactus, male dissimulata animi vitia patefecit: & cum Pomponio, Flacco, & L. Pisone noctem & continuum biduum epulando potandoque consumpsit: & alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis euestigio dedit, iucundissimos illos, & omnium horarum amicos esse affirmans. Delectabatur vel maximè ea insula, quòd sepra omni ex parte esset, præruptis atque altis rupibus, & vno tantum paruòque litore adiretur. Quinetiam in ea carnificinam (que

Li. 4. Puni.

Inarime
Straboni li.
6. plin. ca.
6. li. 3. Pithe
cusa dicta.

Cc

vnice delectabatur)facilius exercebat. Nam quoscunque oderat, in mare post longa & exquisita tormenta præcipitari iubebat, eosque contis æ remis excipiebant nautæ, lacerabant, ac trucidabant, ne quis aliquo casu euadere posset.

Demetrius Macedonum rex principio regni sui piger habebatur, durus, ac morosus, ignaui enim silentio, & solitario ocio lætabatur. Idcirco difficilem se aduentibus præstabat. Quod quidem Macedonibus eo molestius erat, quod Philippo regi assueverant, qui perfacilis in audiendo fuerat, patebatque semper aditus omnibus qui eum adire volebant. Contigit ergo aliquando a. niculam quandam eum non occupatum noctam, vt se placide audiret, rogasse. Tum rex commotior aliquantulum, sibi non esse audiendi ocium respondit. At illa defixis in eum oculis, Non igitur regnes, exclamat, se audire piget: hic Demetrius substiter, & mitior factus, eam longo silentio audiuit, quam deinde opera nauata placido alloquio dimisit. Post autem tacitus secum auicula verba animo reuoluens, mentem mutauit, & ex difficillimo perfacilem deinceps se & benignum omnibus præbuit, aded vt magnam dici partem audiendo respondendoque non sine fructu, atque oblectatione exigeret.

Principes tamen non importune aduendos esse, neque à negociis interpellandos docet Cicero ad Brutum scribens his verbis: Nam quemadmodum coram qui ad nos intempestiue aduēt, molesti sæpe sunt, sic epistolæ offendunt non suo loco redditæ

Videndum quoque est ne principes nimis delicati sint, neue sibi nimis indulgeant. Cn. Pompeius (qui & magnus Alexandri instar, dictus est) omnibus honoribus à senatu populoque Romano affectus, insolentior habitus est in Hipseum virum magnæ nobilitatis, & eidem beneuolentia coniunctum. Nam quum reus ambitus esset, ad pedes illius egredientis è balneo se prostrauit, eius implorans patrocinium. Tum Pompeius commotior factus, hominem conculcauit, exclamansque ait, Nihil aliud agit, nisi vt cenam meam tardius remoretur.

Homerus quum pigritiam desidiamque irridere velle, Phæacas inducit, qui cessando per inertiam degunt, quasi summum bonum in nihil agendo ponant. Illis agros assignat, qui nullius solitionis aut sementis egent, sed vltro naturales fructus gignunt, quibus abundanter perpetuo aluntur. Et ne tenui etiam cogitatione fatigentur, rerum curam omnem mulieribus tribuit. Eius versus ad hanc sententiam vertuntur.

Omnia per sese nullo nascuntur aratro:
Non fora non causas agitant, non sancta senatus
Iura, sed in celsis habitantes montibus antra,
Et puer, magnis de rebus indicat vxor,

Hæc pigritæ ignauitæque species deterrima habenda est, quando & virtuti aduersatur, & singulis quibusque artibus obest & quonia minimam quamque curam formidat, à veteribus incuria dicitur, à Græcis autem ἀσωςδία id est sine cura.

Inertes desidæque populos quosdã inducit Herodotus halicarnassæus, quos lotophagos appellat

hi per ignauiam solum ex loti baccis viſitant, ex quibus panem & reliqua quæ eſui potuique ſunt conſciunt. Lotus enim baccas fert paulò maiores lentisco, palmarum ſapore, ac ſuauiſſitate. Harum edulis quicunque veſcuntur, cibos alios omnes odio habent: & inuitati ſemel hospites nunquam ab eis diſcedunt, ſed reliquarum rerum omnium obliuiſcuntur, viuuntque cum indigenis feriati ſemper, nihil agendo: quod ſociis quibuſdam ſuis accidiffe Vlyſſes conqueritur apud Homerũ. Lotus arbor aquatica eſt, & lignum idoneum tibiis habet: quocirca lotum pro tibia apud quosdam poëtas legimus, Herodotus verò aliam loti ſpeciem ad Nilum naſci refert, virgulta ſcilicet quædam ex illius inundatione paſſim per campos ad ſimilitudinem liliorum, ex quibus veluti papauera quædam oriuntur eſui gratiſſima quæ in ſole ſiccata, & deinde in puluerem conuſa, optimum exhibent panem. Horum radicem ſuauiſſimam eſſe dicit, quæ obliuionem diſcedendi hoſpitibus præbeat.

Hoc contra ignauos ac deſides à poëtiſta fictum eſſe creditur, vt oſtendant pigritiam atque ignauiam quaſi contagioſam quandam eſſe lucem, quæ homines vecordes enervatoſque reddat. Alimenta neceſſaria, & diuitiæ ipſæ naturales quæ ex fructuum vbertate proueniunt, homines (vbi plurimum abundant) deſides ignauoſque reddunt, vt ſunt Sabæi, quorum terra feliciffima habetur: gignit enim thus myrrham, cinamonum, baſſamum, calamum, ac palmulas odoratas ad omnes penè vitæ vſus gratiſſimas, ad quos quide

vero mercatores commendant, & aurum argentumque pro annuis fructibus penſitant, quo fit vt illi opulentiffimi ſint ſine labore aut industria aliqua, & omni lauta ſupelleſtile affluunt. At Nabathæi, qui ab eis non multum abſunt, inopes ſunt, ſterilem enim regionem colunt, & ideo ſolertes atque induſtrij ſunt, & rei ruſticæ omni ſtudio ac diligentia inſudant. Proinde apud eos qui rem familiarem minuit, publicè multatur, qui verò auget, honore afficitur.

DE PVDORE

Titulus III.



ECVNDÀ ſpecies, pudor dicitur, quem metum ignominie eſſe definiunt Stoici, vel iuſtæ reprehentionis timorem, vt Aulus Gellius ſcribit. Hunc optimum cupiditatum moderatorem Cicero appellat, quum recti honeſtæque ſtudio tenetur. Et primis quidem ætatibus valde addcet, optimeque indolis ſignum præbet, intimo enim ſanguini animus reuerentiâ quadam affectus mergitur, & faciem rubore perfundit. His adoleſcentibus Catò maior ſe delectari aiebat, qui minima quæque errata metuentes, etiam in rectè factis erubeſcerent, non autem illis qui pallescerent. Illud quidem ingenui pudoris indicium eſſe, hoc autem impudentiæ, aut vecordiæ. Idem ſentire viſus eſt Diogenes Cynicus. Nam quum adoleſcentem quendam alloqueretur, cerneretque

*Verecundie
& pudoris
differentia.*

eum rubore perfusum. Confide ait, color enim iste virtutis est index. Hunc affectum quidam castigatius loquentes verecundiam appellant ut ambiguitatem verborum fugiant, & pro virtute semper eam ponant, quum pudor etiam in malefactis quandoque dicatur, verecundia autem recti honestique rationem habeat. Quicumque enim malos rumores metuit, is verecundus habetur, qui verò non metuit, impudens. Pudor quoque ex honoris studio plerumque manat, ut Aristoteles etiam testatur, qui quum nimius est, animum perturbat. Et sic etiam verecundia, quæ nisi moderetur, rectas quoque actiones euertit. Proinde ut hoc loco quam meliorem pratergrediantur, inter animi perturbationes ponimus, quando vehementiores fuerint: sic inter virtutes ponimus quum extrema fugerint, mitioresque aduert. Sed & pudet, verbum tam ad reuerentiam honestarum rerum, quam ad pudorem turpium referatur: difertque à verbo piget, quum pudere ad decus, pigere autem ad laborem dolorisque pertineat. Sunt etiam qui pudorem à pudicitia fecerunt, & illum verborum, hanc autem actionum esse existimant. Et ad hanc sententiam verba illa Ciceronis interpretantur, quum in Antonium ait: Tu quidem pudorem cum pudicitia simul amisti.



Omes huic est terror, quem Stoici dicunt metum esse ex inuictæ alicuius rei imagine proficiscentem. Ex Ciceronis verò sententia terror est metus concutiens, ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem palor, & dentium crepitus consequatur. Possunt putare huius verbi originem, si per nostros grammaticos liceret, Græcam esse mutatis additisve quibusdam litteris, *τρεψεν* siquidem pauere ac timere significat, cum corporis tremore, palloreque faciei. Hic affectus virum fortem ac constantem nunquam perturbare debet. Etenim semper paratus vir fortis ad tolerandum graua & aspera queque esse debet.

Aristoteles quidem affirmat illum propriè fortem dici, cui honesta mors nequaquam terrore est, & qui ad omnia quæ illam afferunt, sine terrore adest. Eam in bello gloriosam esse ait, quod testatur honores à ciuibus regibusque constituti his qui forti animo in præliis mortem oppetunt.

Solon quoque legem tulit, ut qui in bello occubissent, præmiis honoribusque honestarentur & eorum filij publicè alerentur, instituerenturque. Et ex senatusconsulto Romanorum legatis qui à Fidenatibus occisi sunt, quoniam ob rem publicam occubuerant, statuarum pro rostris positæ fuerunt. Sed ratio ipsa est, quæ vitam diligere, & mortem non timere nos edocet. Fortis enim viri est mortem contemnere, non autem odisse vitam.

Qui enim belluarum more in perniciem non necessariam ruit, is temerarius & audax, non fortis & magnanimus habendus est. Timidus enim & ignavus est ille, qui quum non oportet, mori desiderat. Sic ex contrario timidus etiam erit, qui honestam opportunitatemque mortem refugit.

Non perterruit armato exercitu quo moenia urbemque obsidebat, nec horribili vultu suo quo omnibus mortem minabatur, Sylla Quintum Mutium Scaevolam augurem, quum à senatu effugitaret ut Marius hostis indicaretur: qui perterritis omnibus patribus, solus dicere ausus est, Non permittam, Sylla, studio longioris senectutis, ut Marium patriam hostem iudicem, à quo urbs nostra & omnis Italia servata est. Ea enim mente erat Mutius (quam ei virtus & ratio persuadebat) ut nihil in vita nobis præstandum putaret præter culpam, quæ quæ vacamus, nihil esse posse quod nos perterreat, aut quod pertimescendum sit. Idcirco humana omnia æquo animo ac moderatè ab eo ferenda sunt, qui à culpa alienus est.

Virtus quoque illorum qui forti animo in bello conciderunt, magnam laudem ac gloriam apud hostes etià ipsos habet. Ignavia verò si fortunata est, tamen ignominia nunquam carpere potest. Sed quid aliquando terror in rebellica facere possit, vnicò exemplo abunde docendum putavi. Quod Fabius dictator, diutius curatando, victoria exultantem Hannibalem frustratus fuerat, donec eum in agrum Calenum cum omni exercitu traxerat, inque campum Stellatem, est enim locus inuis motibus, altisque fluminibus circumseptus. Et Fabius

Calliculam Castinumque motes valido militum præsidio muniuerat. Quibus quidem rebus effectum videbatur ut Punicus exercitus circumventus, aut difficili fuga opprimeretur, aut inopia comatus deficeret: ni Punico ingenio virtus ducis adiuta, novum inauditumque commentum meditata fuisset. Agnito enim periculo, duo circiter bouum millia (quæ ex pristina præda habebat) opportuno noctis silentio adduci iubet, & cornibus singulorum, sarmentorum fascès præligari atque incendi, boues ignis flammam ægre ferentes, ad nota montium diuortia cursu euadant, quos instructus suo ordine Punicus exercitus paulatim sequebatur. Romani milites, qui præsidio montium aderant, nouitate rei perterriti, ex opportunis locis discessere, & Fabius Punicam fraudem metuens, suos intra vallum cõtinuit. Et sic Hannibal incolumis cum omni exercitu euasit, quum Romani nouæ rei faciè territi locum deseruerunt. Hæc itaque res manè quum deinde illuxisset, omnibus ludibriori suique fuit, nec patrum de Fabij maximi laude detrauit.

*Hannibalis
commetum
de cornibus
bouum accen-
dendis.*

DE TIMORE, VEL

pramolestia, Tit. v.



Proximus huic perturbationi accedit timor, quem Stoici dicunt esse metum imminentis aut appropinquantis aliquius magni mali. Verbi quidem origo (ut arbitror) Græca est, *τιμή* enim pœnam & cruciatum significat; *τίσις* autem ultionem. Sunt

etiam qui timorem, quoniam antecedit effectum præmolestiam appellant, quandoquidem metus ille ante animum molestia afficit, quam mali quippiam accidat. Angusti autem abiectique animi est, mortis timore (quæ propter varios fortunæ casus, & imbecillitatem humanæ conditionis semper nobis imminet) vitæ comodis non frui, sicut & diuitiis non uti amittendi timore, quia fluxæ & labiles sunt, & positæ in fortunæ potestate. Eadem infirmitas debilitasque animi efficeret, ut re optata, etiam si adesset, perfrui non libere, quod amittendi timore semper solliciti essemus.

Fortis autem vir, qualem principem nostrum describimus, utramque fortunam æquo animo semper fert, nec prosperis rebus extollitur, nec aduersis dimittitur, mortem verò non timet. Stultum est enim (ut ait Stoicus noster) ea timere, que vitare non possis. Atqui conditio illa perferenda est quæ communis est omnibus ut veteres dicere solebāt, Recte apud Ciceronem ille ait mortem calcæ esse, ad quæ quum decursum sit, nihil amplius extimescendum est.

Sunt etiam philosophi qui affirmant mortem hominibus utiliter à natura datam esse: & sententiam hanc tuentur pluribus argumentis, quæ quidem per censere nequaquam huius loci esset. Alij dicunt mortem diuinum munus esse mortalibus nitunturque id numinis iudicio comprobare. Cleobis & Biton fratres matrem habebant quæ sacerdotio Iunonis addicta erat, & quum iam solemne sacrum appeteret, quo plaustro illa (ut moris erat) deuehretur, deficientibus in via iumen-

Tusc. l. 1.
Mors quid.

Æ Cicer.
Tusc. l. 1.

tis, filij iugum subierunt matremque in templum statuto tempore conuexerunt. Quæ rite sacrificio peracto deam deprecata est, ut filius suis pro tanta pietate tribueret munus quod dii hominibus optimum præbere possent. Postridie verò eius diei, quum obdormissent adolescentes, ambo in cubiculo mortui inuenti sunt. Quo quidem deæ iudicio omnes clare intellexerunt mortem optimum esse munus quod hominibus à diis dari possit.

Sed ad institutum sermonem redeamus. Fortis vir mortem non metuet, & bene agendo presentibus fruetur, nec præ timore illis parcat, quod cariturus eis aliquando sit. Non tamen hæc eo consilio dico, ut principem nostrum à futuri præmeditatione immunem esse velim. Nam etsi à timore & solitudine eum vindicare studeo, paratum tamen animo ad omnem fortunæ impetum munitionumque esse cupio, ut idem agat, quod Theseus de seipso apud Euripidem dicebat, cuius & sententiam probat Cicero, & versibus eiusmodi eam cõuertit: Futuras mecum commentabar miseras, aut mortem acerbam, aut exilij mœstam fugam. aut semper aliquam molem meditabar mali, ut si qua inuecta diritas casu foret, ne me imparatum cura laceraret repens.

Panætius libro secundo de officiis ait, fortis ac prudentis viri consilia cogitationesque semper paratas esse debere contra fortunæ impetus, contraque insidias iniquorum, ut quasi brachia & manus prætendant, ne qua res aduersa aut repentina incurfio nos imparatos improtectosque

Tusc. l. 3.

offendat. Sed suavis Peripateticorum consuetudo, & benigna Musarum alimonia nos edocet, ut sanctam in rebus omnibus mediocritatem seruemus, & quod parum vel nimium sit, semper abiciamus.

Optime mihi videtur diuina natura consuluisse rebus humanis, quæ nobis futurorum ignorantem præbuit, quorum præscientiam si haberemus aut nihil omnino ageremus, freti spe futurorum bonorum, aut mærore & luctu perpetuo cruciaremur perciti timore malorum. Quæ vita fuisset Priamo, si ab incute ætate sua sciisset quos euentus senectutis esset habiturus? Hæc igitur fatorum ignoratio magis intentos virtuti nos efficit, & minus anxios timore imminentium malorum. Tolleretur etiam nobis omnis spes, quæ ex futurorum bonorum opinione pendet, quam quidem Simonides poëta reginam hominum esse putat. Nonnulli philosophorum spem dicunt dulcissimam esse omnium passionum: sed Aristoteles, spem, vigilantium insomnium esse existimat. Putandum tamen est hunc grauissimum philosophum de ea spe loqui voluisse, quam vano iudicio homines sibi fingunt sine ratione aut aliqua cõiectura futuri euentus. Hæc verius hallucinatio dici potest quam spes, quæ quidem à tarditate quadam & animi stupore plerumque potius nascitur, quam ab acumine aliquo ingenij, sive à bona confidentia. Hallucinantes enim vigiles somnare aliquando videntur: sed si rectè agimus, & cum ratione ac virtute incedimus, tunc spes illa hominum vere iudicari poterit, ratione enim

non futili vanitate nititur, & ad speratum euentum sæpe perducit.

Multa amicis largiebatur Alexander cui Perdicas Quid tibi relinquis ò bone rex inquit, si omnia prædignis? Tum ille, Spem, ait, mihi reseruo. Putabat siquidem Alexander nihil ei deesse posse, qui per virtutis officium benignus esset, & per virtutem omnia se assecuturum speraret. Ad hanc sententiam accessisse videtur Parmenion etiam quum dixit, Et hæc quidem spes nobis quoque tecum communis futura est.

DE PAVORE

Titul. vi.



Auor deinde sequitur, cui comitem exanimationem Cicero adhibet: & est (yt ipse ait) subitus metus, quem sequitur stupor mentis, hæsitatio linguæ & ab opere cessatio. Hunc affectum Virgilius exprimere videtur, quum ait.

Obstupui, steteruntque comæ; & vox faucibus hæsit.

Æneid. 2.

Et illud.
At subitus miseræ calor ossa reliquit,
Excussi manibus radij, reuolutaque pensa.
quum de Euryali matre loqueretur.

Æneid. 9.

Nec alienum est putare huius verbi originem Græcam esse πάνομι enim cessare facio significat ἀπανομομαι celo, ac subito quiesco: quod quidem in pauore fieri solet. Possumus etiam putare pauorem à vicinitate latini verbi manare, dicimus

námque prisco verbo pauire, quòd comperire significat: vnde & pauimentum nomen accipit, quòd opere tectorio, puro, vermiculato, incrustato, seu marmoreo stratum sit. Cernimus enim in magno pauore ac metu sceminas, pueros, & molliores quosdam, oculos ac faciem velare, caputque coperire, Hoc in maximo luctu & mœore fieri solet.

Timanthes in immolanda Iphigenia id ex pictura docuit, tristem enim pinxit Calchantem, tristiotem, Vlysem tristissimum autem Menelaum consumptis verò affectibus, quos penicillo exprimere poterat, Agamemnonis caput obuclauit, vt omnes quem possent maximum mœorem in virginis patre cogitarent. Obscuritatem & solitudinẽ luctus querit, vt vulgo dici solet. Preclare Q. Curtius dixit, Optime miserias ferunt, qui abscondunt Nec vlla tam familiaris est infelicibus patria, quàm solitudo. Et Cæcilius ille latinorum comicorum princeps (vt ait Nigidius) dixit. Is miser est, qui erumnam suam nescit occultare. M. Crassus re male gesta in Parthos, desperata omni salute, postquam vidit filij caput ab hostibus hastæ præfixum circumferri, & exercitum omni ex parte turbatum passim trucidari, in abditam obscurum que locum penetravit, donec auaritiæ, temeritatis atque ambitionis lux, omnisque sceditatis pœnas lueret,

Brutus quoque desperatis afflictisque rebus, quum cerneret Antonij exercitum victoria exultantem, solus in edito quodam saxo aliquandiu sedit, versusque Hom. Iouem malorum omnium causam præbuisse asserbat, vt ait Plurarchus: vel

vt latinorum quidam scribunt, Homerus versus conquestus est ad hanc sententiam.

Sed me parca tenax, Latonæque obruit infans, Apollo enim in Philippenfi acie ab Antonio proressera militari contra Brutum datus fuerat. Mox verò Brutus in penitiotem locum se abdidit, vbi mortem sibi intulit, extremæque verba ad hanc sententiam protulit, Iustos atque optimos viros iniqui perdunt. Sed de pauore hætenus,

DE CONTVRBATIONE

Tit. VII.

NVNC verò conturbatio sequitur, quæ (vt Cicero definit) est metus excutiens cogitata omnia turbida & ambigua reddit, mentemque in varias cogitationes distrahit. Stoici autem dicunt conturbationem metum esse angustiorem animum facientem, & difficultatem in rebus gerendis præstantem. Hac animi perturbatione vacare debent quam maxime reges ac principes omnes, est enim fortitudini omnino aduersa, cuius officia in rebus omnibus præstare debent.

Exercitui quoque qui præest, vnus in se habet omnium vires. Nam si verum est quod Epicrates de re militari disserens scripsit, Exercitus quasi animal quoddam est homini persimile: cuius caput sit imperator acies instructa pedes ac thorax, pedites manus, equites autem pedes consequens erit, vt sicut in corpore cõturbato

*Imperato-
ris exercitii
officium.*

commotóque capite membra reliqua nullum of-
fícium præstare possunt, sic perturbato imperato-
re exercitus omnis fluctuat, periclitatur, ac perit,
expositusque fortunæ est, veluti naus resstantibus
uentis contrariis, si gubernator ab officio suo ces-
sat, nec clauum pro fluctuum motu forti animo
huc atque illuc versat impellitque. Nullum con-
stantis ducis aut fortissimi militis munus omittat
oportet ille qui rei bellicæ præest. Occurset timen-
tibus, retineat cedentes, adsit fortibus spe, con-
silio, manu, nutu, voce, hostibus semper in-
signis sit, suis autem conspicuus appareat, &
ardore præsentiaque animi in omne opus fera-
tur. Flagrantes oculos circumuoluat, truci vo-
ce increpet, & nunc minacibus, nunc blandis ver-
bis milites appellet vt magis è re esse arbitrabi-
tur. At quum à pugna ocium erit arma parat
imperator oportet, alloquatur exercitum, mili-
tem ferat, in ore vulgi agat, rumores hauriat, præ-
terita, instantia, futura, pari diligentia mediretur se-
creta vmbracula fugiat, in propatulo atq; aperto
vescatur, literas diligenter legat, nuntios audiat,
neque illos nimio perrore terturber. Ignauī enim
imperatoris est nolle aduersa audire & nuntiis
adè perturbari, vt à ratione discedat. Magna
vero constantiæ est aduersis nuntiis non commo-
ueti conturbarique & animi affectum subitum-
que motum ex vultu non prodere. Hinc illud

Aeneid. I. Virgilij documentum.


Spem vultu simulat, premit altum corde dolo-
rem, Expedi enim vt simulent ac dissimulent im-
peratores nonnunquam, quum res exigit (quan-
uis

uis vtrumque contra veritatem sit) & tum maxi-
me quum maius periculum ac damnum ex veri-
tate, quam ex mandacio oriretur. Hoc ipse Cice-
ro manifestè concedere videtur, quum ait, Itaque
nunquam disitebor multa me vt ad effectum
bonorum consiliorum venirem, & simulasse inuit-
tum, & dissimulasse cum dolore.

Tigranes Armeniæ rex, qui se regem regum nõ
inscibi iniquo animo ferebat, infirmior visus est
quum vix auditu. perferre possit Romanos in se
exercitum mittere : proinde primum nuntium
qui aduentum Luculli ei nunciauit, securi percussu
iussit: qua ex re effectum est vt ceteri omnes prop-
ria salutis consuluerint, & properantem hostem
miro silentio transire permiserint. Aderant regi
assentatores, qui hostium paucitatem se contem-
nere simulabant regemque illuc infantiæ compu-
lerunt, vt quum exercitum inimicum cerneret, per
ludibrium diceret, Hi si legati veniunt, permulti
quidem sunt, sin verò hostes, perquam pauci. Ro-
mani autem re ipsa docuerunt peritam paucita-
tem longè pluris faciendam esse, quàm imperiti-
am multarum gentium colluionem.

Constantius Tigrane egit Darius, quum bel-
lum contra se gereret Alexander, aduersa enim
omnia sibi nunctari semper æquo animo pertulit,
& quum Eunuchus quidam transfuga mortem
voris (quam vnice diligebat) ei nunctare vellet,
& facie ac sermone trepidaret, neque præ timore
miserare auderet, vultus (inquit) nescio quid
ingentis mali præfert: sed caue miseri hominis
auribus parcas. Est enim sæpe calamitosis conso-

Dd



lationis non parua pars, fortem fortunamque suam quamprimum cognoscere. Et hæc de conurbatione satis,

DE FORMIDINE ET

somniis, insomniisq̄.

Tit. VIII.

Formido.

Formido species finitima esse videtur formido, quam M. Varro interpretari nititur. Dicit enim quum animus vehementius commouetur, aded vt à seipso abeat, forsque feratur, tunc formido dicitur. Alij quoque veterum formidinem dici putant à calore illo qui faciem nostram intradit ex sensu illo rerum formidolosarum. Foruum siquidem apud priscos calidum significabat: vnde & fornaces dicuntur, & forcipes fabrorum, quod foruum hoc est calidum ferrum capiant: hinc etiam formam & formosum trahi arbitrantur veteres grammatici, propter atatis calorem, vel quia rubor qui faciem perfundit, à calore manat, & formam honestiorem pulchrioremque reddit. Cicero autem formidinem dicit esse metum permanentem. Hinc formidolosus ille dicitur, qui præ animi vecordia minima quæque formidat, nunquam securus conquiescit, paruoque motu concutitur, nihil tutum cautumve esse putat à seipso cuiusque consilii sæpe discedit, nec sibi ipsi satis costat: modo acerbus & minax, modo mitis & remissus, modo audax & ferox, modo ignauus ac mollis esse apparet.

Formidolosissimi omnium mortalium habitant sunt (vt Herodotus scribit) Garamantes, qui habitant ultra Nasamones, hi somnia ormidant, & omnium hominum commercium aspectumque fugiunt, & quum arma habeant, nec alios lacessere, nec sibi illatam vim propulsare, aut seipos tutari ac defendere audent. Formidolosus in somniis sæpe concutitur, & præsertim si scelestum aut inmane aliquid facinus admisit, qualem Orestem poëta inducunt, qui maternis furiis inter quietem agitabatur.

Nero.

Nero quoque postquam matrem suam acerbius corrigentem petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatemque suam peremit, inter dormiendum (vt ipsemet fatebatur) materna specie commouebatur, afficiebaturque nonnunquam verberibus, & accensis furiarum facibus urebatur.

C. vero Cæsar cognomento Caligula excitabatur noctu in somniis, nec ultra tres somnos quiescebat, nec placida vnquam quiete, sed pauca semper, & miris quibusdam imaginibus vexabatur. Conscientia enim antea & vitæ semper eum torquebat, vixque sinebat eum paululum quippiam oculos in somnum inclinare.

Sed hæc formidinis species virum bonum ac fortem non perturbat, verum noxios quosdam aut vecordes, ac molliores. Hac opinione ductus Theodorus Byzantius, & nonnulli alij philosophi senserunt simulacra & nocturnas apparitiones sapientibus nunquam apparuisse, sed pueris mulierculis, vecordibus, atque ægrotis, qui per imbecillitatem animi aut corporis assidua formidine

Dd ij

quatiuntur, & inanes, vanas, atque ab omni veritate alienas opiniones amentia quadam ducti sibi peruadent, & ea putant videre per hallucinationis speciem, quæ non vident, quæque etiam nusquam sunt: & eadem inter credulos ac meticulosos variant, qui illis pari dementia tantam adhibent fidem, ut se ea quoque cum illis vna viderisse autem. Hi sunt leuantes, hi lares, hæ larvæ de quibus inter se fabulantur, & stultitiæ insaniam addunt. Hæc est etiam repentina inter quietem turbatio, quæ *ἔστυπνιχὴ* græce dicitur: & ille incubus quem laici quidam dormientibus incubare aiunt. Non me latet Platonem in Symposio scripsisse medias quasdam potestates esse inter summum æthera & infimas terras, in illo aëris spacio per quas & desideria nostra & merita ad deum præferantur, à quibus etiam (ut ipse ait) omnes prælagiorum species regantur, præfuntque insomniis auguriis, & vaticiniis. Sed hæc ad hanc disputationem nihil attinent, & aliud tempus exigunt, sunt enim abdita nimis, & obscurioris cuiusdam lucubrationis.

Agroti præ imbecillitate ac formidine plurimum insomniis vexantur, & quæ tunc magis timent, putant se videre. Vitellius Cæsar ignavia voluptateque torpebat, ventri, somno, gulaque a se dedo indulgebat, ut contentus horum umbraculorum esse. Is aliquando recepit visum sibi per quietem iuuenem procerum admodum in caelum attolli: quasi putaret se post mortem indigere futurum. Verius certe fuisse ei somnium, si se vulneribus confici inter quietem

*Incubus.
Plato.*

Vitellius

*Cæsar obli-
tus semper
ratorum esse.*

vidisset, atque excarnificari, in super & vico in Tiberim trahi. Arqui is qui per ludibrium dicere solebat occisum hostem optime olere, optimum odorem hostibus suis de seipso præbuit.

Certius monitus fuit Galba, qui per quietem vidit fortunam Tusculanam toruo aspectu in se iratam, querentemque monile (quo ante eum donauerat) Veneri se consecrasset, minantemque se crepturam quæ ei dedisset, Nam paulo post ad lacum Curtium à milibus Othonis confossus iugulatusque interit.

Et Tiberius Cæsar vidit per quietem Apollinem miræ artis aduectum ei è Syracasis, quem in Bibliotheca noui templi consecrare destinauerat, non posse ab eo dedicari dicentem. Sed quis hoc miretur, deum nolle à pollutis impiisque manibus consecrari, sed malle ut illæ pœnas luerent scelerum suorum, ut turpi interitu expiantur tetra facinora?

At principes virtute præstantes, & optime deo consiliati, sæpe dormientes ea cernunt quæ & vera sunt, & rebus quæ geruntur, pernecessaria, relictis enim corporeis actionibus, animus noster qui semper viget indefesso motu, rationes colligit quibus vera dignoscit, præcipuè quum in inum descendit, sic diuinus ipse diuinare, & futura præuidere atque prædicere videtur. Tunc quidem verum est quod Lucullus de Sylla didicisse testabatur: Nihil certius, nihilque credi dignius, quàm quod per insomnium fuerit præmonstratum, & præcipuè regibus, imperatoribus, duobus, summisque viris.

Agamemnonē inducit Hom. in consilio Græcorū quæ inter quietē viderit de belli ordine, narrantē & Nestorem virum sapientia & cōsilio summum dicentem in rebus ad statum publicum pertinentibus regio in somnio credendum omnino esse.

*ptolemæus
Alexādrī
frater.*

Quum Ptolemæus Alexandri frater in prælio telo venenato ictus esset, eoque vulnere summo cum dolore moteretur, Alexander ei assidens somno repente est consopitus. Tum secundum quietem visus est ei draco is quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, & simul dicere quo illa loco nasceretur, eius esse vim tantam, ut Ptolemæū facile sanaret. Quum Alexander experectus narrasset amicis somnium, misit qui illam radiculam quærent, qua inuenta & Ptolemæus sanatus dicitur, & multi milites qui erant eodem genere teli vulnerati, Ptolemæi fratris salutem optime consulit Alexander, quum his quæ per quietem viderat, credidit. Pessimè autem sibi ipsi cavit, quum somniis fidem abrogauit. Ei enim dormienti imago aliquando apparuit, monuitque ut inuenis qui eum aditarus foret, mortiferum poculum vitaret, cuius faciem per similitudinem sibi ostensam non nouerat: at paruo tempore in riuo Cassander ad eum peruenit, cuius nocturnam faciem sibi ostensam cognouit: & quum rogasset cuiusnam filius esset, respondissetque ille, Antipatri, longo magis paternæ amicitia quam somnio credens Alexander, illum grato animo in familiam accepit, eidemque curam sui corporis permisit, verum quum ille insolentior factus plura à rege peteret quam æquum erat,

nec semper voti compos fieret, indignatione per-motus, venenatum poculum miscuit, quo enectus perit omnium rex excellentissimus in flore ætatis suæ & in medio cursu victoriæ totius orbis terrarum. Illa de Ptolemæo refert Cicero & complures græci scriptores vera esse testantur.

Idem etiam scribit & Silenum Celiūque græcum vnum alterum latinum testes inducit, Hannibali, quum saguntum expugnasset, visum esse in somniis à Ioue se in consilium deorum vocari, quod quum venisset, Iouem imperasse ut Italiæ bellum inferret ducemque ei vnum è consilio datum, quo in exercitu vteretur. Tum ducem illum præcepisse ne respiceret: illum autem id diutius facere non potuisse, elatumque cupiditate respexisse. Tum visam belluam vastam & immanem circumplicatam serpentes quacunque incederet, omnia arbuta, virgulta restaque peruertere, & eum admiratum quæsiuisse de deo quodnam illud esset belluæ monstrum & deum respondisse vastitatem esse Italiæ, præcepisseque ut pergeret protinus quid retro à tergo fieret ne laboraret.

*Cic. li. 2. de
diuinatione
ad fi.*

Marius septimum cōsul contra Syllam designatus affectus senio longo exilio fessus erroribus, egestate, carcere, periculisque vexatus, iam animum submiserat, & mentis agitatione ac imbecillitate aded turbabatur, ut vix somnum capere posset, tametsi liberi patris cantharo & largioribus meri poculis plusculum se inuitaret. Proinde horribilioribus quibusdam in somniis terrebaratur. Visus est enim secundum quietem hominem audire crebro dicentem, Dura sunt

cubilia leonis, hæc ex formidine quadam & senili ignavia manabant. Nam quum animi virtutes, & corporis vires, quibus imperatores omnes ac duces sui temporis antequam extrabant, faciltora præstigia inter dormiendam ei obueniebant.

Castius Parmensis quum ad Actium promontorium Antonium (cuius partes forti animo secutus fuerat) ab Octauiio victum cerneret, ignauior factus est, & Athenas profugit, quo loci quum victoris ultionem formidaret, nocturnis insomniis agitabatur, & malum Genium tristi vultu mæstoque aspectu noctu sibi apparerem cernebat, quoad à satellitibus Octauij illuc missis capite truncatus est. Imbecilliores enim sæpenumero quæ magis timent, inter quietem cernunt, fortiores autem quæ magis sperant.

Quidam autem tam alto somno demerguntur, vt inter quietem ambulent, neque aliquo motu corporis expergeant, vt de Theone Tithoreo stoico philosopho scribit Laertius, & de seruo Perichis Atheniensis, quem refert dormientem per summum etiam tectum incedere solitum.

DE ÆGRITVDINE

Tit. IX.



Ixi bifariam quatuor animi perturbationes æqualiter distributas esse, duas ex opinione boni, quarum altera lætitia gestiens sit, altera autem cupiditas, quæ rectè etiam libido dicitur: duas verò reliquas turbati opinione mali, quarum vna sit metus, altera

ægritudo, Treis superiores absolui. earumque singulas species tractaui. Restat nunc quarta de qua in præsentia dicendum putauim. Ægritudo (vt Cicero definit) est opinio recens mali præsentis, in qua demitti contrahi que animum rectum esse videatur. Secernit eam ab ægroratione, ne qua sit in verbis ambiguitas: vt sit ægritudo animi vexatio, ægroratio autem corporis. Ægritudinem Stoici dolorem appellant, & eum voluptati opponunt, dicuntque dolorem esse irrationabile animi contractionem.

Eias siue ægritudinis, siue doloris (de verbo enim non contendo) species sunt complures, misericordia, inuidia, æmulatio, obtrectatio, angor, tristitia, mæror, luctus, ærumna, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio. De singulis quibusque nunc aliquid dicendum erit, vt his expositis ad morales. ciuilesque virtutes facilius descendere possimus.

DE MISERICORDIA

Tit. X.



Arum specierum prima est misericordia, quæ animi ægritudo dicitur esse, suscepta ex alterius miseria iniuria laborantis, vt Zeno Stoicus opinatur. Cicero autem dicit misericordiam esse ægritudinem ex alterius rebus aduersis iniuria laborantis susceptam. Quæ à plerisque solet, cadatne hic affectus in sapientem virum? Stoici negant, vt qui putent illum nulla animi commotione teneri, quum ei satis sit

culpa vacare, iniquū esse asserētes, sapientem alienam culpam luere, vel alieno incōmodo torqueri quum ne suo quidem aliqua ex parte moueatur.

Addunt etiam hanc partitionem dicentes. Eorū omnium quæ sunt, alia bona esse, alia mala, alia autē neutra. Bona quidem ea quæ per virtutem fiunt, vt per prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Mala verò his opposita vitia, quæ per temeritatem, iguauiam, iniustitiam, intemperantiamque committuntur, & semper per se nobis obsunt. Neutra autem quæ neque profunt, neque obsunt, quibus & bene & male vti possumus, quandò in medio relicta sunt, neque honesta neque turpia dici possunt neque bona neque mala haberi. Hæc à Cicerone proposita vel reiecta appellatur, à verò aliis pro quibusdam ductiones, vel relationes dicuntur, quòd suis momentis dignoscantur. Prodesse enim dicunt Stoici monere aut habere secundum virtutem: nocere autem contra monere aut habere secundum vitium. At Peripatetici, qui plura moribus nostris indulgent, finem ponunt virtutis vsum, felicitatem verò plenitudinem quamdam ex triplici bono constantem animi, corporis, & fortunæ.

Virtutem ad beatam vitam non satis esse, sed egerere bonis corporis & externis. Miserum & infelicem esse sapientem, si doloribus corporis, & inopia afficitur, & eiusmodi malis. Vitia autem ad miseriam & infelicitatem sufficere aiunt, tametsi quis omnibus corporis ac fortunæ bonis affluat: quibus ex rebus concludunt sapientem non perturbationibus omnino vacare, sed modice ac tempe-

rate perturbari. Et Hanc cōmotionem mediocritatem appellant, eamque inter virtutes collocant. Inhumanum enim esse videretur, in aduersis amicorum ac necessariorum casibus non aliqua misericordia moueri, etiamsi hi casus ad nos nihil pertinere videantur, Natura siquidē id nobis præscribit. Cernimus enim bruta animalia nō mediocriter commoueri quum intuētur aliquod sui generis verberibus aut aliquo dolore affectū. Sic etiam exhorrent cadauera animalium sui generis, quasi interitum illorum aliqua misericordia prosequantur,

Nos igitur hoc loco Peripateticos magis sequemur, & præcipue quum his accedant etiam vereres Academici, qui Platonem philosophorum summum autorem habent, dicemusque sapientem ipsum misericordia commoueri, non tamen miserabiliter, aut muliebriter, sed vt decet virum fortem ac prudentem, & eum maxime quem humana tangunt. Quinetiam quibuscumque rebus poterit miseris ab iniuria prohibebit, illatamque etiam propulsabit, atque vlciscetur: & hoc quidem optimi principis officium erit, in quibus verò id facere non poterit, æqui boni clementisque viri munere fangeretur, aderit cōcilio, opitulabitur ad iuuabit.

Nulla procul dubio officia, potiora sūt, nec quæ magis principem commendent, quam ea quæ per clementiam, equitatem, beneficentiam, mansuetudinem, misericordiamque exhibentur. Recte itaque Græci misericordiam ipsam ἐλεημοσύνην appellant, & amoris beneuolentiæque iudicium

esse putant. Æquum est enim sic in aduersis amicorum rebus angere, ut in prosperis lætari. Verus siquidem amicus utriusque fortunæ participem præstat. Hanc misericordiam Athenienses non modo pro virtute habuerunt, verum etiam pro numine coluerunt, eique templum & aram crexerunt.

Altera cui ἄλσος apud Græcos est nomen, mollior miserabiliorque esse videtur, & à mollior olei (unde nomen ducit) affectum aliqua ex parte trahit: proinde minus decet fortem virum, & à principis gravitate longe aliena est. Hanc veteres, qui castigatius locuti sunt, miserationem appellauerunt illam autem misericordiam, & ex hac miserari dicebatur, sicut ex altera misereri. Sed alteram pro altero autores sæpe usurpant. Illa prior viri fortis est, hæc autem mollioris.

Est etiam tertium misericordie genus, quod ex memoria præteriti doloris nostri, vel alterius cuiusque proficiscitur, cum quadam suavi delectatione. Nam postquam dolorem, laborem vel aliquod periculum superauimus, secunda recordatio delectationem habet, quod Maronis munus pollicetur, quum ait.

Æneid. 1. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Et tritum est illud ex Eutipide.

Epistolarum fam. lib. 5. Dulce est meminisse malorum.

Sic etiam iucunda est misericordia in præteritis aliorum casibus quem enim nostrum (ut scribit Cicero ad Luciliū) motiens ille Epaminondas apud Mantineam, non cum quadam miseratione delectat, qui tum denique sibi auelli iubet spiculum,

postquam ei percunctanti dictum est clypeum esse saluum, ut etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moteretur.

Isocrates regi suo præcipit, ut delicta non culpæ magnitudine, sed clementia misericordiæque demeratur, quum regium omnino sit non acerbè crudeliter ve in eos qui fontes habentur, animaduertere, sed consilio & sapientia eis mederi, ut deinceps culpam potius vitent, rationis memores, quam ex læuitia formident. Boni enim medici est vnguentum potius adhibere, quam ferrum. Arcagatus Peloponesiacus, qui primus Chirurgus Romam venit (ut Plinius scribit) gratus fuit omnibus ciuibus adeo ut ei ex senatusconsulto ius Quiritium datum sit, & taberna in compito Acilio empta. Verum quum immisericos ex usu quodam medicum iam factus esset, à læuitia secandi atque vrèdi vulnerarius & carnifex dicebatur, & omnibus cõtemptui neglectique exitit.

Cauendum igitur erit ne longo vltionis usu in læuitiam incidamus, dum misericordie affectum vitare studemus. Sed quanti facienda sit misericordia in principe, docuit Cicero, quum pro rege Deiotaro diceret his verbis: Non debeo Caius Cæsar (quod fieri solet in tantis periculis) tentare quomodo dicendo misericordiam tuam commouere possim, nihil opus est. Occurrere enim solet ipsa supplicibus & calamitosus, nullus oratione euocata.

Facilitate, ac clementia (ut in superioribus c. C. Cas. mi-
tiam dictum est) principes omnes anteiuit Cæsar, verè enim vulgo dicebant nihil eum magis C. sagitta.

plin. li. 29.

in. ca. 1.

Ci. pro Deiotaro rege ad fil.

C. Cas. misericordia.

C. sagitta.

oblivisci quàm iniuriarum Cornelio Fagita (à quo captus per insidias nocturnas, quum ægrotus lateret magno se redemerat ne duceretur ad Syllam) non modò pepercit, verùm nunquam noceri ei permisit. Facile etiam Atheniensibus, à quibus multis iniuriis affectus fuerat, veniam dedit, dixitque, Viri Athenienses, saepe vestra culpa ad interitum prolapsos maiorum vestrorum gloria crexit.

Clemens etiam & humana respiciens fuisse videtur est Alexander, Darij enim conjugem, (qua multa forma pulchritudine eo tempore præstantior habita est) & virgines regias ad eò sanctè habuit, ut nò modò ab eis abstineret, verùm ne cuiquam pertulisset fœminis ullis captivis quemquam venderet vim afferre. Proinde eunuchus trās fuga roganti Dario an vxoris pudicitiam violasset Alexander: deos testes inuocans, & corpus suum quaestioni offerens, respòdit, castè sanctèque habitam esse reginam. Tum Darius capite velato diu fleuit, deinde ad cælum manus tendens, Dij patrij (inquit) primum mihi stabilite regnum, deinde si de me iam transactum est, precor ne quis potius Alia rex sit, quàm iste tam iustus hostis, & misericors victor. Iure igitur laudandus est hic affectus, si pro misericorde victore etiam hostis victus deos oratos facit.

Philippus Macedo dicere solebat, Oportere regem semper meminisse se hominem esse, & per misericordiam se similem deo fieri. Titus Vespasiani filius quum post patrem imperaret, duos Patrij generis iuvenes conuictos de affectatione

imperij, clementia misericordiæque motus liberavit, & ad alterius matrem, quæ ruri præ morore diuersabatur, properantes nuntios misit, qui anxie fœminæ nuntiarent filiũ saluum esse. Huius principis mores tantum ad promerendam omnium gratiam valuerunt, ut amor ac delicia humani generis diceretur.

Antonius Cæsar cognomento Pius, misericordia & clementia plurimum præstitit, ad eò ut solus omnium Cæsarum sine civili sanguine regnauerit.

Et de misericordiæ affectu satis.

DE INVIDIA

Titul. XI.

Secundus Aegritudinis affectus est, & omnium quidem pessimus, invidia, quæ mœret alieno bono, & lætatur alieno malo: de qua vere ac prudenter ait Cn. Manlius contra Furium, & Æmilium. Cæca est invidia Patres conscripti, nec quicquam aliud sit quàm detrectare virtutes, corrumpere honores, ac præmia earum. Verum est etiam quòd à veteribus usurpatur, Invidia quasi ignis superiora semper atque altiora perit, & in caput consilij, atque in ducè ipsum sæpenumero euadit. Quotus enim quisque tantam felicitatem nactus est, ut possit inuidiã superare? Quinetiam quantum potètiæ vnicuique accedit, tantum inuidiæ in eum crescit. Sapienter, quãuis nò satis emunctè, Theodolus dixit fugiendam esse inuidiam multorum, & insidias eorum qui nos odio habent, semper esse cauendas.

Tit. Ii. de
ca. 4. lib. 8.

Tus. quest.
lib. 4.

Tu. 3. & 4.

Inuidiam Zeno dicit esse animi aegritudinem susceptam propter alicuius res secundas quæ nihil noceant inuidenti. Recte itaque Aristoteles ad hanc sententiam dicere solebat, Sicuti rubigo ferarum, sic inuidia inuidos abrodit. Ciceo eam ab inuidentiã fecerunt, diciturque inuidentiã solum illius esse, qui inuidet, inuidiana autem non in eo qui inuidet, solum, sed etiam in eo qui inuidetur. Hęc in domibus principum maxime alitur, & pestis familiaris atque domestica dicitur, scilicetque semper in homines ingenio ac virtute præstantes, quasi rabiosa ac truculentissima fera, illos insimulat, criminatur, mordet, lacerat, perdit: nec vlla ex parte sinit eorum res prosperas augeri. Testis mihi sit ciuitas Athenarum, (ne recentiora diuina quæ sine mœrore à me referri nequeunt) illa vltimum vnquam paulo clatiorem ciuem perire potuit, quem non necauerit, aut ad vim sibi ipsi inferendam compulerit, vel saltem in exilium eiecerit bonisque omnibus multauerit. Inuidia sanctissimum innocentissimumque omnium philosophorum Socratem perimit, qui extingui maluit, quam Lyfiæ oratione incolumis esse, quum diceret illam viro graui neuiquam conuenire, tanquam si quis ei calceos Sicyonis præberet, qui quanquam pedibus apti essent, tamen à gravitate ac dignitate viri longe alieni esse viderentur. Et cum mortiferum cicuta peculum à carnifice accepisset, exclamassetque Xanthippe eius coniux, innocentem illum periturum: Quid ergo, inquit Socrates, nocenti mihi mori satius esse duxisti?

Quid de aliis clarissimis Atheniensibus loquar:
quorum

quorum res præclare domi militiaeque gestæ, non trophæi aut triumpho gloriã attulerunt, sed miserii exilij pœnam exhibuerunt? Themistocles postquam nauali pugna Xerxem vicit, & patriam atque vniuersam Græciam à barbarorum imperio liberavit inuidiã cessit, & decennali exilio multatus exiit. Excusabant id factum Athenienses dicebantque hoc se ideo egisse, vt animum illius comprimerent, ne gloria ac potentia elatior Themistocles popularem æquitatem mensuramque excederet, permiseruntque vt Timocreon Rodius poëta famosum carmen in illum circumferret, quo illum auaritiæ, iniustitiæ, improbitatis, violatæ fidei, proditæ hospitalitatis criminaretur.

Aristides quoque vir virtute, & rerum gestarum gloria illustris, & iustitiæ merito iustus cognominatus, patria etiam, quam seruauerat, auariter exierat, & tanto splendore affecerat, eiectus est, & quum urbem egredieretur, non diras execrationes aut imprecationes in ciues effudit, vt apud Tragicos fieri solet, sed manus ad cælum tendens, deum optimum maximum orauit, Atheniensibus ita in posterum omnia fauste feliciterque succederent, vt Aristidis deinceps memoria omnibus excideret.

Hoc commune omnis multitudinis vitium esse cernitur, vt magnos ac virtute præstantes viros plerumque inuidia prosequatur, Ignauos autem ac timidos dignitate ac gloria afficiat. Hos enim quorum prudentiam imitari posse confidit, diligere, illos verò quorum sapientiam neuiquam attingere posse sperat, & si tacito iudicio admiratur, liore tamen atque inuidia infectatur.

Quocirca
Ee

Themistoclis exilium


Timocreon poeta.

Aristides te staccis suffragis patriæ exactus.

Reges inuidiarato rorquentur.
 in seditione discordiâque ciuili plerunque cernim⁹ honores ac dignitates maximas ignauis potius quam fortibus præberi. Inuidia tamen in regibus ac principibus minus potest, quàm in minoribus ac priuatis. Ipsi enim pares non habent quibus æmuleantur, & alia ex parte minores eis minus inuidet, quorû sublimitatē nequaquam sperare possunt. Nemesis deam, quæ contra inuidiam atque superbiam colebatur, Theologi vetustissimi, qui de sacris ritibus scripserunt, Solis potentiam esse putauerunt, cuius quidem eiusmodi natura sit, ut illustria quæque obscuret, conspèctuique auferat, obscura verò illuminet, & oculis ut fulgentia offerat. Eodem modo inuidia sublimiora euertere nititur, & humiliora extollere conatur: quin etiam in miseros atque inopes non seuit, sed in diuites ac fortunatos. Er prius seipsam cruciat, quàm in eos quibus inuidet grassetur: alieno enim bono mœret. Facerè Bion Borystenites inuido cuidam subtristi ait: Nescio equidem vtrum tibi mali aliquid, an alteri boni quippiam contigerit, quòd te tristem video. Sed hæc de inuidia satis, complura enim de ea in libris de rep. scripsisse memini.

DE ÆMVLATIONE

Titulus. XII.

Æmulatio.
nitima hinc accedit emulatio, quæ (ut Cicero definit) est ægritudo animi quum alius potiarur ea re quam tu cõcupiueris, tu autem ipse careas. Hæc cum inuidia affinitate quadã tenetur. Mœret etã

alieno bono, & quia id cõcupiuerit, iniquo animo fert aliũ ante se eiusdẽ boni fuisse cõpotem. Proinde aut eripere nititur, aut aliqua ex parte minuire, aut gloriã ipsam sibi vëdicare. hic affectus non nunquam magnos viros inuadit, qui dum alienæ vittati aut rebus gestis æmulantur, aliã laudem obscuriorem reddunt, ut famã suam amplificent.

Bocchus Mauritanie rex Iugurtham, qui suæ fidei se cõmmisserat, Mario consuli, ut se populo Romano consiliaret, prodidit: verùm L. Sylla legatus missus à consule eam duxit, sed eundem totam magna cupi sitate sibi aded affectauit, ut non solum sibi palam rei gloriã vëdicaret, sed etiam in signarorio annulo traditionem illam sculptam ad ostentationem sibi præferret. Ex quo quidem principio teterrimæ inimiciæ inter Marium & Syllam ortæ sunt cum interitu tot clarissimorum virorum, & clade tot exercituum, ac labe totius rei publicæ.

Lucullus quoque Mithridatis copias ferro famè- que affligerat, regnòque Pontico eum expulerat, & rursus à Tygranè Armeniæ rege adiutum magna victoria superauerat: his tamen præclaris gestis quum æmularetur Pompeius, per ambitionem obtinuit, ut Lucullo (qui iam bellum fecerat) reuocato, succederet in bello, quod quidem deinde paruo labore confecit, & Tigranem ad deditionem, Mithridatem autem ad venenum compulit. Lucullus verò quum audisset Pompeij aduētum, ait illũ accedere ad simulachra vmbraque belli expugnandas, ut sapius alias consueuerat, qui olim Sertorij, Bruti, Spartaci bellis, quasi

Ee ij

*Crassigenus
luto.*

vulturn aliena prædæ cadaverive aduolasset: quum Crassus & Metellus & Lepidus bella illa magna virtute iam affecissent. Proinde non admirari si gloriam suam cui emularetur, niteretur extenuare, vt de fugatis victisque à se Armeniis Ponticis, que triumphum duceret. Emulatus est etiam Crassus Pompeio magni cognomen, Nam quum miles quidam dixisset, aderit Pompeius magnus: subridens, quantus, inquit

*Emulatio-
nis altera
species*

Est etiam nonnunquam emulatio eiusdem rei studium ex imitatione quadam ac similitudine, non autem ex similitate & inuidia, vt quum dicimus Theseum gesta Herculis emulatum fuisse, tunc non vituperanda est emulatio, sed laudanda, si virtutes, bonas artes, rectasque actiones imitatur. Hac opinione ductus Cicero quum apud Cæsarem pro M. Marcelli restitutione oraret, dixit illum æmulum atque imitatore[m] studiorum suorum extitisse. Eiusmodi emulatio non modo in studiis bonarum artium perutilis est, sed etiam regibus imperatoribusque pernecessaria. Præbet enim quasi exemplar quoddam agendæ vitæ, regendique imperij. Nam sicut Aristoteles Platonem præceptorem suum, & veterem Academiam sibi ad imitandum proposuit, vt in mediocritate virtutem poneret, sicut Cicero in dicendo Demosthenem cuius dicendi virtutes imitaretur, & Virgilius Homerum, Plautus Epicharmum Siculum, G. Iulius Euphoriona Chalcidensem elegiarum Poëtam, cuius in Bucolicis meminit Virgilius, sic reges, imperatores, ac duces efficere debent, vt in pace qualivittu[m] emuli Euagoræ, Agefilaû, Numam

*Aristoteles
Platon. discipulum.*

*Reges quos
debeant imitari.*

imitentur in bello autem Camillum, Scipionem Cæsarem, Alexandrum, ac præclarissimos alios quosque, quorum quidem emulatio quasi optimi exemplaris instar illos ad perfectè laudis ac gloriæ cumulum perducet. Nec verò admirandum est emulationis nomen ambiguū esse *ἀμύλλος* enim apud Græcos (vnde origine ducit) altitum, varium, & blandum sermone significat & *ἀμύλλια* dicendi facundiã Cornelius nepos in vita Pomponij Artici huius affectus proprietatem eleganter ostendit, cuius verba ponenda esse celsui, vt res ipsa clarius intelligatur, Pomponius vtebatur intime Quinto Hortensio, qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat, vt intelligi non posset, vter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius, & id quod erat difficillimum efficiebat, vt inter quos tantæ laudis esset emulatio, nulla intercederet obrectatio, essetque talium virorum quasi copula. Quibus ex verbis colligimus emulationem quum transit in obrectationem, facile ex ea in odium, similitatem, inimicitiasque ac certamē prolabi posse, ex quo deinde ad vulnera necemque procurritur: hinc illud Maronis de miseno Æolide tubicine Demens & cantu vocat in certamina duos, *Æmulis exceptum Triton (si credere dignum est) iter saxa viram spumosa immerferat vnda.*

*Cornelius
nepos.*

Pomponius

Emulatio nonnunquam cōpellit ad maiorum prouocationem, vnde in fabulis scribunt poëtæ Marsyam Celemum ab Apolline superatum Scythico flagello grauiter fuisse cæsum. Et Thamyram Odrysiam à musis, quas ad citharæ certamen

*Æneidos
sexta.*

*Marsyas
Thamyras.*

*similitudo,
in simulta-
tem versa.*

prouocauerat, non modò victum, sed excæcatum quoque fuisse, illiusque citharam in Barulam fluuium abiectam, eumque per irrisionem deinceps Barulam fuisse cognominatum. Hæc æmulatio nisi rationis habentis regatur, exultat, ac libetius vagatur, & similitudinem quam sequi videbatur, in similitatem conuertit, detractat officium, laudi alterius aduersatur, detrahit, insidiatur, tunc in alium incidit affectum longè deteriorem, sitque obrectatio, de qua nunc à nobis dicendum venit.

DE OBRECTATIONE.

Titulus XIII.

Obrectatio



Obrectatio (vt Zeno definit) est animi ægritudo ex eo manas, quod ad sit alteri, quod ipse etiam habeat. Hac perturbatos animos vicissim inter se habuissent Ciceronem & Hortensium multi putabant: de eloquentiæ enim laude æmulatio quædam inter eos esse videbatur, quâ simulâdo dissimulandòq; tegebant. Nam Cicero illum miris effert laudibus, quam dicit, Hortensius memoria tanta fuit, quantum in nullo cognouisse me arbitror, vt que secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitauisset. Et rursus alio loco. Ego mihi Hortensium, sibi me ille anteferebat. Ac quum illius obitum deploraret, ait, Dolebam morte Hortensij, quòd non (vt plerique putabant) aduersarium, aut obrectatorem laudum mearum, sed sociam potius & consortem gloriosi laboris amiseram. Quibus quidem testimoniis clarè apparet, hos duos præclarissimos oratores

*Declaris
oratoribus.
Hortensij
hinc.*

nulla inter se obrectatione laborasse, sed suauiter muliarum commercio fuisse coniunctos.

Indissimulata verò obrectatio fuit inter Ciceronem & Salustium: Nam male dictis & probris diutius inter se certauerunt, alterque alterum ad Cic. & Salustium vsque lacerauit. Quin etiam repudiata à Salustio Cic. Terentiã dixit Salustius, vt familiari testimo- obrectatio - nio illum grauius laceraret, & hac noua iniuria res inueteratum odium magis exarsit, & plagam, quæ nondum cicatricem obduxerat, rursus exulcerauit. Male enim obrutum incendium, paruo etiam vento facile inflammatur.

Durior quoque obrectatio inter Demosthenem & Æschinẽm fuit, vt eorum orationes inter se vi- Demosthe- cissim certantes indicant, quibus alter in alterum nis & Æsch vehementer inuehitur. Sic etiam inter Demadem chus mu- & eundem Demosthenem magna fuit obrecta- tua obrectatio, duris enim caillis ac probris palam certabant etatio. vt quum Demades aliquando in Demosthenem dixisset, Meam sus tua Minervam docet? tum ille, At ista, inquit, Minerva tua nuper in adulterio deprehensa fuit. Obrectationem esse Cicero ait, quam intelligi zelotypiam velit, & in definitione cum Zenone conuenit, eamque ait ægritudinem esse quòd alter potiatur eo Minerva quod ipse quoque habeat, complures tamen Demadis poetarum zelotypiam solùm in re amatoria po- in aduile- nunt, obrectationem autem generaliter in om- rio deprehe- ni mala æmulatione, atque inuidia, detracta- sa. Tasc. 4. tione. Nam ζηλοειν amare & imitari signifi- Zelotypia. ficat τυπος autem formam & figuram, inde satira quibus verbum dicitur ζηλοτυπείω à quo ζηλοτυπία fit a.

quasi inuidia quedam sub amoris figura concepta. Sic Iuuenalis Æneam iuuenem zelotypo prælatum Hyarbæ appellat, ut qui amatoriam obrectationem pro Carthaginensium regina inter eos fuisse putet. Oratores verò qui castigatiu locuti sunt, ut græcum verbum fugiant, pro zelotypia obrectationem aut æmulationem vsurpant. Eiusmodi ægritudines animum principis ne utiquam perturbare debent. Nullam enim similitudinem cum priuatis ciuibus habet, cum quibus per similitudinem contendat, & amicos nunquam, si rectè sapere vult, ad parem sibi vsque dignitatem prouehet, sed ita cum illis agat, ut neque plus velint quam per eum illis tribuatur, nec si velint, assequi possint, & pari iure cum reliquis ciuibus parique iudicio censentur.

Nullius porro magis interest, quam principis, amicorum improbitatem, ac petulantiam coercere. Eorum namque licentia odium, similitudinem, exitiumque in ipsos etiam plerumque parit. Non sui ipsius odio Philippus à Pausania interemptus est, sed quod Attali turpitudinem ac petulantiam non vindicauerit, verum illum excellentiore militia extulerit, & Pausaniam conquerentem variis frustrationibus illuserit. Irà ergo qua in aduersarium tumuerat, in regem ipsum euomuit, & occasionem nactus ultionem ab eo exegit, quam ab Attalo nunquam exigere poterat.

*Pausanias
iuuenis phi-
lippum in-
sibi reddere
negligentem
interemit*

Rectius C. Martius in simili causa egit, qui consul sororis suæ filium C. Lusium nomine, militum Tribunum à Cælio Plotio manipulario milite iure cæsum pronuaciat, quoniã eum de stupro com-

pellare ausus fuerat.

Causam etiam amatoriam nõ habebit princeps. nim aut permissis amoribus vtetur, aut si vsquam vagabitur abstinebunt alij id appetere, quod ipse concupiscat, nec quisquam aquam deducere aut deriuare audebit, quum metuerit ne ab vniuerso flumine obruatur. Et de obrectatione satis.

*Plutar. in
Mario &
Vale. max.
lib. 6. Tit. de
pudi. Quin-
tilian. lib. 3.
c. II. Princi-
pis amores
nullus ap-
petat.*

DE ANGORE.

Tit. XIII.



Angor nunc sequitur in cuius definitione Zeno & Cicero cõueniunt dicunt enim angorem animi ægritudinem esse prementem. Nonnulli qui de verborum significatione scribunt, asserunt angorem esse animi, vel corporis cruciatum, dicique à verbo græco putant ἀγγω siquidem idem quod strangulo significat, inde ἀγγών strangulatio latinis dicitur. Festus Pompeius putat hinc trahi anginam, quæ faucium dolorem significat. Plautumque Comitorum facetissimum hoc verbo vsum dicit, vbi ait, In anginam ego nunc me velim verti, ut veneficæ illi aniculæ fauces premdam, atque enecem scelestam simulatricem. Cornelius autem Celsus vir summa doctrina, summæque eloquentia, in libris quos de medicina scripsit, ait, Nostri anginam vocant, apud Græcos nomen prout species est. Nam οὐδ' ἀγγων dicunt dum vis spiritus trahitur. Consequens igitur esse videtur angorem animi, ægritudinem corporis, cruciatum transferri. Nam sicut ex hac

*Angor.
Tuscul. 4.
Festus Pom-
pe. de verb.
signi.
Angina.
Philolaches
adolescens
Plautinus
in mostella-
ria.
Corn. Cel-
sus cap. 4.
lib. 4.*

rotatione corpus corrumpit, membra languescunt, sic etiã animus angore perturbatus deficit, & omnia virtutis officia deserit. Videmus enim nonnullos quum quippiam durioris nunciij accipiunt, ita animo angunt, atque dimitti, vt vbi sint loci, vix satis sciant, vixque suffraginibus regantur, sed tremiscunt, labascunt, defidunt, & frigido sudore perluuntur.

Ex pli. ca. Legimus etiam quosdam repentino angore aded consternatos, vt perierint. P. Rutilius quum leui quodam morbo teneretur, nunciata fratris in petitione consulatus repulsa, illico vitæ spiritum emisit. Diodorus sophista dialecticen profitebatur in qua se omnium præstantissimum esse iactabat, & in differendo nemini cedere. Clarus etiam in eadem disciplina habebatur Stilpo Megarensis, contigit ergo vt aliquando in arduam inciderent disceptationem, magna cõfidentia loquebatur Diodorus, sed Stilpo breui quadam interrogatione quæstiuunculan per iocum ei protulit, cui quum nequaquam respondere posset Diodorus, obicitur & præcipiti quodam angore ex pudore correptus obiit.

Horatius. Angustissimi itaque animi viros tangit hic affectus, & eos qui fortunæ casibus minus resistere didicerunt. Reges autem ac principes qui ingenitam quandam fortitudinem à natura ipsa habent, (fortes enim fortibus creantur vt ait Horatius) longe minus angore turbantur. Additur deinde consuetudo magnorum virorum, cum quibus assidue versantur, & maximarum rerum actiones meditationesque quotidie accidunt, quæ eos ab omni

parua atque humili cura vendicant, & fortes intrepidòsque etiam in rebus arduis ac difficillimis reddunt. Omitto fatalem illam infusionem, qua diuinitus concessum est vt aliis hominibus impere, vt Mæonius vates cecinit, & Hesiod. diuinæ prolis assertor retulit, quum dixit. Indigetes diui fato summi Iouis hi sunt. Quondam homines, modò cum superis humanatuentes,

Largi, ac magnifici, regum ius hinc quoque nacti.

Hesiodus.

DE TRISTITIA, ET

A T R A B I L I.

Titul. xv.

TRISTITIA huic proxima accedit, quæ (vt ait Cicero) est ægritudo permanens altius animo insita, atque in hæres, hæc magis animos eorum perturbat, quorum corpora terrenam magis naturam attingunt. Idcirco quidam putant tristitiam dici à terræ statione, quasi terrestitiã. Atræ quoque bili quam *μελαγχολία* Græci appellat, valde obnoxia habetur, & nonnunquam tantæ potentix est, vt hominem in insaniam conuertat. Vnde illud Plauti: Delirat vxor atræ bili perterrita. Aristoteles ait eos omnes qui atræ bili tenentur, non modò animo sed etiã corpore vexari, semperque medicina egere vt qui abrodantur assidue, vehemèter appetant, multum sumant, parum concoquant. Addit quoque eos altas habere cogitationes, & ingenio pluri-

Cic. Tuscul. quest. lib. 4.

Arist. in. pro ble. sectiõe. 3. quæst. Tuscul.

num præstare. Hoc cum aliquando legeret Cicero, subridens ait se tardiores esse æquo animo ferre, dummodo ab hac naturæ specie omnino abesset. Nec id iniuria dixit vir dicendi ac sentendi Latinorum omnium excellentissimus. Sunt enim taliter affecti homines ad invidiam prouisi, & ad morosorem, fraudem, auaritiam, ignauiam, desiderando enim ac nihil agendo oblectantur. Hos astronomi Saturno subiciunt, scilicet syderi ignaui, nocuo, & hominum generi infesto.

C. Cæsar aliquando in corona familiarium suorum liberius iocabatur, propius illuc accessit vir quidam hilari vultu, sed præpingui, robusto, ac procero corpore, tum quispiam eorum qui in corona aderat, eum monuit, ut submissius loqueretur, hominemque caueret, tum leniter arridens Cæsar dixit, non tales viros esse cauendos, sed macilentos ac tristes, & nutu Brutum ac Cassium ostendit. Ratio tamen & prudentia, naturam astrorum naturæque inclinationem non modò mutare ac cohibere valet, verum etiam omni ex parte abolere.

Zopyrus, rationem, qui naturæ rationem hominumque mores ex corporis habitu, oculis, vultu, frontæque se pernoscere profitebatur, Socratem stupidum, bardumque (ut Ciceronis verbo utar) & à virtute omnino alienum esse dicebat, quòd is iugula concaua non haberet, sed obstructas eas partes, atque obturatas esse dicebat, hoc quum audiuissent qui aderant, Zopyrum irridebant. Tum Socrates, Vera, inquit loquitur, huiusmodi tamen naturæ mala omnia sapientiæ studiis emendantur. Non igitur errauit Iuuenalis, quum ait:

*Cic. dictum
Cæsar.
Ex plut. in
apoph. Romanorum.*

*Zopyrus phy-
siognomus.
In lib. de
Fato.
Socrates
bardus à
Zopyro di-
ctus.*

Nullum numen abest si sit sapientia, sed nos Te facimus fortuna deam, cæloque locamus. *Saty. 10 i. si*

Tristitia principibus inutilis & indecora est, odit enim hominum cœtus, sermones fugit, comitatus vitat, optat solitudinem, se ipsam cruciat, semperque iecur torret, ut dicebant veteres. Inter Pythagorica symbola, quæ apud amicos crebris sermonibus usurpabat, hoc in primis erat, cor non esse edendum, cuius quidem sensus erat, tristitia animi non esse excruciumdum. *Tristitia.
Cor non edendum.*

Myson Cheneus, quem nonnulli inter septem Græciæ sapientes connumerauerunt, tristis, adedus solus erat, ut odio mortales omnes habere diceretur. Is quandoque solus aliquando ridebat, quum in conuentu hominum semper tristis esset. Tum ex notis eius qui loqui tristis, qui clam viderat eum ridentem, ait, Sed nunc in solitudine Myson cur rides? quia (inquit) solus in solitudine Myson cur rides? quia (inquit) solus sum, quo quidem responso indicauit tristes omnes solitagos esse, & nullum hominum congressum aspectum in se ferre posse. *ridebat, a-
lioqui tri-
stis.
Ex Dioge.
Laer. lib. 1.*

Hæc est aquila illa quam poëta fingit cor Promethei semper tundere, religati in Caucaſo monte tristes scilicet & alta cogitatio quam in syderum contemplatione sedulo impendebant. Fuit enim Prometheus vir doctissimus, & in astronomia ac naturæ ratione peritissimus, idcirco eum primò hominem singulari cura ex luto finxisse fabulantur, quia illum abductum à terrena cœtatione ad cœlestium rerum agnitionem erexit. Sed quia cura curam ex se gignit, & cogitatio cogitationem parit, fingitur contusum cor eius renasci, sicque perpetuo reparari, & nunquam deficere. *Homo ex luto primò factus.*

Tristior illa ac profunda meditatio solitudinem silentiumque quærit luce natura, que due cogitationum nostratum receptacula nobis præbuit, vnum in cerebro, alterum verò in corde. Sed illud cerebri tumultuosum & inquietum est, confluent enim illuc omnes corporis sensus, & exteriora omnia quæ obiciuntur, nuntiant: proinde cerebrum nunquam placide quiescit. Cor autem quietum magis est, & abditum, minus enim à sensibus vexatur. Mens igitur nostra (quam sæpe dixi ita dominatum corporis tenere, constitutam in summo capite, quasi corporis arce, vt deus in ipso cælo) si quando in aliquam grauiorem incidit cogitationem, tunc videtur quasi confugere ad cor, & tanquam ad secretum quietumque penetrabile secedere, vt verum ac rectum consilium eliciat ac proferat. Sic nos quoque mentis exemplo quanto magis cogitationi intenti sumus, eo abditorem altiorémque locum quærimus, ne ea videamus quæ animum perturbant, néve audiamus quæ circumsonant aut circumstrepunt.

Tristitia in bonam partem.

Hac igitur meditatione inducti veteres tristitiam in bonam nonnunquam accipiunt partem, & pro gravitate quadam ac prudentia ponunt: vnde Lucillius & Varro tristes ac seueros philosophos appellant, & Cicero iudicem tristem & seuerum dixit. Sic etiam Terentius, Tristes seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. Relinquat igitur princeps illam duram atque amaram tristitiam, tanquam rem perniciosam, & truculentam: hæc autem mitior non indecora erit, sed potius dignitatem augebit, si temporis ac loco conueniet.

Titul. XVI.



MŒror huic superiori non est dissimilis, sed eam magna ex parte comitatur; illius tamen affectus magis perseverat. Cicero mœrorem ægritudinem flebilem esse dicit, hæc à compluribus Græcorum κατάρχεια dicitur. Latini autore Varrone putant mœrorem latinam esse dictionem, & à marcesco deduci, quoniam mœrore corpus marcescat, tabescatque. Inde etiam macros dictos putant. Videretur fortasse durior hæc expositio, sed tantum Varroni tribuo, vt sola autoritate sua me frangat. Si verò cuipiam non faceret satis, nõ alienum forsitam putandum esset mœrorem Græcam habere originem, & vel à μέρομαι dici, quod in sortem accipere significat. Sæpe enim quæ aduersa accidunt fortunæ sortiq; tribuimus, vel ab εἰμορμαι quod fato accipere designat, εἰμορμαίμ liquidem pro fato, sorte, portionéve ponitur. Quæ ambiguitas dubiam reliquit scripturam. Nam Mœrorem (vt ex veteribus codicibus cerni licet) alij per œ, alij per æ diphthongon scripserunt. Vtra harum opinionum vera sit, parum refert, vtrâque tamé suos ad stipulatores habet, nos neutram affirmamus, sed rem in medio relinquimus, ne dū alios sequimur, in aliorum inuidiam incurramus, hi autem quibus neutra harum opinionum placet, æ quo animo pauca hæc verba ferant, & nos tentando luisse putet.

Hæc flebilis ægritudo à viro forti omnino

aliena est, molitiem enim animi ostēdit, virtutem enervat, & hominem languidiorem reddit. Pueri apud Lacedæmonios per superstitionem quandā ad aram lotis graviter cædebantur, vt cōsueferēt sine mœrore ac lachryma plagas ferre, virtutiq; obdurarentur, vix que vnquā inuēti sunt aliqui molliores, qui flerent, aliquōve modo ingemiscerēt: sed si quis lacrymulam effudisset, aut leuiter admodum ingemuisset, ita deinde ab æqualibus iridebatur, vt quamprimum vltro aram cōscenderet vt rursus cederetur, quod quidem etiam Cicero verum fuisse testatur, id enim efficiebant, vt virtutis indolem ostenderent, ne paruo dolore eam amisisse viderentur. Quæ consuetudo tantum valuit, vt Lacedæmonij omnium Græcorum fortissimi euaserint: & Spartiæ quamuis pauci & inopes essent, maximum tamen imperium propagauerint, & opulentissimas vrbes ac regiones subegerint, Sparta quæ totius Laconicæ prouinciæ principatum tenebat, Hecatompolis dicebatur, quod tunc cætenis urbibus imperaret, & singulis quibusque annis à numero urbium centū boues immobilabat, & idcirco eiusmodi sacrificium Hecatombe dicebatur. Et quum Antigonus Macedonum rex tandem eos superasset, non modò viri, verum etiā mulieres parneli fortune mutationē forti animo pertulere. Nemo enim iam in acie salutis suæ pepercit, nulla scæmina amissum coniugem aut filium fleuit, senes filiorum mortem laudabant, patribus in acie cæsis filij gratulabantur, omnēsque reliqui vicem suam dolebant quod non etiā ipsi pro patriæ libertate cecidissent.

Ciceroni

Ciceroni tantæ excellentiæ viro, & qui tam præclarum facinus pro republica gesserat, vltio datum est quod vocatus in iudicium à Clodio, vt qui Lentulum & Cethegum iniussu senatus supplicio affici iussisset adeo animum dimiserit, vt mutata veste flens ac miserabiliter mœrens ad singulos quosque obuios se prosterneret, & quum eius oratio in alienis casibus semper enituerit, in seipso defendendo in tam illustri causa siluerit, & muliebriter conuersus in mœrorem ac fletum, misericordiam, quam iure optimo assecutus fuisset in risum hominum ludibriūque conuertit. Nec fuit res parui momenti meror hic Ciceronis. Eum nāque sordidatum millia circiter hominum viginti veste mutata comitabantur, tum imprimis vniuersus equestris ordo, tum nonnulli senatorum filij nihil tamen animum Ciceronis magis fregit, quàm subita in eum Pompeij mutatio, cuius arbitrio tam multa in republica non sine multorum ciuium inuidia gesserat, de eo optime meritis tunc destitutus fuit, quum magis ope, consilio, auxiliōque eius indigebat. Hoc primum ingrati animi argumentum fuit. Extremo enim in periculo constitutus Cicero, vt à Pompeio auxilium peteret, recta illius domum proficiscebatur, & quum iam vestibulum ingredi vellet, clausis per seruos ianuis exturbatus extrususque extitit, ipse autem Pompeius per posticum egrediens, hominem amicum destituit, ac per contemptum frustratus est. Huius iniuriæ meminisse videtur Cicero, quum ad Atticum scribens ait, Laudas, quia obliuisci me scripsi ante facta & dicta nostri amice

Ff

ego verò ira facio quin ea ipsa quæ à te commemorantur, secus ab eo in mèipsum facta esse non memini. Tanto plus apud me valere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem volo. Sed magnus hic per virtutem cognominatus, ingrator aliquando, ac negligentior in rebus amicorum habitus fuit, vt qui excusaret se maximis reipublicæ negociis impeditum nō posse amicorum causis adesse, quæ tamē ratio eum à multorum qui de eo oprime meriti erant, inuidia liberare nō potuit.

Demosthenes nulli animo.

Demosthenes quoque non fortior Cicerone fuit quam causam suam apud Athenienses dixit: præ mœrote enim ad eò animo decidit, vt exilium potius subire statuerit, quàm in iudicium descendere, & veniam implorare, quam tamen animo impetrasset, tantæ dignitatis ac gratiæ apud Athenienses erat. Nunc autem (vt redeat sermo vnde defluxit) concludendum erit, magnos ac fortes viros eiusmodi ægritudine non perturbati, sed infirmitatem humani generis æquo animo ferre, semperque opinari debere terrena omnia virtute longe inferiora esse.

DE LVCTV.

Tit. XVII.

Luctus.

Tulcul. 4. Acerba ætas metaphoricè à primis immaturis.

LVCTV'S huic speciei succedit de quo paucis differendum erit, Luctum Cicero esse dicit egritudinem ex eius acerbo interitu conceptam, qui nobis charus tuent. Hac imprimis definitione monemur luctuo sus nobis petire eos qui ætate acerba occidit

quàm eos qui marura ac miti post multos exactos annos decedunt. Illos enim lugere nostro incommodo detrimentòque possamus, istos autem nequaquam, sancti enim sunt officio vitæ, & defecti corporis animique viribus decidunt, vt poma quæ ex suis ramis concocta, ac vieta sponte sua cecunt, nulla externa vi excutiente, sed à natura ipsa relicta, vt nouis cedant. Proinde illorum occasum opportunum non luctu, lachrymis, aut misericordia prosequamur, sed laude ac gratulatione, ne aut nimium nos ipsos amare videamur, aut felicitati illorum inuidere.

In legibus decemviralibus (quas duodecim tabulas appellant) non modo viris sed etiam mulieribus eiulatus fletusque funebris prohibitus est. Ingemiscere tamen nonnunquam etiam viro concessum Cicero ait, sed id quidem perraro. Ingemiscere apud priscos miserabilem quandam vocem è pectore mittere significauit, sine eiulatu, & lachrymis, quum quis ex suspitio ostēdit se desiderio eius qui obierit esse affectum. Hoc verbum originem græcam videtur habere est enim *γέμο* plenus sum, & *γέμιζω* impleo. Vasa enim oris angustia quum ad summum vsque implentur, vocem quandam gracilem quasi gemitum emittunt: hinc translatio fit ad gemitum: nisi durior fortasse videbitur Virgilius, qui cauernas gemitum dedisse ait, Et Cicero, Athletas in iactandis castibus ait ingemiscere, non quòd doleant, animòve succumbant, sed quòd cum gemitu plaga venit maior, Sed ad propositam rationem redeo.

Duodecim tabularum leges decemvirales.

Ff ij

Eorum interitus quorum vita clarissima fuit, & mors splendida, omni luctu carcat oportet, fama enim, & gloria rerum gestarum omnes lachrymas ab oculis abstergere, & diuturna eorum memoria omnibus consolationem afferre debet.

Præterea non sunt grauius ferendi casus, quos nullo consilio vincere aut vitare possumus: & ex aliorum euentu cogitare debemus nihil noui nobis accidisse, nihilque præter conditionem mortalium, Nihil enim præcipuè dolendum est in eo quod accidit vniuersis. Leuat siquidem dolorem communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio, ut ait Cicero. Fieri tamen non potest, ut triste desiderium ex eorum morte quos dileximus, aliquandiu in nobis non remaneat, quod quidem leniendum virtute animi est, memoria officiorum, ac rectorum actionum quas illi egerunt. Nam si quis sensus de his quæ à nobis geruntur, his qui obierunt remanet, certè nihil libetius sentiunt, quàm suam memoriam à nobis celebrari, maximamque gratias illis habent, qui præclara sua gesta nulla obliuione obliterari sinunt, sed eadem hominibus legenda atque audienda tradunt, ut quasi vini esse videantur, & in cœtu hominum quotidie versari. Sic enim viri fortes laudis studio honestam mortem vitæ etiam præferunt, quid assecuti esse viderentur, si iisdem terminis quibus vita, etiam memoriæ famæque gloria finiretur? Certè futuræ laudis species quasi calcari esse videtur ad omnes præclaras actiones

Sed age quid mœrendo aut lugendo assumitur, nisi ut leniores esse videamur, & corpore

habituque indecori? Quis hominem flentem ac sordidatum non iure optimo irriserit? Quis eiulantem aut lugentem non contemserit? Lugeo (ut opinor) etiam græcam habet originem, est enim λυγω strideo. Quid viro indecentius stridore atque ululatu querulo? Inofficium tamen prorsus videretur, acerbam mortem eorum qui necessitudine aut benevolentia nobis coniuncti sunt non dolere, & susque deque ferre, ut nonnulli veterum dicebant, quod se indifferenter habere significat, ut A. Gellius ostendit; hoc quidem Stoicis placet, ἀλγορῆ enim id significat quod solus sapientis esse affirmant. Sed nos prudentis animi esse ducimus, a quo animo aduersa omnia tolerare, & modeste admodum se gerere, ne aut luctu nostro indecoro videamur molliter nimis nos amare, aut omnino non dolendo necessarios nostros negligere atque contemnere. Et illuc spectare videtur (ut opinor) quod apud Terentium ex prisca consuetudine dicitur: Eius mortem tam fert familiariter; quid si ipse amasset; quid mihi faciet patri? Donatus tamen grammaticus grauis atque eruditus familiariter, grauius exposuit, quod quæ familiaria nobis sunt, grauius animo nostro esse videantur; sed hic potius ad comicam vim, quàm ad sapientiæ studium respexit.

Placet tamen animi affectum aliis potius signis ostendere, quàm mœrore, eiulatu ac luctu, ne indecentiam nostram lachrymarum situ & squallore ostendamus.

Alexander magnus à virtute dictus, Hephæstionis amici sui mortem graui animo tulit, sed

ne se panosum, sordidatum, ac luctuosum ostenderet, equorum iugas tóderi ad cutem vsque iussit, & turrim pinnas, ac murorum propugnacula exturbari, ut mœnia etiam ipsa desiderio Herphestionis amici sui affecta esse viderentur.

Obiecerant ut indignum æmuli obrectatores M. Catoni iuniori, quod mortem Cepionis fratris sui molestius egritúsque tulerit, quàm par fuerat aut virum seuerum ac grauem, & in studiis Stoicæ sapientiæ eruditum decebat, quodque non solum luctu, planctû, & eulatu modum ac limitem sapientis viri transgressus fuerit, verùm profusione quadam, ac nimia funeris impensa. Exquisitis enim odoribus vaporibusque, & vestibus preciosis quibus ad opertum illius cadaver cremaretur, modestimoderatúsque hominis terminos excessisse nimium visus est. Exiit quoque ei in foro Emæorum sepulchrum ex Thasio marmore, cuius impensa fuerit octo circiter talentorum.

Crassum verò laudibus efferunt, qui forti animo tulit cædem filij sui vitæ clarissimæ, cui nupta erat Cornelia Scipionis filia, quæ deinde magnus Pompeius duxit, erat enim puella non modo forma ac gratia præcellens verùm etiam eloquentia ac doctrina eruditissima. nam quum filij caput abscessissimum, hauraque præfixum à Partis circumferri cerneret Crassus, & eo spectaculo Romanorum amicos qui in exercitu erant petterrefieri ac consternari, magna voce exclamauit, meus est, hic priuatus dolor milites, mea calamitas, meúsque luctus: publica verò talus, & reipublicæ gloria in salute vestra posita est. Quod si qua orbatî senis misera-

tio vos tangit hanc in vlciscendis, hostibus ostendite. Hæc quidem vox non paruum fortitudinis exemplar præbuit, sed inclinante fortuna difficile admodum est rem labantem sistere.

Laudant veteres Lacaniam illam, quæ quum accepisset filium fortiter in prælio dimicantem cecidisse, nullum mœoris aut luctus signum dedit, sed diis gratias habere se ait, quod eiusmodi filium peperisset, qui pro patriæ salute non dubitasset occumbere.

Sapientem etiam Anaxagorâ probant, qui nunciati sibi filij mortem ait, Sciebam me genuisse mortalem.

Xenophon quoque Atheniensis quum coronatus de more sacrificaret, filium Gryllum nomine in prælio apud Mantineam corruisse accepit, quo nuncio cômorus coronam deposuit, sed certior deinde factus illum forti animo pugnantem occubuisse, coronâ euestigio accepit, & quasi deo pro honesta filij morte gratias ageret, rē diuinam facere perrexit.

Hôratius quoque Puluillus quum Ioui ædem in capitolio pontifex consecraret, ei que nunciatum esset filium occidisse, nihilo commotior factus in dedicatione persistit, nec vultum à publica religione ad priuatum dolorem flexit, ne patris magis quàm pontificis partes egisse videretur.

Quibus exemplis concludere possumus, prudentem ac grauem virum luctu ne utiquam perturbari, sed mortem eorum quos charos habet, leniter dolere, & præcipuè si fuerit honesta, vel potius gloriosa. Acerba tamen durior est. Audi Pliniû

secundum, & intelliges quam mortem opinetur acerbam dici. Mihi autem videtur acerbam semper & immatura esse mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti quasi in diē viuunt, viuendī causas quotidie finiūt. Qui verò posteros cogitant, & memoriam sui operis ostendunt, his nulla mors non immatura est, vt quæ semper inchoatum aliquid abruptat.

DE ÆRVMNA

Titul. xviii.

Lib. 2.



Vnc sequitur Ærumna quam dicunt similitudinē esse laboriosam. Cic. in libris suis de finibus bonorum & malorum eiusmodi verba protulit. Sic enim maiores nostros labores non fugiendos, vti istissimo tamen verbo ærumnas (vt video) nominauerunt. Sed ærumnæ & per diminutionem ærumnulae, furcillæ sunt quibus sarcinae releuantur, quarum vsus quia C. Marius in re militari primus militibus suis dedit, Muli Mariani postea dictæ sunt, quorum onera ærumnis illis subleuantur. Sic deinde per similitudinem quandā veteres onerosos grauesque labores ærumnas appellauerunt. Huius verbi origo græca esse inuenitur, est enim ἀρῆναι apprehendere, tollere, vincere.

Labores igitur quos animi virtute vincere, tollere, & nulla ex parte detrectare debemus, ærumnarum nomine nuncupabant, vt ostenderent functiones quæ ad dignitatem pertinent, quæque ad

multorum exemplum, aut ad publicam vtilitatem spectant, nunquam fugiendas esse, aliis ablegandas. Nullus enim dolor, nullumque periculū esse debet, quod pro communi salute communique libertate fugiendum aut deprecandum sit. Nec omnino putandum est, eorum qui cum imperio sunt, labores minores esse, quàm eorum qui priuatam vitam domi militæque agunt. Nihil enim difficilius esse potest (vt sæpe iam diximus) quàm bene imperare: aded vt nō infulse dixisse videatur Tiberius Cæsar, quum ait, Nescitis quanta bellua sit imperium.

Et ad inimicos sæpe dicebat se lupum auribus tenere. Regem quendam fuisse Valerius scribit (cuius nomen memoriæ non prodidit, nec me alibi vquam legere memini) qui traditum sibi diadema priusquam capiti imponeret, retentum diu considerarit, tandemque dixerit, O nobilē magis quàm felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat quàm multis sollicitudinibus, periculis, & miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet. Prisci reges ante vsus diadematis paruas quasdam gerebant hastas, & eas pro sacris venerabantur, quæ sceptræ à græcis dicta inueniuntur. Sed gloriæ studium, & imperij amplitudo labores illos multo quàm sunt minores videri facit. Hoc Scipio ipse Africanus manifestè declarauit. Nam quum legeret Xenophontis libros de Cyri institutione, locū illū imprimis laudauit, in quo diceret labores non esse graues nec imperatori, nec militi, quāddō ipse honor labores leuiore faceret imperatorum. Hanc sententiam secutus etiam videtur Sothares

Li. 7 de sap. dict. & sa.

Atheniensis vir doctus & grauis. Nam quum Miltiades pro parta victoria coronam in senatu peteret, obstitit Sothares, & palam exclamauit. O Milciades, quum solus de barbaris victoriam consequeris, tunc te solum coronari æquum erit. Sed haud scio an tora illa bellica laus tanti sit, vt innumerabiles illas ærumnas compensare possit, & præcipuè quæ cogitamus, ei qui exercitum præest, non satis esse consilio adesse, & in appellandis cohortandisque militibus, aliisque functionibus oprimi ducis munere faugi, nisi etiam in pugna vbi opus fuerit, grægarij militis officium præstet. Quia Hannibal defuerit, quod ad magnum ducem summumque imperatorem pertineat, non intelligo. Audi Liniu hominem Italum Romana ciuitate donatum, & extero ac barbaro duci nulla necessitudine conciliatum, intelliges quanti laboris sit bene miliibus imperare. Hannibali, inquit is, plurimum audaciæ erat ad pericula capeffenda, plurimum consilij inter ipsa pericula. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia par, cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus, *Dec 3. lib. 1.* vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora. Id quod gerendis rebus superesset, quieti datum, ea neque molli strato, neque silentio accersita, multi sæpe militari sagulo opertum humi iacētem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Equitum peditumque idem longe primus erat, princeps prælium inibat, vltimus cõferto prælio excedebat, vestitus nihil inter æquales excellēs, arma, atque equi conspiciébantur. Hæc Lini

verba ostendunt quæ & quantæ sint ærumnæ laborisque eorum qui exercitum ducunt. Ex his autem quid lucratus fuerit hic punicus imperator omnium exterorum præstantissimus, non intelligo, nisi lucro ei appono inuidiam, exilium, suorum cædem, inopiam, venenum. Hæc si cum gloria conferimus. dura etiam & aspera esse videbuntur adest vt vix satis cum gloria compensari atque adæquari possint.

Magus quoque imperator fuerat Hamilcar eius pater, præclaras res gesserat, sed dum fortunam inconsultius quàm prudentius sequitur, ab Hispanis per insidias occiditur. Cuius gener, qui ei in imperio successit, Hasdrubala, à seruo cuiusdam Hispani indignam domini mortem vltiscentis cæsus est. Principes quoque & reges qui in pace & ocio degunt, non ab ærumnis laboribusque omni ex parte immunes sunt.

Omitto quæ in rebus bellicis Cæsar egit, in quibus mortales omnes antecelluit: at postquam rerum potitus est, nullum functionis aut officij in quenquam genus vnquam publice priuatimve omisit. Ius assidue, laboriosissime, studiofissimèq; dixit, amicos semper summa indulgentia ac facilitate tractauit, omnibus aderat, neque tempori neque labori parcens, quæ quidem res maxime ciuium animos conciliat, vt negligentia alienat, ingratisque animi iudicium præbet. Quum dies dicta esset cuidam veterano militi, is Octauium Augustum rogauit vt sibi adesset. Tum Augustus illum causidico cuidam cõmendauit vel quod rebus arduis compluribus esset intētus, vel vt tædiū

defensionis vitaret. Tum miles commotior aliquantulum, exclamauit, Non ego te periclitante in Actiaco certamine vicarium quæ sui, sed pro te ipse certavi, cicatriceſque ostendit. Erubuit Octauius, militiſque cauſam diligenter defendit, ne ingrator negligentiſſorve eſſe videretur, aut per deſidiam laborem effugere.

Maximam laudem tulit Mithridates Ponticæ, qui pro Leonico accerrimo defenſore ſalutis ſuz à Rhodiis nauali pugna capto omnes hoſtium captiuos, qui complures numero erant, permutauit, tanti referendæ gratiæ munus faciendum eſſe ſtatuit.

Boni igitur principis erit ærumnas tolerare, & nullum honeſtum laborem detrectare, nec per ignauiam committere, vt nimis delicatus eſſe videatur. Moderatè tamen animi corporiſque labores ferendi ſunt, ne nimia quadam intentione inepti, & quaſi inſani eſſe videamur, ludibriũque de nobis aliis præbeamus; quod docere videtur Perſius cum ait,

Non ego curo

Èſſe quod Arceſiſas, ærumnoſiſque Solones,
Obſtupo capite, & figentes lumine terram,

Vnde notum eſt vetuſtate prouerbium, Nihil agi qui omnia fatagit, quod quamuis ad corporis actiones potius pertinere videatur, tamen ad animum etiam transferri poteſt. Et hæc de ærumna ſatis.



Amætatio huic proxima accedit, de qua pauca dicenda ſunt, eſt enim aliena à ſiſmis quibusque viris, vixque pueris mulierculiſque aliquando permittitur. *Tuſcul. 4.*

Cicero lamentationem eſſe dicit ægritudinem cum eiulatu. Nec decipiant nos poète, qui heroas quos appellat, inducunt miſerabiliter eiulantes, & ea nõ nunquã dicentes atque agèteſ in quibus nihil omnino à fatuis ac furioſiſ differre videantur. Hom. Bellerophonem mœſtiſ lamentationibus eiulantem facit, & errantem in campis Aleiſ, fugientemque hominum veſtigia, vt licentius cor ſuum ederet. Quid tragicis lamentationibus molliuſ? Quid magis effœminatũ, in quibus mihi riſum captare videntur, potiuſ quam miſericordiam inire? Refugere oculi, corpus macie extabit.

Et paulò poſt,

Barba pædore horrida, atque intonſa infulſcat
pectuſ illuue ſcabrum.

Hæc quũ in theatris recitabantur, & miſerabilibus vocibus decantabantur, mollioreſ animoſ ad lachrymas excitabant, viri autem graues eadem contempui ludibriõque habebant.

Octauiuſ Auguſtuſ ludis actionibuſque theatricalibus frequenter accedebat, ſpectabatque horaſ complures, aliquando autem totoſ dieſ intentuſ aderat nihilque aliud interea agebat, admirantiſ autem quibuſdam reſpondebat, ſe id agere vitandi rumoris cauſa, quandoquidem C. Ceſarem

memoria teneret vulgo reprehensum, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis, ac rescribendis operam daret. Non Poterat vir ille maximi animi, diuinique ingenij, Iusionibus nequitiisque fabularum diutius intentus esse, sed inter spectacula ipsa res ferias agebat.

Tragœdia summopere delectabatur Augustus, Aiacisque fabulam magno impetu aliquando scribere inchoauit, sed parum feliciter succedente stilo, eam aboleuit, quærentibusque amicis quidnam Ajax ageret, in spongiam incubuit, respondebat. De tragœdis verissime loquitur Isocrates ad hanc sententiam, Homerus semideorum bella ad fabulas transtulit, tragœdi autem contra fabulas quasi res vere gestas edunt ad popularem gratiam ineundam, & oculis auribusque hominum eas accipiendas in scena atque theatro exhibent: & ad ineptias inanisque verborum ac sententiarum illecebras se conferunt, omnia omni præcepto sum grauitate, ut multitudinis rumorem hauriant,

Roscus in ludicra arte ac scenica omnes mimos histriones, ac scenicos antecelluit, adeo ut quum frigidius quippiam in theatro ageretur, acclamarent spectatores, Non agit Roscius, Is omni studio omnique diligentia oculis atque auribus populi feruebat. Idcirco gloriabundus dicere solebat, nullum se gestum vnquam populo afferre, nisi quem prius domi probasset.

Sed ad institutum sermonem redeo. Hæc lamentatio quum effrenata est, liberius licentiisque vagatur, & in altam quandam ac duram meditationem labitur, fitque sollicitudo, quæ cor diuturna

cura peredit. Eiusmodi enim perturbationes adeo inter se nexæ iunctæque sunt, ut altera alteram ducat, nisi quamprimùm sedentur, atque omnino diligenter extinguantur. Sed & de sollicitudine seorsum etiam aliquid dicendum erit.

DE SOLICITVDINE

Titul. xx.

Sollicitudo est Aegritudo animi ex magna quadam penitusque infixâ cogitatione manans, ut Cicero definit. Magna igno, & perspicaci ingenio viri, & præcipue studiis literarum intenti, hoc affectu plerumque turbantur, si in eis rationis habentæ laxiores sunt. *Tuscul. 4.*

Ægyptij regionem suam cum hominum ingenis conuenire aiunt, quæ bene vtentibus saluberrima medicamenta præbeat, male autem vtentibus mortifera venena.

Idem de ciuibus suis dicebant Athenienses, quos omnium optimos esse affirmarent, vbi secundum virtutem agere velint, vbi verò contra, omnium deterrimos. Sic etiam eorum tellus optima fundit mella, fert tamen & cicuram, & omne pessimum virus. In vno Alcibiade vtunque probari dicebant, qui tanta ingenij facilitate præstabat, ut ad id vnus natus esse videretur, quodcumque ageret, adeo ut diuersis contrariisque moribus facile consuesceret, & veluti Polypus ad subiecti foli speciem colorè mutaret. Sic Alcibiad. secundum diuersos populos apud quos diuersabatur, mutabat mores, & illic natus

educatusque esse videbatur, vbi pro paruo etiã tempore diuertisset.

Solicitude igitur malam mentem malumque animum nacta deterrima est, & in tabem, cruciatum, vesaniãque conuertitur. Vbi verò optimũ ingenium inuenit, consilio rationeque regitur, & quamprimum malam illam mentem repellit, malumque affectum respuit, & ad optimas cogitationes curãque redit, & sicuri dispositionem, sic etiam nomen mutat, sitque bona affectio. Et tunc diligentia vocatur, quæ disciplinarum, artium, actionumque omnium magistra esse perhibetur, sine qua nihil perfecte agi aut dici in hominum vita potest, sine qua etiam nemo posset in aliqua virtute aut arte proficere, aut in præclarum eruditum ve virum vnquam euadere. Diligentia enim non modò homines charos cõmendatõsque omnibus in rebus maximis efficit, verum illos in rebus etiam minimis à perpetua obliuione vëdicat. Priscis illis seculis Hiliscus Thascius, vt naturam apium ad suam vsque ætatem incognitam perdisceret, magna diligentia eas in desertis ac foliugis locis diutius perquisiuit. Aristomachus quoque Solensis annos circiter quadraginta apes etiam in dagauit, nihilque aliud egit: & ambo de illis vtilia commentaria scripserunt: quorum diligentia ad eò mortalibus grata extitit, vt illorum nomina nunquam obliterari permiscint.

DE

Titulus XXI.

Molestia deinde sequitur, quæ est animi ægritudo permanens. Nam quam solitudo illa diuturna cogitatione animũ vexat, tunc in molestiam vertitur, quæ si persistit, corpus afficit, macie extenuat, affligitque, sicque deinde incidit in ahiã perturbationem, quæ afflictatio dicitur. Hanc Cicero definit ægritudinem esse animi cum corporis etiam vexatione. Hac perturbatione percussis nonnulli, post longam afflictionem tabe confecti periere, vt de Lepido illo legimus, qui quum consul esset collega Catulo viro optimo, mortuo Sylla de dictatura etiam cogitauit, partemque non paruam Italiæ occupauit, cõtra quem missus Pompeius, non modò eũ facile superauit, sed etiã Italia pepulit. Lepidus verò anceps quid ageret, in Sardiniam profugit, quod loci paruo post tempore diem obiit, quum solitudine molestiaque se afflixisset, non tam ex aduersa fortuna qua fuerat oppressus, quam quòd & literæ perlatae fuerant, ex quibus manifestè vxorẽ suam (quam vehementer amabat) adulteram esse cognouerat. Et de his perturbationibus hætenus.

Tit. C. 4.

DE DESPERATIONE

Titulus XXII.

Desperatio, omnium perturbationum extrema ac deterrima habetur: hanc dicunt animi ægritudinem esse sine vlla meliorum rerum expectatione. Hæc ad vim sibiipsi inferendam, naturamque violandam animi corporisque societatem dicitur.

Gg

mendam hominem compellit, qua quidem nihil terribilius dici aut excogitari potest. Quis putet hanc in animum prudentis ac constantis viri unquam cadere posse, & præsertim quum solum aut summum hominis bonum in virtute ipsa collocemus, à qua nemo unquam destituitur? Quæ quidem per sese tanti est, vt vel sola sufficiat ad bene beatèque viuendum, vt aiunt Stoici, deumque semper optime consiliatum habeat. Qui etiam Aristoteles censet tantum cuique felicitas contingere, quantum virtutis ac prudentiæ in se habet, quantumque secundum eas agat. Nihil enim viro, qui ex virtute agit, deesse potest, nihilque accidere, quo à spe virtutis decidat. Externa enim fortunæ permittit, in cuius potestate illa sunt, sola autem animi bona amplectitur, suæque esse arbitrat, à quibus nunquam destituitur, nūquam seipsum deserit, nunquam igitur desperabit, quum à solida virtutis spe semper pèdeat. In humanum omnino nefas & inexpiabile esse putabit, violentas manus sibi afferre, & ante diem fatalem seipsum perimere, geniūque suum violare, neque tempus præstitutum expectare, & vitam repositenti naturæ ac deo ad diem reddere, vt virum bonum addeceat & bonæ fidei debitorem.

Ca. 8. li. 10.
ethicorum.

Philoctetes. Poëtæ vt ostenderent nunquam esse desperandum, Philocteten hæredem illum. Hercules præterea, à qua Troiana fata ex parte pendeant, destitutum ab omnibus præ vulneris putore inducunt, & in opem, nudum, ac mendicum, miserabilibusque doloribus affectum, extorrem per siluas vagari, dicunt tamen eum vitam aucupio sagitta-

tum diutius propagasse, pentaurūque contextu corporis tegumenta effecisse: hic tamen senex, & tantis miseriis, calamitatibusque obrutus nūquam de consciscenda sibi morte cogitauit, sed inopem atque i. felicem vitam (vt poterat) in tam deserta solitudine tolerabat, ne iniurius naturæ esset, aut inultu summi dei à vita discederet. De Philoctete tragædiam scripsit Accius Romanus poëta ille, qui Cæsari dictatori in consilium poëtarum accedens non assurrexit, quam quidem ad eum Cicero placuisse video, vt eius versus nonnunquam in rebus suis inferat vt fecit in epistola quædam ad Volumentium cum ait Ingemiscimus, quod hæc penigero non armigero in corpore tela exerceatur, vt ait Philoctetes apud Accium, ab eâ gloria. De amulis suis tunc lequebatur Cicero, à quibus armatis tela rogatus ipse somnabat. Sed vt ad desperationis affectum redeat sermo, vitum equidem fortem aut prudentem nequam eum esse arbitror, qui sibi ipsi vim affert, sed ignauium ac vecordem, qui vel nimis delicatus sit, quod aduerfa tam vehementer formidet, vel nimis prudens quod rerum vicissitudinem, fortunæque instabilitatem non prouiderit.

Accius.

Epistola fam. li. 7. epistola vltima.

Brutus quum de virtute scriberet, gratiter in Catonem inuectus est quod sibi ipsi mortem conceperit, deinde paulo post à seipso desecit, sententiæque mutauit, & cum Cassio egit antequam cum Antonio decerneret, si deo aliter visum fuerit, non rursus alios apparatus statuendos, neque alias spes tentandas, sed liberè à fortuna esse

Brutus.

Cassius.

evadendum : cū rumore accepisset Cassium desperatis rebus eodem pugione, quo Cæsarem confoderat seipsum transegisse. Obeatum (inquit) virum, qui se ab his curis cogitationibusque liberavit, quibus nos adhuc cogimur, & ad finem laboriosius operis excitamur. Rursusque cū reparato exercitu iterū infeliciter pugnasset, desperata omnī salute, seipsum transverberavit, ne ab his discederet quæ cum Cassio convenerat : qui si prima illa quæ de virtute tradiderat, instituta tenuasset, non illam sibi ipsi iniuriam intulisset, & in ea deinceps tempora fortasse incidisset, quæ de reipublicæ utilia & sibi ipsi salutaria ac iucunda esse potuissent.

C. Marius. Præclarius multo C. Marius mihi egisse videtur, qui tot victoriis triumphisque auctus, ad sextum usque consulatum ordine peruenit, deinde Sylla victus Minturnis latuit, mox inuentus, & in carcerem coniectus, Gallum quendam percussorem in se missum vultus oculorumque atrocitate perterruit : & accepta piscatoria navicula in Aphricā traiecit, ac se secundæ fortunæ reservavit.

C. Marius. quæ quidem paulo post ei illuxit. Nam per Cinanā factionem revocatus, septimum consulatum (quod nulli Romanorum ante eum contigerat) assecutus est, in quo quidem ludibrium fortunæ cerni potuit. Hostes enim atque obtruncatores illi qui eius fata irriterant dum inopiam mendicans Aphricam perambulabat, paulo post parum cæsi verberibus eo iubente securibus percutiebantur, partim in exilium agebantur, partim verò per summam venerationem genibus sub-

Septimum consulatus.

missis cum ut numen colebant atque adorabant, & quod viuerent eius beneficio) gratias ei habebant, nec eum vitæ vlla ex parte pœnituit. Nā quum grandior admodum natu grauiter aegrotaret, iamque deficeret, fortunam incusabat, quod antè occideret, quàm sua consilia ac desideria peregisset. Sed complures virorum fortium eo tempore vim sibi inferebant potius, quàm in manus hostium ducerentur, aut mortem à victoribus deprecarentur.

Scipio Cornelie Cn. Pompeij vxoris pater, post Pharsalicam cladem, & generi sui interitū, quum ad Iubam regem classe profugeret, à Cæsaritanis nauibus circumuentus est, qui quum nauem qua vehebatur, iam in hostium potestate esse cerne-ret, in puppi residens, lethali vulnere se traiecit, & quum ex hostibus quispiam conscenderet, rogans, ecquid imperator ageret, respondit imperatorem se bene habere, & statim ex vulnere vitā exhalauit, satis se gloriæ adeptum existimans, quod clementissimi victoris veniam non implorasset.

Fortissimus imperator fuit Antonius antequam se ægyptiacis illecebris inquinasset, quibus & se, & Cleopatram, & ægyptum perdidit. At postquam ab Octauio Cæsare superatus, in regni penetralia se contulit, ad singulare certamen Octauium prouocabat, ille autem respondebat satis multas ad interitum vias patere Antonio, quibus aduertæ fortunæ iram explere posset, se autem nec fortunæ nec vitæ suæ adhuc pœnitere. Deum quum intra vrbs mœnia iam hostem esse accepisset Antonius, ei que perlatum esset Cleopa-

*Scipio.
Cornelie
pater.*

*Antonius
imper.*

tram sibi mortem consciuisse exclamavit dicens
 Morere Antoni, quid expectas? eam tibi fortuna
 cepit: per quam vivere cupiebas. Nec omnino
 patiar, qui tantus imperator fuerim à muliere for-
 titudine animi superari, & hæc dicens in cubicu-
 lum se proripuit, statimque stricte eni incubuit.
 Eius tamen interitum Octavius non mediocri-
 ter fleuit, ut imperatoris Romani sibi affinitate
 coniuncti, & multorum certaminum colligæ ac
 focij. Et iure optimo fleuit, nunquam enim sine
 Antonio reum potius fuisse Octavius, ut pleri-
 que scriptorum, qui non ad gratiam, sed ad histo-
 riæ veritatem locuti sunt, testatur. Gesta siquidem
 in Philippis, à quibus pondus totius victoriæ pen-
 debat, soli Antonio deputantur. Exercitus siqui-
 dem Octavij à Bruto profligatus ad Aronium
 confugit, à quo salvatus, instauratusque exiit.
 Cassius vero ab Antonio & victus est, & ad vo-
 luntariam mortem compulsus. Ab fuit namque ab
 eo prælio Octavius, siue adversa valetudine impe-
 ditus, siue ex in somnia præcedentis noctis præ-
 monitus, ut ipse in cõmentariis à se gestis testatus
 est: siue post principia affuit prælio iam affecto
 monitus à Minerua per somnium medici sui, ut
 nonnullos scriptum reliquisse supra iam diximus.
 Valuit hæc desperationis opinio non modo apud
 Romanos, verum & apud diuersas gentium
 nationes. Nam quum aliquando sermo de forti-
 tudine haberetur apud Philopœmenem clarissi-
 mum Achæorum ducem, nonnulli quempiam ut
 idoneum militem præstantemque imperatorem

*Octavius.**Antoni
gesta.*

laudibus perferebant. Tum Philopœmen, Tace-
 re, inquit, quoniam modo laude dignus haberi
 potest ille, qui in hostium potestatem viuis per-
 ductus est? Ad hanc sententiam interpretatur qui-
 dam mentem illam Indorum philosophorum,
 cuius verba eiusmodi fuerunt. Qui voluptatem
 ac laborem, vitam ac mortem æquè contemnit,
 servus esse non potest.

C. Norbanus consul contra Syllam, desperata C. Norba-
 omni reipublicæ salute, quæ cerneret post aduer-
 sam ad Ariminum cladem reliquos penè omnes
 ad Syllam defecisse, priuatam quandam navicu-
 lam conscendit, & Rhodum profugit, deinde à
 Sylla expeditus, timore ne à Rhodiis hosti prode-
 retur, in medio fori seipsum transegit, ne ludi-
 brium sævitiamque immaniissimi hostis subiret.

P. quoque Crassus quum exercitum Roma-
 num contra Aristonicum Eumenis regis filium
 in Asiam, duceret in insidias Thracum qui cum
 illo militabãt, incidit, captusque ducebatur: sed ne
 viuis in manus hostium perueniret, novum mor-
 tis genus commentus est, virgam siquidem quan-
 dam in manu gerebat, in oculum cuiusdam for-
 tissimi barbari impexit, qui ira ac dolore con-
 ductus, Crassi latus sica perfodit, siquæ inimicas
 manus euasit, & amissæ maiestatis turpitudinem
 efugit

Perseum regem viri omnes irridebant, quòd vitæ
 tam cupidus existeret, ut se viuum in triumphum
 luci permitteret. Quæ mors non potius optan-
 da fuit, quàm pompã triumphi sequi? Pulla enim
 veste reorum in mortem ductus est cum duobus

filiis & filia vna fordidatis, ac manus ad ciues tendentibus, veniamque ac gratiam petentibus, & Romani misericordiam implorantibus. Tantine parui temporis lux facienda fuit, & præsertim regi victo, inopi, & regno eiecto, vt maluerit de se miserandum spectaculum victori hosti præbere, quam honestam mortem obire, aut fortiter in prælio dimicando cadere.

Epiphonema.

Pessima tamen omnium persuasio est eorum, qui paruo crimine, minimaque offensa, nullam misericordiam aut gratiam rogantes, subito desperant, sibi que ipsis vim afferant, vt fecit Pachetes Atheniensis, qui quum in forensi suggesto causam pro se diceret, cerneretque iudices in aduersariorum partes inclinatos, & se conuictum iri suspicaretur, nec veniam petens, nec per commiserationem perorans, in eodem vestigio stans quasi furore aliquo correptus, gladio quo succinctus erat, seipsum transegit. Idem etiam fecit Gallus poëta, qui quum repetundarum atque expilate prouinciæ accusaretur & Octavius Cæsar causæ iudicium quibusdam Galli æmulis permisisset nulla etiam petita venia sibi ipsi violentas manus intulit, quum nullam salutis suæ gratiam expectaret.

Pachetes Atheniensis.

Gallus poëta.

Longe aliter egit Rhodius ille, qui in caueam coniectus à tyranno tanquam ferum aliquod animal alebatur, nam suadenti cuidam vt à cibo abstineret donec deficeret, respondit omnia homini dum viuit speranda, quod non frustra dictum videatur, quum videamus nonnullos dum desperant etiam inter dormiendum pœnituisse, & re-

medium vt viuerent quæsiuisse. Nam L. Domitius vir magnæ nobilitatis & gratiæ, captus à Cæsare ad Corphinium Pelignorum urbem, quum vitæ eum tæderet, venenum hausit, verum quum id violentius sæuiret, subitis medicamentis & omnino connixus est vt euaderet, quod quum assecutus esset, impetrata à Cæsare discedendi venia ac libertate, ad Pompeium perrexit.

Peroratio.

Sed ne ultra metas curramus, vt sæpe dicere solemus, hæc de perturbationibus animorum leniendis euellendisve dixisse satis sit, in quibus imitati sumus veteres Academicos, ac etiam Peripateticos, sed in definitionibus præcipuè Stoicos secuti sumus, tū ducti M. Tullij Ciceronis auctoritate, qui eos in his penè omnibus sequitur, tum etiam quod sublimiora aliqua fortasse cernentes, patuerunt eiusmodi affectus non tam natura hominibus insitos, quam praua opinione ac deterrima consuetudine susceptos. Et idcirco existimant eos extirpari euellique radicitus posse, si bonorum malorumque falsa opinio tollatur. Academici vero ac Peripatetici nostris moribus magis abblandientes, hos affectus natiuos esse arbitrantur, non autem adscitos aut voluntarios, negantque eos vlla ratione à nobis eradicari omnino ac tolli posse, sed ratione tamen molliri, ac mitigari. Quocirca addunt Peripatetici eos vtiliter homini à natura esse datos, si ratione temperentur. Traduntque illis mediocritates quasdam, vt à vitis illos eximant, virtutibusque connectant. In quorum sententiam etiam aliquando inclinauimus, ne videremur regum ac principum actiones nimis angustis ter-

minis circumscribere. Pleraque enim eis indulgimus, quæ sapienti illi quem philosophi scribunt nequaquam permitteremus: sed difficile est (vt ait Empedocles Agrigentinus) sapientem inuenire, cui Xenophanes Colophonius dixit, Recte ait Sicule, sapiens enim sit oportet, qui norit sapientem explorare. Si recte autem volumus iudicare, & blanditias consuetudinis relinquere, tutius nobiscum agunt Stoici. Cæsar enim arbor sæpe fruticatur, auulla autem penitus occidit.

Nunc autem tempus exigit vt de virtutibus in sequentibus voluminibus differamus, vt non solum depulsione mali, sed adeptione etiam boni vitam beatam assequamur. Virtutes enim tanti sunt, vt si vel sola vitam beatam efficere possint, nulla tamen alia ratione felicitatis nomenclamur, nisi per virtutes ipsas, quæ nos & deo optime conciliant eique simillimos reddunt, & ex mortalibus immortales efficiunt, deumque præstant, vt cum diuis æuo fruamur sempiterno.

Libri quinti finis.

LIBRI SEXTI AD EVNDEM

PROOEMIUM



Cripturus in sequenti volumine de virtute, id edere possum, quod pro foribus templi Eleusine Careris quoddam inscriptum fuit. Nemo huc ingressus est, nisi qui suæ innocentia conscientus sit. Hoc facile profiteri poterit quicumque princeps secundum perfectam atque absolutam naturam agens, his nostris præceptis auscultabit, & illustriam virorum exempli ac monia, quæ inducimur imitabitur. Ex depulsione enim mali, & adeptione boni (vt diximus) vitam beatam assequimur.

Perurbationes animarum, malisque affectus in superioribus, si non omnino auellere, saltem sedare conati sumus, si id assequi potuimus. Diximus etiam quæ cauenda quæque vitanda essent. Nunc autem tempus exigit, vt exactis malis, bona ipsa amplectamur, ædemque virtutis ingrediamur, quum M. Marcellus Romanorum omnium pugnacissimus, quum ex manubiis Syracusanæ præde Honoris numini templum vouisset, ita illi coniunxit, & quasi pro vestibulo præuiam dedit, vt honoris templum nisi per Virtutem ædem adirenequiret, qua ex re manifeste ostendit ad honorem, gloriam, famam, beatamque vitam, nullum esse aditum, nisi per solam virtutem.

Eluédas igitur priuam culpam, vt diuinæ virtutis munere frui possimus, ex vetustissima religione docemur, Prisci siquidem deo optimo maximo

Anacephalosis.

M. Marcellus.

Mos antiquus.

rem diuinam facturi profluente aqua corpus abluebant, ea vbi deesset, in lebetes, maximave lauacra, quæ in vestibulis delubrorum patebant, se immergebant, vt deinceps ritè fieret. Eiusmodi mos fuit in Dodonæi Iouis templo, & Apollinis Delphici. Facere enim nemo poterat, aut diuinam sortem responsumve exposcere nisi se prius diligenter abluisset, pristinasque culpas omnes pura (vt dicebant) lympha expiasset.

Arduum quidem ac difficile iter est ad virtutem sed procliuè ac prouum ad voluptatem. Est enim virtus matrona illa durior, quæ apud Prodicum sophistam illum Chium vitam difficillimam Herculi adolescenti pollicetur, famam autem ac gloriam perpetuam, quæ nulla æui diuturnitate obliterari possit. Contra hanc inducitur puella quædam omnium formosissima, admirando ornatu, purpura, gemmis, ac margaritis nitens, vnguētis delibuta, & odoribus optimè flagrans, quæ si se comitem ei præberet, in omni eius vita delicias ac voluptates cunctas polliceretur, post interitum autè se potestatem nullam habere fatebatur. Cognouit Hercules hæc esse voluptatem, quæ per illecebras ac blanditias illum in præcipitium duceret, priorè autem illam virtutem, quæ per laborem eum immortalè redderet. Quocirca spreta voluptate, virtutè amplexatus est, qua comite diuus factus diuinos honores perpetuè meruit. Cuius exemplū quicumque regum ac principum sequetur, veram ac perfectam felicitatem nanciscetur, & inter heroes ac diuos post obitum perpetuis seculis numerabitur.

Virtus.

Herculis virtus ex Cicer. offic. li. i. ca. de temperantia.

Voluptas.



Eum optimum maximum in sacris ideo Romanorum vetustissimi inuocabant, vt ostenderet alterum virtutis, alterum potentiae cognomentam esse, sed prius optimum posuere, vt virtutem potentiae anteferrent, plures enim esse existimabant, iustitia & beneficentia hominibus prodesse, quam plurimas opes plurimamque potentiam habere. Benignitas enim efficit vt homines deum ament, colant, venerentur, obseruent potentia verò vt eum timeant, metuant, formident.

Plutarchus Cheronensis tres præcipuè res esse sentit quibus deus præstantissimus esse dicitur, immortalitatem, potentiam, virtutem. Harum autem trium præstantissimam virtutem esse opinatur, qua nihil pulchrius, nihil honestius, nihil diuinius esse cernitur quandoquidem inane, & elementa (vt ipse ait) natura non intereunt: & fulmina, terræ motus, ventorum turbines, fulminum impetus ignium conflagrationes, maximam vim habere videntur, nihil tamen diuinum se habere ostendunt, quando iustitia, temperantia, prudentiaque carent, & nullam æquitatem, modestiam, sapientiam (vt de se) præstant.

Plato autem omnium philosophorum in rebus diuinis peritissimus, asserit sapientem virum vnus dei veri optimique imitatorè cognitorè ama-

plut. in virtus Aristidis.

torémque esse oportere, cuius sola participatione fiet. Huius æmulus Cicero veram virtutū exemplar in solo deo esse autumat. Et illic tendit sententia illa quum ait, sed nos veri iuris germanæque eius iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur, eaque ipsas utinam sequeremur. Feruntur enim ab optimis naturæ ac virtutis exemplis. Idem auctor libro tertio de Republica eiusmodi verba posuit, hæc est lex illa vera, recta ratio, natura congruēs diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ intendendo nos ad officium vocat, vetando à fraude deterrere, cui nec prerogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest: quæ apud omnes gentes, & omni tempore sempiterna & immutabilis erit: cuius imperator & magister, communis omnium vnus Deus est, inuentor, disceptator, fœdorque. Cui qui non pareat, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernatus, hoc ipso luet maximas pœnas, etiam si cetera supplicia quæ putantur effugerit.

Vir: utis i. mago unde dista. His maximis ad stipulatoribus ac doctoribus instruti cognoscere debemus veram virtutis effigiem à deo sumendam, & in eo summum bonum veramque felicitatem collocandam esse: à quo qui magis discedit, minus rectè de finibus bonorum & malorum, hoc est de felicitate & miseria sentire potest. Hęc est illa contemplatio quam probare etiam videtur Aristoteles, quum ait sapientem per seipsum contemplari posse, & quanto sapientior sit, tanto magis tunc eum agere dicit secundum illud quod in eo diuinum est, nec eo tempore

Ethicorum lib. 6.

humana curare, sed ab illis discedere, & quantum per illum fieri potest, diuina animo & cogitatione contingere. Eamque veram hominis vitam esse putat, quæ secundum mentem agitur, quando illa maxime homo sit. Eam quoque beatissimam vitam esse ducit, quæ scilicet ex diuinitate proficiscitur. Proximam huic accedere arbitratur civilem illam vitam, quæ humanas actiones secundum virtutem versat, cuius etiam corpus particeps esse cernitur.

DE FELICITATE ET CONTEM

platiua, & humana.

Tit. II.

Felicitior igitur erit contemplatiua felicitas, quam humana, illa enim deum, hæc autem homines imitati videtur, hæc Aristotelis sententia à Platone verbis potius quam re differt. Cuius diuisionem quandam Plotino Platónico auctore ponendam esse censui, ut clarius res de qua agitur, intelligatur, hic enim imprimis vite felicitatem bifariam diuidendam censuit, *εις θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν*, hoc est in contemplatiuam, & actiuam. Contemplatiuæ tres gradus præbet, quibus singulis quaternarum virtutū officia seorsum ac separatim tribuit: actiuæ autem vnum præbuit gradum, officiaque quatuor virtutum ei secernit. Primus contemplatiuæ gradus eius hominis est, qui diuinitati omni studio intentus, diuina solam eligit, ter-

rena autem cōtemnit, a quibus animum fecerere intendit, & ab omni corporis contagione purgare, vt relictis humanis curis, ociū omne diuinis meditationibus impendere valeat. Hanc partem amplectuntur philosophi illi omnes qui sentiunt sapientiam in agnitione rerum diuinarum contineri, & eos tantum dicunt sapientes, qui mentis acumine superna indagant & eadem quantum per mortalem fragilitatem fieri potest animo & ingenio assequuntur eaque imitatur omni studio, omnique diligentia: ad ea quoque dirigunt singulas cuiusque virtutis actiones, vt prudentiæ munus sit cælestia contemplari, & terrena omnia despiciere, illa sequi, hæc autem fugere, vt fecit Anaxagoras Clazomenius, qui omne patrimonium necessariis suis qui eum negligentia incessebant, vltro largitus est, & compellantibus quibusdam, ac dicentibus, Nullane tibi cura est patriæ tuæ? digitum in caelum tendens, Mihi verò, inquit, patriæ cura est quam maxima, eam solam patriam appellās, à qua animorum nostrorum esset origo.

Temperantiæ sit officium, nihil præter naturæ necessitatem quærere, reliqua autem omnia relinquere, vt fecit Diogenes Cynicus, qui ad Syccetam patrem gloriabundus scripsit se non ex gloria (cui græci omnes ac barbari seruirent) sed ex natura viuere, & sub diuo ac deo pernoctare, vt qui ad ipsum deum, summum bonum referret. Ad Crærem autem Thebanum scripsit: Memento paupertatis principatum à me tibi datum in omnem vitam. Tibi igitur opera danda est, ne hanc amittas, aut deponas, aut ab aliquo tibi auferri sinas.

Tu velim

Tu velim putes pallium tibi leonis esse pellem, baculum clauam, peram autem terram ac mare, vnde alimentum accipis & sic tibi succurret quædam Herculæi animi elatio, omni optima fortuna præstantior. Quodd si tibi caricæ & lupini superfunt, mitte obsecro, Vale, Qua ex epistola facile intelligimus quàm paucis contentus fuerit Diogenes. Ad hanc sententiam Epicurus dicebat naturales opes parabiles esse, vt quæ finitæ sint, inanium autem opinionum diuitiæ infinitæ sunt, & terminos omnes honestatis excedunt.

Pythagoras verò vir sapientissimus ideo abstinere homines ab animalibus iussit, vt faciliorem victum quærerent, & parationem cibum sequerentur, contenti naturalibus alimentis. Sed ad ordinem præscriptum redeat iam sermo.

Fortitudinis deinde munus sit nunquam animo terreri: à corporea labe non à sapientiæ studio recedere, nec animo succumbere, quod nimis arduum esse videatur, ad cælestia animi intentione pertingere, quando à mortalibus nihil disci possit nisi agnito deo, rebûsque diuinis, vt Socratem edocuit Gymnosophista ille Indus qui noui aliquid discendi gratia Athenas perrexerat, & vniuersam Græciam atque Asiam peragrauerat.

Iustitiæ demum officium sit, deum cognoscere sempiternum, iustitiæ esse auctorem, & idcirco totam hanc cælestem ac diuinam sapientiam sequi oportere, quam omni virtutis studio amplexari expedit. Huic religioni populariter indulgentes Myrios fuisse Posydonius ait, vt pote qui ab animalibus abstinerent, & melle, lacte, caseo, po-

Hh

misque vescerentur : & quum trāquillam agerent vitam ac diuinæ contemplationi operam darent, à finitimis deicolæ nuncupabantur.

Eiusmodi etiam vitæ Thraces quosdam fuisse Homerus tradit, quos iustitia præstantes appellat, & semiviros, quandò à mulieribus disuncti degunt, vitam cælibem dimidiatam esse putans, unde & Protefilai domum, quia absque coniuge erat, semiperfectam vocat. Idem etiam de Getis restatur Menander comicorum maximus, Eorum namque indigenam se esse gloriatur. Et hanc rigidam rationem sequentes concludunt solam hanc vitæ institutionem esse experendam, ex qua viri sapientes ac perbeati euadunt.

Getæ.

DE SECUNDO GRADU

felicis contemplatiuæ.

Titul. III

Secundus contemplatiuæ felicitatis gradus ex Plotini etiam institutione eorum est, qui ab omni terrena cura ac cogitatione liberati, non amplius ex electione, sed quasi ex actu diuina cognoscunt, & quasi nihil aliud sit eorum intuitu dignum omni studio omnique intenta contemplatione cælestia ac diuina meditantur, in illis agunt, in illis semper versantur, habitumque perfectionis efficiunt. Hi putant temperantiæ munus esse terrenarum cupiditatum omnino obliuisci: nec satis existimant esse eas comprimere nisi prorsus eas ignorent, fortitu

diuis autem esse existimāt, passiones affectusque omnes animi (quas ægritudines Cicero appellat) non solum vincere, sed protinus nescire, vt scite poëta ille ait, Nesciat irasci, cupiat nil. Iustitiæ verò officium putant, ita cum deo diuinisque mentibus sociari, vt illis perpetuò fœdere indissolubilique vinculo coniungantur. Hanc partem assecutum putant Heraclitum Ephesum, qui quum iuuenis esset, se nihil scire dicebat: deinde senior factus, nihil se ignorare affirmabat. Gloriabatur imprimis se neminem audiuisse, sed ex seipso omnia didicisse, vt qui contemplationi intentus humana contemneret, & diuina tantum meditaretur. Proinde aspectum hominum fugiebat, & in montibus versabatur. Obscurissimos libros de Theologia scripsit, & de natura vniuersi: primūque affirmavit fore aliquando vt omnis mundus incendio interiret. Darius rex eū per literas rogauit, vt libros eos sibi per commentarios suos clariore redderet, vel ad se in suum regnum accederet: ipse verò vtrūque contempsit, & responsum etiam superbū reddidit, dicens mortales omnes à veritate atque iustitia abhorere, & auaritiæ vanæque gloriæ inseruire: se autem paucis esse contentum: idcirco ad Persas nequaquam accedere velle.

Hh ij

LIB. SEXTI
DE TERTIO FELICITATIS
contemplatiua gradu. Tit. IIII.

Ad imitationem Ciceronis in oratore circa principium

Tertius contemplationis gradus exemplaris dicitur, in mente consistit diuina à quo exempla reliquarum omnium virtutum ordine quodam fluunt. Vt enim in formis atque figuris rerum est aliquid perfectius quod in cogitationem cadit, quam id quod oculis cerminus, ad cuius similitudinem atque exemplar speciè quandam admirando ducimus: sic perfectarum virtutum speciem animo videmus in mente diuina esse, effigiè autem earum per imitationem quandam quærimus.

Eiusmodi formas Plato ideas vocat, easque ait semper esse, & ratione atque intelligentia contineri, & nullis vnquam accidentibus variari: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec in eodem statu diutius permanere. Sicut igitur aliarum rerum in mente diuina ideam, & quasi exemplar Platonicis rationibus esse cernimus, sic multo magis virtutum ipsarum effigies & simulacra inesse credendum est. Illic prudentia est mens ipsa diuina, temperantia, quod eadem perpetua intentione conuersa omnia moderatur. Fortitudo, quod semper eadem est, nec variatur aliquando, nec mutatur. Iustitia autem, quod per æuum, sempiternaque lege à perpetua operis sui continuatione non fluctat. Primus ergo gradus perturbationes animi omnino aufert, secundus earum prorsus oblitiscitur, tertius verò non modo eas ignorat, verum etiam (si dicere licet) nefas putat eas nominare.

TIT. QUARTVS

246

Hanc contemplatiuam vitam Theophrastus miris extulit laudibus, pro qua contra Diæarchum grauius differuit qui τὴν ἐπιθεωρητικὴν hoc est actiuam vitam longè magis laudauerat. Nunc autem superest altera pars, quæ actiua dicitur, in qua luctatio nostræ palæstræ versabitur, hæc enim contemplatiua obscurior est, & acumine ingenij atque ocio magis indiget: idcirco vel ulterius propaganda est, vel in aliud tempus differenda. Proinde hæc in præsentia libasse sufficiat.

DE ACTIVA FELICITATE,

et virtute civili.

Tit. v.

PLato quò ad Archytam Tarétinum scriberet, vt eum aliquando à diuturna contemplatione diuinarum rerum interpellaret, & ad ciuiles virtutes hortaretur, inquit Memento non tibi soli te natum esse, sed partem patria sibi vendicat, partem necessarij atque amici, partem conciujs tui, & vniuersum hominum genus, adè vt perexigua pars tibi ipsi relinquatur.

Aristoteles quoque ad hanc sententiam ait homo non sibi soli vitam solitariam agat, sed parentibus, liberis vxori, amicis, ciuibus etiam, quando per naturam homo ciuilis ac sociabilis est. Hi magni discendi ac viuendi præceptores, nos edocent, vt quauis ardua magis ac gloriosa sit concomtemplatio illa soluaga & ociosa, quæ huma-

Hh iij

nis rebus relictis cælestia solum speculatur, tamè hæc humilia sequamur, quippe quæ generi humano magis consulant. Sublimiores enim illi philosophi, qui cælestia scrutentur, & terrena despiciunt, animi felicitate quam per virtutem nascuntur, sibiipsis fruuntur, nullaque officia aliis impartiuntur. Ciues autem illi, qui etiam per virtutem sunt beati, inter homines versantur, ut decet animi sociale, reipab. consulit principibus adsunt, verbes tuentur, parentibus, coniugibus, liberis affinis, necessariis omnia necessitudinis officia exhibent, Ciuium res gubernant, socios proidentia liberalitateque protegent, de quibus eleganter poëta dixisse videtur.

Ciues viri

Virg. G. ene

Quique sui memores alios fecere merendo.

Præclare etiam, ut idem ostenderet, Cicero ait nihil esse illi principi deo qui omnem mundum regit, acceptius, quod quidem in terris fiat, quam consilia cœtibusque hominum iure sociari, quæ ciuitates appellantur. Harum rectores & conseruatores à cælo profecti, illuc reuertuntur.

Hic igitur verbis consequens est, ut per terrenos virtutis actus iter etiam ad superos nobis pateat, ut illis quoque patet, qui contemplationi intenti, videntur quasi naturam humanam exuisse & hominem ex homine extraxisse. Hi nonnullis irrisioni sunt, qui dicant vesani esse hominis, quæ ante oculos sunt non cernere, & cælestia speculati, ut ait canicula quædam ad sapientem Thalerem, qui in subiectum scrobem cecidit quàm astra cõtèmplaretur. Optime quidè de rebus humanis merentur illi qui docent homines pie,

sanctè, iuste, atque innocenter vitere, neminem lædere, & quæ sua sunt vnicique tribuere.

De vitæ ratione primus omnium disserendo docuit Socrates Sophronisci filius, Platonisque præceptor qui reliquit naturalem speculationem, cui philosophi penè omnes intendebant, ut qui duceret eam sine aliquo fructu esse, & officia vitæ nostræ minus adiuuare illam autem nobiscum versari, & bona omnia nobis præbere. Hunc secuti sunt complures ex eius discipulis, qui relicta naturali contemplatione, huic morali tantum incumbebant, dicebantque inquirendum esse quid boni malive nobis domi esset.

Sed ex ambiguo Socratis sermone, qui nihil omnino affirmabat duodecim philosophorum sectæ ortæ sunt: quarum singulæ diuersis finibus bonorum, & malorum constitutis diuersas sententias statuerunt, Prima fuit Academia vetus, cui præfuit Plato, à quo discedens Arcefilas Mediam cõtuit, Lacydes verò Nouam, Aristippus Cyrenaicam, quam à patriæ suæ nomine appellauit, sicut Phocion Eliacam à sua, & Euclides quoque Megaricam à sua, Antisthenes qui in Cynosargi gymnasio docuit, Cynicæ nomè dedit, sicut Zeno Stoicæ à porticu in qua docebat, Clitomachus à præcipua eius doctrina Dialecticam appellauit, Aristoteles Peripateticam ab vsu deambulandi Epicuream Epicurus à suo nomine nuncupauit, sicut Menedemus Eretriacam à patria sua. Ex singulis harum disciplinarum ea habebimus quæ magis rei nostræ conducere videbuntur, in definitionibus verò auctore Cicero Stoicos imitabimur

sicut in sententiis veteres Academicos, & peripateticos quoque, qui ab illis magna ex parte fluunt Pyrrhonij autem, qui *σεντιονιστοι* à Græcis dicuntur, quasi quæstiones & consideratores, à nobis negliguntur. Aliena enim refellere potius quam sua probare nituntur. Sed iam res ipsa me vocat, vt de virtute ciuili generaliter pauca dicam. Deinceps autem de singulis eius speciebus vberius disserendum erit. Sed vt recto ordine procedamus, virtus primo definienda est, & ex multorum philosophorum variis sententiis determinanda. Non enim omnes conueniunt, sed quisque præscriptum suum defendere nititur.

DE VIRTUTE CIVILI

Titul. VI.

SToicorum complures ex Sententia Socratis sentiunt virtutem esse notionem aut scientiam earum rerum quæ secundum naturam sunt. Quam opinionem secutus Herillus summum bonum in scientia collocauit.

Ex hac etiam definitione Posidonius ait, recte & secundum virtutem viuere nihil aliud esse quam peritiam habere earum rerum quæ naturam committuntur, & secundum easdem agere.

Zeno in libro quem de hominis natura scripsit, ait eum naturam ducem sequi debere, & illius ductu viuere, quando id sit secundum virtutem agere, nihilque aliud sit virtus, nisi ad summum perducta natura.

Pythagoras verbò ait virtutem esse quandam naturalem harmoniam, cui recta omnia consonant.

Cleanthes virtutem esse sentit affectionem electionemque animi naturæ consentientem, quæ per sese beatam efficiat vitam. Panærius duplicem fecit virtutem, contemplatiuam vnam, alteram actiuam. Alij triplicem, rationalem, naturalem, moralem.

Cicero ex Academicorum sententia virtutem animi habitum esse dicit naturæ modo ac rationi consentaneum. Alibi autem quum de finibus bonorum & malorum loqueretur, dixit virtutem esse rationis absolutionem.

Aristoteles autem vt primam illam Stoicorum sententiam euertat, ait, Scire enim, in virtutibus parum aut nihil est, vti & exercere, plurimum, vel totum est, sed hoc etiam in omnibus artibus omnibusque doctrinis dicere possumus, scientiam sine exercitatione parum posse. Antecedat igitur scientia, consequatur actio, ex qua habitus fiat, sic erit perfecta harmonia, hocque modo exactione ipsa virtutes acquirimus. Homines enim iusta agendo iusti fiunt, modesta modesti, fortia fortes.

Virtus sane voluntaria est, sicut & vitia. In potestate enim sunt nostra, possumus siquidem agere, & non agere, vt nobis visum fuerit. Actus omnes voluntarij etiam sunt, eorum namque domini sumus: hac quoque ratione habitus voluntarij erunt in nostra enim potestate erat hoc vel illo modo vti,

lib. 5. de. ff.
bon. & ma.

Electio propriè est, quæ in nostro arbitrio sunt, vt ex quibusdam propositis vnum aliquod eligamus, adhibita ratione & cogitatione. Optime Aristoteles definiuit quum ait, Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens. Mediocritas inter duo vitia versatur, quorum alterum excedit, alterum autem deficit. Fortitudo quum excedit, in temeritatem ferociamque incidit, quum verò deficit, in timorem ac formidinè. Liberalitas quum excedit, in prodigalitatem effusionemque incurrit quum autem deficit, in parsimoniam atque auaritiam. Vnde prouerbum vetus est, In recte factis neque addi neque demi quicquã potest. Excessu enim defectuque corrumpitur virtus, medio autem seruatur. Hæc est illa Pythagoreorum ratio, qui dicebant malum infinitum esse, bonum verò finitum, & alterum quidem perdifficile. Facile est enim aberrare, difficile admodum illuc peruenire quo tendis. Nam, vt ait Hesiodus,

Quã facilè innumeras vitiorũ amplectimur artes.
At via virtutis dura est, & anhelat labore.

Hoc etiam sentire visus est Bion quum faceret ait facilem esse ad inferos viam, clausis enim oculis illuc peruenitur.

Ciuilis ergo scientia, quam sapientiam possimus appellare, sic laborare decet, vt animum ab omni ægritudine vendicat, sicut medicina vt corpus ab ægrotatione liberet. Eius prima palæstra erit, animi virtute contra voluptatem dolorumque luctari. Voluptas siquidem nos ad improbitatem illecebramque rapit, & doloris molestiæque fuga ab optimis præclarisque actionibus sapienter

mero nos auocat. Doloris enim vacatio tanti fuit olim apud pleròsque, vt in ea felicitatem collocauerint. Hieronymus Rhodius philosophus temporibus suis peregregius, summum bonum sibi videri, ait, nihil dolere: quam opinionem etiam Diodorus philosophus affirmauit. Sed quia nequitiam in nostra potestate situm est, vt omni ex parte dolore vacui simus, virtutis officium erit dolorem contemnere, non modò ex Stoicorum sententia, qui duriores sunt, sed & ex Epicuri mente, qui ait paruum dolorem ferendum esse, & ex compensatione voluptatis leniendum, magnam autem aut cito abire, aut hominem perimere.

Gymnosophistæ Indi illi sapientes ex solo doloris contemptu laudem magnam adepti sunt. Nudi enim niuem ac glaciem Caucaſi montis percreant, & quum ad ignem accedunt, non ingemiscunt. Quæ circa vt ad rem redeam, actiones nostræ si ex virtute manabunt, duces nobis ad felicitatem erunt. Sin verò à vitis, in barathrum miseriarum nos præcipitabunt. Proinde virtutis habitus principem (quem humanitatis participem, & vite communis non ignarum fingimus) virum bonum efficiet, & tanta probitate præditum, vt & se ipsum, & omnes qui suo imperio parebunt in viam vere fecilitatis dirigat. Nam qui semitam sibi ignorat alteri viam monstrare nequit, vt est in veteri prouerbio.

Ludibrio habitus est Sylla à bonis ac grauibus vis, vt qui cum ipse intemperantissimus esset, luxurique diffunderet, ciues per leges ad frugalitatem sobrietatemque reuocare niteretur. Lyfander autem

contrà, ciuibus enim vitia permittebat, à quibus ipse abstinebat. Peccabat vterque Sylla, quòd suo ipse præscripto non obtemperaret. Lyfander autem, quòd se ipso ciues suos deteriores faceret,

Lycurgus melius, qui nihil vnquam in alios statuit, quod ipse non antè seruauerit,

Virtutum alias intellectiuas, alias verò morales esse scribit Aristoteles Sapiètiàm enim, solertiàm, prudentiàmque intellectiuas esse sentit, liberalitatem, modestiàmque morales. Intellectiuæ à natura emanant, doctrina tamen excoluntur atque augentur. Morales autem à consuetudine & moribus proficiscuntur, vnde nulla moralium virtutum natura nobis insita est: sumus tamen à illas natura apti, perficiuntur autem à consuetudine. Euclides Megarensis, & omnes eius sectatores, qui ab illius patria Megarici dicti sunt, vni esse virtutem sentiunt, quæ pluribus nominibus appelletur ex diuersitate moralium officiorum.

Ca. I. li. I.
ca. vlt.
lib. I.

Cap. 6. li. 2.
Ethic.

Panætius duas modò ponit virtutes, contemplatiuam scilicet, & actiuam. Stoicorum plerique tres, rationalem, naturalem, moralem. Platonem quem penè omnes comitantur, principales perfectasque virtutes quatuor esse statuit: prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam. Has Zeno principales virtutes appellat, quare do singulis species quasdam subiicit, vt in sequentibus clarius lucidiùsque explicabimus. Has artes, alij scientias esse voluerunt: contra que Aristoteles acutissime disputat, vt ostendat eas neque scientias, sed electiuos animi habitus esse

mediocritate existentes. Nos rem hanc in medio relinquemus, & nostrum ordinem sequemur.

DE PRVDENTIA, ET EIVSDEM

SPECIEBVS.

Titul. VIII.



Prudentiam Plato causam ait rectè agendarum rerum. Aristoteles autem prudentiam esse dicit habitum cum veraratione qui in his rebus agendis versatur, quæ sunt homini bonæ, vel malæ. Stoici prudentiam esse dicunt scientiam bonorum, & malorum, & mediolorum. Quos imitatus Cicero ait prudentiam esse rerum bonarum & malarum & vtrarumque scientiam: quanuis idem sæpe dicat prudentiam esse humanæ vitæ magistratam, vel artem vitæ. Socrates omnes virtutes prudentias esse dicebat. Aristoteles hunc errasse ait, & eum dicere debuisse, nullam virtutem absque prudentia esse.

Ca. 5. lib. 6.
Ethic.

De inuentione.
lib. 2.

Apollophanes Stoicus tanti prudentiam fecit, vt hanc vnã virtutem esse putaret, quæ vel in se cunctas alias contineret, vel cui reliquæ omnes famularentur. Bion verò Boristhenites prudentiam dixit tantum alias virtutes superare, quantum visus alios sensus antecellit. Quam quidem sic in senibus excellere ait, vt in iuuenibus fortitudo emicat.

Epicurus voluptatis assertor, omnium virtutum initium, & bonorum omnium maximum prudentiam esse dicebat, quæ in primis causas scruta-

retur cur quidque eligendum, vel fugiendum sit, opiniones omnes tanquam vanas expelleret, quibus animus noster occupari vexarique possit. Humanarum quoque rerum omnium maximum atque optimum iniriū prudentiam esse affirmabat, à qua quidem virtutes omnes orientur, quandoquidem iucunde viuere nihil aliud sit, nisi prudenter viuere, hoc est honeste & iuste agere. Id enim à sola prudentia docemur, iucundam vitam non posse à virtutibus separari.

EX A. Gel.
lio cap. 8.
lib. 13.

Nonnulli veterum prudentiam propter excellentiam ipsam sapientiā appellauerunt. Quae opinione ductus Afranius in Togata dixit:

Vfus me genuit, mater peperit memoria.
Sophiam vocant me Graij, vos sapientiam.
Sed communis philosophorum opinio est sapientiam vnā in se virtutes omnes complecti, Sed prudentiæ munus principaliter in delictu honorum & malorum versatur, bona enim expetenda ducit, mala autem fugienda. Hæc humanas omnes actiones regit, de rebus magnis ac dubiis alia ratiocinatione consulat ac deliberat, præterita præsentibus componit, & sic de futuris iudicat, adeo vt euentus rerū quasi præfagire ac prædicere videatur. Hæc vna fortunæ aditus occupat, quæ ratione à præfatis poëtis fortunæ domina dicebatur.

Hipparchus verò & nonnulli alij astronomi affirmant prudentiā astrorum vim præuertere, cuius quidem officium est, vt præsentia disponat, præterita meminerit, futura autem præuideat. Hæc non modo à solitudine hominem abducit, verum etiam contra omnes fortunæ impetus arma-

Semper enim præcipit quæ agenda vel nõ agenda sint. Quocirca non in scitè dicebant veteres prudentem virum fortunam suam semper in consilio habere, futuræque consilio ac cogitatione meditari, vt de Thesæo Tragico canebant cothurno.

Prudentia est Minerua illa quam de Iouis vertice natam esse poëtæ nõ sine ratione fabulantur, ostendunt enim à mente, quæ in nobis diuina est eam manare, per quam omnia circumspicere debemus, & in omnes partes oculos intentos habere. Hoc demonstrare volentes antiqui pictores, ita similitudinem huius deæ pingebant, vt omnia aspiciere videretur, & quemcunque se inuentem spectare. Eiusmodi Mineruam Romæ quondam pinxisse legimus Amulium Romanum pictorem, ex qua maximā meruit laudem, cum quòd opus perfectum consummatumque erat, tum quòd os in omnes intentum habere videretur, & quacun- que aspiceretur, spectantem se intentè admodum intueri. Fuit autem Amulius vir seuerus & grauis semperque togatus pingebat, quanquam in altissimis machinis esset & crepidas assidue gestabat, erat enim adeò delicatus, vt paucis diei horis pingeret, & diutius ab opere cessaret.

Minerua si-
mulachrū.
Ex pli. c. 10
li. 35. ad fi.
Amulius
pictor.

Prudentis viri officium est quæcunque cogitat aut agit, recta quadam ratione metiri, nihil præter rectum agere, aut vlla ex parte optare: humanas actiones putare semper diuinis arbitriis præsentibus agi, diuinisque consiliis gubernari. Prudenti nihil horrendū, nihil formidabile videri potest excubat enim semper animo, atque omnia

præuidet, ad eò ut nihil ei improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. Atque ita aciem in omnes partes ingenij aciem in tendit, ut semper videat sibi locum aliquem relictum esse, in quo sine molestia atque angore degerere possit, ut quemcunque casum fortuna inuenerit, hunc apte quietè que perferat. Et sic semper pacatus erit, ut nec tabescat molestiis, nec timore frangatur, nec futuri lætitia deliquescat. Non appetit quippiam, aut optabit, aut futurum omnino sperabit, aut firmum sibi pollicebitur, ne si id fuerit, à spe decidisse iniquo animo ferat.

Prudentia in intellectu.
Euripides. Prudentia quidem intellectiua est virtus, ideò ab ingenij acuminè in primis manat, augetur memoria, crescit doctrinà, & rerum experientia perficitur. Prudens ante omnia ut sibi ipsi rectè consultat opus est, aliter nec aliis sapere videtur, hæc est sententia illa Euripidis quum ait.

Alexander. μὴ σοφιστὴν, ὅστις ὄντι αὐτῷ σοφός. hoc est odio habeo sapientem, qui sibi ipsi non est sapiens, quibus verbis usam legimus Alexandrum magnum in familiarem suam quendam petulantiorum, & etiam aliàs in Callisthenem philosophum.

Memoria. Mithridates.
Cyrus.
Crassus. Memoria reges ac principes plurimum cõmendat. Mithridates duarum & viginti nationum quibus imperabat, varias linguas ad eò callebat, ut singularum oratores palàm audiret, & responsum sine interprete vernaculo suo quibusque sermone seorsum redderet. Cyrus Persarum rex singulos quosque militum suorum, qui penè innumerabiles erant, propriis nominibus ac cognominibus appellabat. Crassus quoque prædiues ille, quum

quum Asiæ præfesset, quinque Græci sermonis differentias didicit, ut qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum audiret. Sed ego memoriam naturalem optarem. Ea enim quæ arte capitur, aut ex imaginibus accersitur tempori seruit, & recitationibus actionibusque aptior est quàm quotidiano vsui: nam dilutionibus, & pharmacis memoriam cieri vix mihi persuadere possum, licet Ammianus Marcellinus vir doctus & elegans eiusmodi verba protulerit. *Ammianus.* Cyrus regem & Symonidem lyricum & Hippiam Eleum ideo memoria valuisse legimus: quòd, eorum quibusdam remediis id impetrarint.

Ingenium.
Consilium. Ingenium autem prudentis, Stoici esse dicunt habitum celerem officij inuentorem. Alij dicunt ingenium vim animi esse, qua aliquid inuenimus, quòd à nemine didicimus. Peripatetici autem definiunt ingenium vim quandam naturaliter animis insitam, suis viribus prævalentem. Consilium verò Stoici esse dicunt scientiam inspiciendi quæ & quomodo se quispiam gerès bene & utiliter agat. Vel consilium est aliquid agendi aut non agendi excogitata ratio, ut ait Aristoteles.

Plotinus Platonius quum de virtutibus ciuilibus scriberet, eiusmodi species prudentiæ subiecit, intelligentiam, circumspectionem, prouidentiam, docilitatem, cautionem, quibus Peripatetici & veteres Academici addunt sagacitatè, versutià, calliditatem, astutiam, æquitatem, de quarum singulis seorsum dicendum erit, primò pauca de ratione, quæ (ut arbitror) prima in ordine censenda est.



Ratio est auriga, magistra & quasi domina omnium humanarum actionum, sine qua nihil rectè agi, dici, aut excogitari potest. Hæc præcipua est quæ nos seccernit à belluis, & ad numina ipsa proxime ut accedamus efficit. Quæ eisi per naturam nobis indita est, doctrina tamen & usu perficitur, adeo, ut nihil ei desit quod ad perfectionis cumulum possit accedere. Ratio (ut Cicero definit) est gerendorum ordo ex causa venientium: ut quid quo loco facias, aut dicas intelligas causam. Nunc accipimus animi impulsione ad aliquid agendum. Aristoteles quum de prudentia tractaret, hæc speciem non ratione, sed ratiocinationem appellavit. Cicero ratiocinationem esse dicit diligentem & consideratam faciendi aliquid aut non faciendi excogitatione. Et sanè optime definit. Nam si prudentia cernitur in delectu bonorum & malorum, quod omnes consentiunt, prudentis erit vni bene consulere in his quæ bona & utilia sunt, & generaliter in omnibus quæ ad totius vitæ statum pertinent, quod quidem à ratiocinatione profiscitur. Sed si rectè cogitamus, omnis ratiocinatio omnisque diligens cõsultatio, à ratione manat. Proinde minus admirandum est, alteram pro altera sapere poni, sed ratiocinatio nonnunquam ponitur pro perfecta argumentatione, quæ accommodatio- ne assumptionis ad id quod propositum est elicit

Ratiocina-
tio.

De inuen-
tione. li. 2.

conclusionem. Ex priorè significatione orrum est prouerbum vetus quo dicitur, Tarde consulendum esse, celeriter autem agendum. Hæc ratio, sive ratiocinatio (de nomine enim non est controuertendum) animum Regum ac Principum promptum semper ad optime sentiendum, prudentèque consulendum reddit, & eos diligentes excubitores pro omnibus efficit. Nam si priuatis ciuibus satis est si sibi ipsis, si familia, si necessariis, rectè consulunt, id regibus neutiquam sufficit, quorum prudentia ciuitates, populi, nationesque reguntur. Ut enim corporis membra mouet cor, & animi partes irracionales subigit mens, & vniuerso deus omnia regit, sic rex ipse multitudini sibi à deo creditæ expedit ut imperet, adeo, ut seipsum & alios quosque, quantum per eum fieri potest, in viam felicitatis dirigat.

Prouerbiū.

DE INTELLECTV

sive intelligentia.

Tit. x.



Intellectus, quam nonnulli intelligentiam appellant, huic proximus accedit. Sunt enim qui hæc duo verba inter se differre putent, ut sit intellectus animi potentia qua intelligimus, intelligentia autè actus ipse intelligendi: sed eam animi vim Stoici dicunt esse, per quam ea plane et sine fallacia perspicimur que sunt. Eius propriū munus est verū falsumque discernere, & cauere diligenter ne animus à sensu

Intellectus,
Intelligentia

corporeo decipiatur, qui ea nonnunquam sentit, quæ à veritate longe aliena sunt, vel non sentit quæ sentire deberet. Desidia, incuria, hebetudo sæpe ei obfunt, sed præter cetera omnia, malæ animi perturbationes, malique mores sensuum veritatem obscurant.

Certissimus omnium sensuum tactus habetur, visus autem acerrimus: in quo quidem magna animi vis cernitur. Oculi nanque indices animi sunt, per quos homines elementiam, misericordiam, amorem, odium, iram, lætitiã, tristitiã, & eiusmodi omnes affectus ostendunt, magisque eos augent. Certiora enim sunt quæ cernimus, quam quæ audimus. Decipit tamen sæpenuero visus non modò hebetes atque inertes, sed acutissimos quoque, & solertissimos, quod vel ex hoc vno exemplo patebit. De pictura certamen aliquando fuit inter Zeuxim, & Parrhasium, erant enim ætate æquales, & artis studio inter se æmuli, itaque Zeuxis pictas à se vuas in scenam detulit tanta similitudine, ut ad eas edendas aves aduolarent. Parrhasius autem pictum protulit linteum super quod leuissimo penicillo tenuissimum velum duxerat, ad eò simile, ut verum omnibus esse videretur.

Tum Zeuxis iudicio auium elatior, illum rogauit ut remoto velo picturam ostenderet, risit Parrhasius, & comiter in illum cauillatus est, quæ ex errore suo intellexit Zeuxis, ingenuoque pudore percitus, victoriam illi præbuit, facete ait. Ego heri aues decepi, Tu verò hodie me artificem fefellisti.

Ex quinque sensibus, quos natura animalibus

*Zeuxis vng
Parrhasi
linteum.
Eupli. c. 10.
li. 35. in pri.*

sensus qui

tribuit, qui sunt visus, auditus, gustus, tactus, odoribus homo ratur, quos Græci ὄψιν, ἀκοήν, γούσιν, ἑπαφήν, ceteris præ- ὄσφρησιν appellant, duo sunt quibus homo stat, quibus ceteris præstat, tactus scilicet & gustus: in reliquis que vincitur. autem superatur à multis. Aquilæ & lynces clarior. rarius cernunt, vultures & canes sagacius odorantur. Talpæ liquidius audiunt, obrutæ terra, tam ca. 69. li. 10. surdo ac denso naturæ elemento: præterea omni voce in sublime tendente, humanum sermonem audire dicuntur, qui si de eis fuerit, ut intelligunt, fugiunt, altiùsque penetrant nisi ficta ac vana sint quæ de earum natura scribit Plinius ex veterum Græcorum auctoritate. Nos verò in homine non querimus hæc tam sublimia: satis sunt nobis communes sensus, quos natura humano generi præbuit. Cernat igitur intellectus per veram mentis ratiocinationem rei ad quam sensus accedit veritatem, ne appetitus deinde ea sequatur quæ vitanda sunt, aut fugiat ea quæ capessanda essent, ex quo quidem sequeretur mala electio, quæ rei agendæ malum principium exhiberet.

Optime peripatetici definiunt electionem intellectu appetituum. Nec errant Zenonij, qui dicunt electionem appetituum esse intellectuum. Per hos igitur gradus vir prudens progreditur ad agnitionem veritatis, & ad optimi consilij actiones, & sic inueniet Mineruam illam quam de Iouis vertice natam esse sapienter poëtæ scribunt, quæ & armata & inermis sæpe regibus ac principibus præsto aderit. Qui enim malè consulunt, sibi ipsis exitium parant: vera est Hesiodi sententia, quum ait in opere cui titulus est.

ἔργα καὶ ἡμέραν

Οἱ αὐτὸ καὶ τὸ τεύχει ἀνὴρ, ἀλλὰ καὶ τὸ τεύχον,

Ἡ δὲ κακὴ βέλγη τῷ βυλεύσαντι κακίση
hoc est,*Multū cōsi-
lū cōsultōri
pessimū.*

Novius ipse sibi est, alium qui laedere querit.

Consultum male, consultori pessima res est.

Quin etiam inconsulte ac temere agētes fortunæ se non rationi subiiciunt, cui quidem minime credendum est. Soler enim fortuna eos quos plurimis beneficiis affecit, ad duriorem aliquem casum reservare, ut eleganter ait Cæsar.

Sylla, qui fortunatus haberi & vocari gaudebat virtuti suæ minime se considerare fatebatur, neque etiam amicos se in consilio adhibere ostendebat, ut qui scititū deditos nullos haberet. Putabat tamen sibi amicos esse adulatores quosdam qui eius immanitatem laudabant, & remeritatibus omnibus assentiabantur, Roscius Comædus, & Sorex Minorum princeps, & Macrobius Bacchanalium cantor, quem formæ nitor ei consiliauerat, tres erant intima familiaritate Syllæ coniuncti, & qui apud eam plurimum poterant.

*Tres Syllæ
familiares.**Nero.*

Nero autem amicos omnes trucidabat, ne de se verum ab eis audiret. Verebaturque illorum aspectum in rebus turpibus ac scelestis, quas quotidie committebat, studebatque eos è medio tollere, tanquam importunos arbitros suorum scelerū, ut eam turpibus suisque simillimis securus sine reprehensoribus versaretur quos solos muneribus, atque officiis quotidie exagerabat, Proinde Aurelio Cottæ & Atherio Antonio annuā pecu-

niam statuit, ut eorum luxuriam foueret: prodegerant namque per luxum, & ingluviē amplissima patrimonium, nec amplius quod absumerēt habebant

Non tamen eiusmodi operæ præcium, nec talem disciplinarum ac consiliorum mercedem accepit sanctissimus atque eruditissimus eius præceptor Seneca, sed sectis venis per omnes corporis artus, & ne pressus pauore sanguis tardius flueret, præferuidi balnei calore confortus necatur, ne senis effecti, qui vltra ætatis metas decurrerat, fatalem exitum diutius expectaret.

Thimotheus Atheniensis vir consilio ac rebus gestis præclarus, omnia virtuti, non autem fortunæ tribuebat. Et quum aliquando rem in bello prospere gessisset, Mementote (inquit) viri Atheniensis in hoc tam felici prælio nullam sibi fortunam partem vindicare posse. Atqui quum obtrectatores eius tabulam pictam circumferrent, in qua fortuna cernebatur illo dormiente, retia viribus circumponere, ut illis sine virtute aut viribus potiretur, molestissimo id animo ferebat, quandoquidem virtutem ac prudentiam sequeretur, non autem fortunam quandam remeritatem.

Audacia sine consilio (ut vulgo dicitur) semel aut iterum fortunata esse potest, demum autem omnia euertit. Fortunam potius avaritia ductus, quam prudentiam videtur secutus M. Crassus, quum iam sexagenarius exercitum in Parthos gentem ferocissimam duxit, multis optimis civibus indignè id ferentibus, quod præde aviditate ad eos populos opugnandos proficisceretur, qui non hostes Romani populi, sed socij potius & amici

extitissent, & præsertim quum Acteius p̄t̄ifex in eum diras execrationes caneret, & cunctis imprecationibus deuoueret, quibus obnoxij diuino iudicio damnari esse putabatur. Sed quum grandis natu esset, & non integræ omnino valetudinis, inter iuuenes se deputabat. Quinetiam quum exercitum duceret, iter per Galatiam fecit, quo loci Deiotarum regem offendit operi intentum, quod noua mœnia metiretur, in quem Crassus mordaciter cauillatus est, dixitque, Duodecimam iam diei horam agis ò rex, & nouam urbem statuisserat enim octogenarius Deiotarus, cui tū ille vicissim subridens ait, At tu ne matutinus quidem ò imperator cum exercitu in Parthos festinas.

Sed principum intelligentiam plurimum adiuuant amicorum consilia, nec eos pœniteat inferiores etiam consulere, & præcipuè in rebus arduis quamuis ipsi quoque prudentissimi sint, ex tot enim philosophis, qui per omne æuum extiterunt, nemo vnquam inuentus est, qui se omnia scire profiteretur. Et ille sapientior iudicandus est, qui pauciora ignorat. Optimi quidem gubernatoris esse duco, in maximis tempestatibus vectores etiam consulere. Hac in re communis omnium parens natura, nouerca potius nobis, quam mater extitit. Quisque enim in suo negotio hebetior est, quam in alieno. Et medici ægotantes, alios medicos sibi adhibent. Sunt etiam quidam qui sapiunt sed sero, nam aut hebetiores ingenio sunt, aut dū cunctationes in deliberando existunt, opportunitatem rei agenda amittunt. Occasio enim est illa, quæ negocia omnia rectè perficit. Tarde

Deiotarus.
Crassi & Deiotari
mutua scō-
muta.

intelligentes vt carperet Accius poëta, tragœdiam Equus Troianus scripsit cui equo Troiano nomen dedit, in qua doctus cuius temporis adesse oportere, & obrufi fuisse ingenij belli machinam post euerfa Pergama cognouisse. Persicum prouerbiū fuit, Stolidi hominis esse, ex noctis umbra Solis lucem cognoscere.

Euagoras Cyprius rex multis virtutibus ornatus erat, aded vt complures Græcorū clari & honesti uici propriam patriam relinquerent, vt ab eo regerentur, ad quem etiam Conon vir tanti nominis relicto Athenis se contulit, putans regem illum salutis suæ præsidium fore firmissimum. Hic enim rex omnia amicorum consilio gerebat, dicēs se malle ex amicorum cōsilio optimè regere, quā in se solum omnem prudentiæ laudem conuerrere. qua ex re hoc assecutus est, vt omnes qui illuc accederent, longe magis felices eos qui eiusmodi regi parerent, esse arbitrantur, quā eum ipsum qui imperabat, & tanta bona illis impartiebatur. Neronis in se animum & futuram tempestatem præuiderat Seneca, de quo modò dicebam, uenturamque discedendi modeste admodum postulauerat, sed Néro blandis simulatisque uerbis rem excusabat, vt arbitrum scelerum suorum perosus perderet. Dicebat autem Seneca, At tuum quidem tuum Octauium Augustum felicissimum principem memoria teneo potestatem fecisse C. Mecœnati & M. Agrippæ clarissimis & optimis uiris, vt optatum ocium assequerentur, quum alterum beliorum socium, alterum maximis in rebus comitem & adiutorem habuisset, & utrūque de se optime meritum amplissimis præmiis

Equus Tro-
ianus trage-
dia.

Prouerbiū.

Euagoras.
Conon.

Nero.

Seneca.

exornasse. Me quidem his adæquandum minime cenſeo, ſed quemadmodum quæ ſuæ virtutis erāt, illi ſuo principi exhibuerunt, ita ego tibi quæ potui, quæque habui, animo integro & fide ſumma perſolui. Cui Nero quum ſecedendi veniam negaret, fallaciſſimis verbis reſponſum ad hanc ſententiam reddidit, non video Seneca modestia tuæ eſſe inde laudem quarere, vnde omnino infamia oriatur. His & eiufmodi fruſtrationibus hominem illuſit, donec & imponeret vt optabat, & ad deſtinatum exitum perduceret.

DE CIRCUNſPECTIONE

Titul. XI.



Circunſpectio huic tertio loco ſuccedit, quæ eſt conſiderata omni ex parte animi ratio circa ea quæ agēda ſunt. Hæc circunſpectio in conſeruandis viribus ac regnis magnis periculis ingruētibus maximam laudem ſemper meruit, & in pace quidem ea meditatur, quæ ad ciuium concordiam, regis obſequium, ac beneuolentiam pertinent: & vt nihil in difficultatibus rerum ac tēporum deſit, præuidet: ac ſicut optimus gubernator plagas omnes cæli circunſpicit, vt ad omnem vim ventorum ſemper paratus ſit, ſic princeps ſe munit contra aduerſa omnia, in bello autem circunſpectio fortunæ vim atque impetū præripit, Martis dolos cauet, vitas, intercipit, prudentiam dictis auſcultat, nec per temeritatem committit vt quicquam pœnitendum

agatur. Quæ virtute niſi caruiſſet **Q. Cepio** cōſul contra **Cimbros**, dictis collegæ ſui **Cn. Metelli** obtemperafſet, nec tam temere cōtra ferociſſimos barbaros irruifſet, & vno prælio octoginta Romanorum millia cædi occiſionique tradidiſſet, vt ſe referaret ex tanta clade, & Romam perſugeret vt perpetuo carceri adſiceretur, & cum irriſione atque contemptu omnium in tenebris tabeſceret.

Hæc virtus tum præcipuè cernitur, quum certamen non a æquis viribus incandum eſt, ſed cum potentioribus dimicandum, vbi hoſtium vires prælium detrectando potius quàm aperto Marte decernendo conterantur, vt factum fuiſſe cernimus contra **Hannibalem**, cui impares Romani omnino eſſe videbantur. eius namque exultantia atque ferocia, conſilio ac mora potius, quàm temeritate & audacia cōſtringenda fuit. Teſtis ſit **C. Flaminius**, qui fauente plebe conſul factus tanta infania elatus eſt, vt nihil niſi de certamine cogitaret, quem quum **Pœnus** cerneret nihil circunſpicere, ſed inconſultè ſolis viribus & audacia exultare, ad **Thraſymenum** lacum inſidiis excepit & cum cum omni exercitu proſtigauit. Quæ plaga quanta fuerit populo Romano, euentus aliarum rerum è veſtigio docuit, furentes enim imperatores ac duces facile admodum inſidiis oſtium excipiuntur, & dum nihil circunſpiciunt niſi quod ante oculos habent, ſummam rerum extremis periculis obiciunt. Romani eiufmodi cladibus conterriti, **Fabio Verrucoſo** (cui deinde ob virtutem maximo agnomentum fuit) reli-

*Flaminius.**Fabius cognomento verrucoſus.*

*punicorum
lib. 7.*

quias penè desperatæ reipublicæ permiserunt. Erat enim Fabius vir dignitate ac prudentia præstans, & in rebus gerendis aded circumspectus, ut cunctantior quàm pugnator haberetur: quæ quidem virtus exultantiàm Hannibalis compressit, adeoque detriuit, ut planè docuerit Hannibalem non audacia ac ferocia, sed consilio ac mora vinci posse, præclare Silius Italicus ait:
 Ac ni sacra seni vis, impressumque fuisset
 Sistere cunctâdo fortunâ aduersa tuentē fouentē.
 Vltima Dardanij transisset nominis ætas.
 Hac virtute Fabium præferre videtur cunctis imperatoribus Romanis, addit enim.
 Summe ducum, qui regna iterum labentia Troie
 Et fluxas Latij res, maiorumque labores,
 Qui Carmentis opes, & regna Euandria seruas:
 Surge age, & merito sacrum caput infere celo.
 Sed postquam populus Romanus animaduertit lento Fabij certamine & montanis insidiis Punicum furorem iam aliqua ex parte compressum, & præclusos fortunæ atque hosti omnes vincendi aditus, statuit viribus etiam decernendum esse, & ferro aciem reddendam. Proinde Marcellum virum acrem ac strenuum, & Romanorum omnium pugnacissimum Fabio collegam designauit ut quasi manum concilio adderet, & sapientiæ vires adiceret. Fuit enim Marcellus ad omne certaminis genus exercitatus, nullumque prolocatorem, nullamque pugnam unquam detrectabat. Et collatis signis variis cum hostibus, vnde quadragies prospero Marte certauit, ut inter omnes historicos conuenit. Hic imperatori callidior

circuspecto additus, qui ad tuendum imperium potius quàm ad vlciscendas iniurias idoneus esse videbatur, vires atque animum adiecit, ut optimo temperamento rem Romanam tot cladibus affectam simul restituerent atque instaurarēt. Quod quidem breui tempore effectum est, aded ut omnes dicerent reipublicæ optime consultum esse, iam Fabius Clypeus, Marcellus autem ensis Romani imperij haberetur. Et Hannibal ipse inter iocandum militibus suis dicebat, se Fabium ut militiæ præceptorem, Marcellum autem ut pugilem formidare.

Sed quanto pluris facienda sit cauta & circumspecta ratio quàm fortuita ac prospera audacia, ex viriusque euentu facile iudicari potest. Fabius enim omnibus muneribus functus, extremum vitæ diem senex ædmodum placidè in propriis laribus peregit, & magna cum gloria quasi seruator ac pater patriæ sepultus extitit: Marcellus autem iam quinques cōsul quum hostem explorare vellet, Hannibalis insidiis circumuentus periit. Cui Pœnus mortuo analum quasi virtutis præmium è digito eripuit, eiusque cadauer splendide ac magnifice cremari iussit, & reliquias ac cineres Romæ ad necessarios eius referri. Sed haud scio an vera sit sententia illa Siliij Poëtæ clarissimi:

Et pace & bello cunctis stat terminus æui,
 Extremumque diem primus tulit, ire per ora
 Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
 Quos pater athereis cælestum destinat oris.



Providentia huic finitima est, quæ quidem vis quædam animi esse dicitur, per quam a futurum aliquod antequam factum sit prævidemus. Chilo Lacedæmonius dicebat futurorum providentiam prudenti viro quadam ratione animi occurrere pro virtute quam in se habet, ut ostēderet tantum cuique prudentiæ esse quantum virtutis in se fuerit, Græci hanc *Προνοία*, appellant, quam Epicurus pro numine colendam censet, ut quæ sinistra fuerit summo deo in mundi rerumque omnium creatione atque ordine, sitque omnium humanarum rerum auriga ac domina.

Optime certe fabulati sunt veteres poëtæ, qui dicunt primam filiarum summi dei providentiam extitisse, de hac virtute Panætius librum scripsit, quem à Polyxeno Cicero per Atticum rogavit.

Magna providentia vsi sunt Romani in re bellica, & præcipuè in horrente Gallico tumultu, quod peregrino verbo Celticum bellum nuncupabant, in quo & senes & sacerdotes etiam in armis esse oportebat: & thesauri publici cum execratione in arario recondabantur, ut à nullo pomerentur, nisi Celtico insurgente bello. Verum Julius Cæsar cum illos militibus suis permisit, Celtas à se victos afferens, urbem ab execratione liberâ esse ait, Hæc quidem virtus in regibus, imperatoribus, ducibus, principibus, magnisq;

viris maxima esse videtur, & aded admiranda, ut quasi diuinos eos putemus, qui hoc providentiæ munere preediti sunt.

Nec quippiam est quod maiorem mortalibus auctoritatem gratiamque conciliet, quam vera futurorum prælagitio quæ quanquam ingenii acuminis & mentis agitatione nobis infunditur, tamen doctrina & studiis disciplinarum plurimum augetur, & exercitatione maximarum rerum perficitur. Hac autem virtute præstitit præter ceteros Romanos imperatores Q. Fabius maximus, de quo etiam Silius poëta cecinit,

Providus hæc ritu varis fundebat ab alto
Pectore premeditans Fabius surgentia bella.

Numam Pompilium providentiæ fama (qua inter Sabinos pollebat) ex privato viro ac pene rustico regem Romanorum effecit, quam etiam ut Romæ propagaret, & quasi diuina auctoritate firmaret, Egeiam Nympham coniugem se habere simulavit & nocturna sacra agere, futuros eventus discere, & quæ è republica essent doceri. Quæ quidem arte Romanos adhuc rudēs, & prædæ rei que bellicæ intentos, ad iustitiã, pietatem, mansuetudinemque redegit. Et studia pacis aded omnibus persuasit, ut eo regnante neque seditio aut tumultus Romæ extiterit, & Iani templum tres & quadraginta iuges annos clausum manserit. Verum si mi omnes qui gentibus imperabant, quique habenas terrarum tenebant, ut providi magis viderentur, auguria se tenere profitebantur, ut qui arbitrarentur, & sapere & futura prævidere regium esse.

Præbuit multum auctoritatis huic arti apud veteres Romanos Accius Navius, qui multa prædicebat: verum Tarquinius priscus tentandæ artis gratia hominem rogavit, num quod in præsentia cogitaret, fieri posset: tum respondente illo, etiam cogitabam (inquit) te hac novacula cotem hanc prædicere: tum Navius illam atreptam parvo labore quamprimum secuit. Quo miraculo omnes perterriti, fidem huic arti quam maximam adhibuerunt. Hinc collegium augurum apud Romanos principio constitutum est, quod futuri providentia multa in repub. ex religionis auctoritate movebatur, sicut in Gallia, Druidæ qui augurio & coniectura periti futura multa prædicebant: sic etiam apud Persas Magi, qui in sano quodam cerro statutoque tempore commentandi colloquendi que inter se causa conveniebant, ut providentia sua populos præmonerent quid facto opus esset. Quorum sapientia tanti habebatur, ut nemo Persarum rex esse posset, qui non antè magorum scientiâ perdidicisset. Reges ac duces aliarum gentium futurorum præscientiam profitebatur, & alij auguriis, alij ex inspicis, alij coniecturis futuros præcinebant eventus.

Amphilochus & Mopsus diuinandi peritissimi habiti sunt, hi (ut Cicero scribit) reges argiuorum fuerunt, & vrbes in ora maritima Ciliciæ condiderunt Calchantem autem Cladium ducem fuisse Homerus docet, Et Priamum Asiæ regem, Helenum filium & Cassandram filiam diuinandi peritos habuisse: alterum auguriis, alteram diuina quadam incitatione ac permotione. Cicero etiam

dicit Pythagoricos non modò deorū oracula obseruasse, sed hominum quoque prædictiones, quæ omnia appellamus. Hæc tantum valere putabant prisci, ut omnibus reb' agēdis, quod bonum faustum, felix, fortunatumque esset, præferantur, rebusque diuinis, quæ publicè fierent, ut fauerent linguis imperabatur, hoc verbum non (ut plerique existimant) à fauore trahitur, ut ait Stoicus noster Seneca, sed ex eo silentium præcipitur, ut rite peragi possit sacrum nulla mala voce obstrepente. Oraculum verò eodem auctore nihil aliud est nisi voluntas diuina ore humano enunciata.

Sed quorsum hæc augurum diuinatorumque commemoratio? Ut ostendam me nullam diuinationem mortalibus permissam esse opinari, sed prouidos ac prudentes viros, ut fidem facerent eorum quæ prædicerent, utque sibi magis durioribus illis seculis homines auscultarent, simulasse se augures diuinòsque esse: & numinum afflatu ea præfari, quæ acumine ingenij, doctrina, ac sapientia prædicebant.

Sed Thebanus Epaminundas, & Atheniensis Pericles, duo clarissimi imperatores, diuinationes & oracula omnia velamenta formidinis atque ignauiæ esse putabant, ut quoties certamen detrectare vellent, dicerent se vel inter quietem monitos ne pugnarent, vel malo aliquo omine absterritos, vel aliqua religione prohibitos. Facere Accius tragædus ait, nihil credo auguribus, qui aures verbis ditant alienas, suas ut auro locupletent domos.

LIB. SEXTI
DE DOCILITATE.
Titulus XIII.

Docilitas.



Docilitas quinta est earum specierum quæ prudentiam comitantur, quæ dicitur esse quædam animi vis qua facile docemur, & facile intelligimus ea quæ nobis ab aliis exponuntur. Hæc species in regibus principibusque valde optanda est: eorum namque aures multis ut semper pateant opus est, & illis nonnumquam, qui pudore prohibiti vix ea quæ sentiunt aut cogitant, exprimere valeant. Atqui aliquos aliquando audiunt, quibus neutiquam auscultandum sit meditati enim aliunde veniunt, ut dicitur, & vafre simulatæque loquuntur, aut implicito ambiguoque sermone optimos viros sæpe decipiunt. Docilitas verò efficit, ut & quæ minus expressa sunt principes percipiant & quæ vesute callidæque dicuntur caueant.

Alcibiades facili fuit ingenio & docilis aded, ut diuersis moribus facile consuesceret. Nam quum in Lacedæmonia versaretur, grauis & seuerus esse videbatur, & bellator insignis: sermone verò, habitu ac moribus vix ab indigenis dignoscabatur: in Ionia autem, iners delicatus, ac mollis erat, & voluptatibus difflebat, aded ut omnes eum Iouem dicerent, & in Thracia Thracem: sic equitando, potando, atque aliis moribus illorum consuetudinem imitabatur.

M. Quoque Antonius docili admodum ingenio fuit, ut qui facile sermonem morisque alienos disceret, & quasi seipsum interpolaret faciẽm.

TIT. DECIM. QVARTVS 161
que denuo fingeret. Namque (ut dicebant Alexandriini) quum inter Romanos versaretur, tragica utebatur persona, erat enim tunc seuerus & grauis: inter Ægyptios autem comica, quando & mollis & effoeminatus esset.

Mithridates quoque ut summa fuit memoria, ita per facili etiã docilitate omnibus in rebus, ut ad id natus esse videretur, quodcunque ageret. Sunt tamen qui dicant docilitatem, & dicendi facilitatem, memoriæ obesse: hoc enim natura nobis inditum putant, ut qui ingenij acumine præstant, celeriter accipiant quæcunque volunt, sed illorum quamprimum obliuiscantur, qui verò tardiores sint, cum labore perdiscant, sed diutius reminiscantur. Scripta enim in glacie facile dilabuntur, in marmore autem perpetua sunt.

Demosthenem scribunt docilitate parum valuisse, memoria autem ac diligentia plurimum. Demadem verò contra natura excelluisse, fuisse tamen negligentiosem, quum enim agebat, non modò totius populi laudem, verum assensum plausumque assequabatur. At postquam perorauerat, roganibus eadem scripta essebat, quæ aded diuersa deterioraque esse videbantur, ut vulgo clamarent Demadem omnes illudere, ut qui alia exhiberet, quum Demosthenes eadem ederet quæcunque ageret. Sic etiam plerisque aliis vsa venire cernimus.

Kk ij

LIB. SEXTI
DE CAUTIONE.

Titul. XIII

EX Cic. Tus-
cul. quast.
lib. 4.



Cautio nunc se nobis offert, cuius proprium munus est declinare à malo cum occasione. Hæc virtus aditus nocendi fortunæ obstruit, & occasiones damnû interendi hosti præripit. Nihil enim in re bellica inperato opere potentius esse dicebat Cæsar.

Quocirca omnia cauenda prævidendâque esse arbitrabatur, nequando si quid aduersi accideret, dicendum sit, Non putabam: quo nihil turpius ab imperatoribus ac ducibus dici possit. Sæpe enim hostes ex inimicorum incuria audaciam sumunt, & occasionem rei bene gerendæ nanciscuntur. Ex instituto Cæsaris semper duæ legiones pro castris excubabant, & in armis rebus subitis & improvisis confestim præsto aderant. Plures etiam partitis temporibus in opere erant, ne quid impræmeditatû improvisumque accideret. Errata enim in bello nec gratiam nec veniam expectant, præsto siquidem ultor adest, qui occasionem rei bene gerendæ nunquã sibi eripi permittit.

Cautioni contraria est temeritas, quequidem rationi nequaquam obtemperat, nec dictis amicorum auscultat. Et sicut illa reges ac duces omnibus mortalibus conciliat, gratosque efficit, sic hæc eosdem admodum odio inuidiæque obnoxios reddit. Pompeius ex hoc etiam habitus est incautior, quòd initurus Pharsalicum prælium, classem, quam maximam omnium habebat, & per quam omnem commearum hostibus arcete præ-

TIT. DECIM. QUARTVS 262

cluderéque poterat, Corcyra in anchoris ociosâ neglexerit, & qui equestribus pedestribusque copiis certare poterat, & classem ad omnem opportunitatē paratâ haberet, satis putauerit terrestris manu decernere contra imperatorem tot tantisque victoriis elatum, & exercitum longis laboribus assuetum, qui decem assiduis annis contra quater centena Gallorum millia bellum gesserat, quorum centum circiter millia in prælio ceciderant, & totidem capta fuerant; ac etiam quadraginta eorum nationes subactæ, vrbes quoque octogintæ vi captæ, vt Appianus Alexandrinus refert.

Et præcipue quum de summa rei ageretur, nec vter eorum vinceret, certamen esset, sed vter eorum imperaret.

Cautior admodum habitus est Sertorius, quippe qui pugnam detrectando Metellum superauerit. Erat autem hic Metellus pius cognomento, Numidici Metelli filius, maiorum commendatione quàm propria virtute illustrior, cenas enim luxu, deliciis ac ludis in multam noctem producebat, vanam gloriæ vmbra potius quàm veram laudē affectans. Nec cogitabat rem sibi esse cum Sertorio omnium Romanorum pugnacissimo ac frugalissimo, qui Lusitanos ducebat populos fortissimos, ac ferocissimos in re bellica. Quinetiam Pompeium illius collegam iuueniliter tunc exultantem, quòd nimium fortunæ se crederet, carpsisse visus est, quum ait Pompeium Syllæ discipulum esse, seque breui tempore ostensurum, oportere bonum ducem non minus caute aspicere que sunt post terga, quàm quæ ante oculos habet.

*Lusitanis
fortissimi
ac ferocissimi
in re bel-
lica.*

C. Quoque Marius cautissimus fuit, quippe qui nulla hostili illecebra, nullaque prouocatione a recto consilio vnquam diuertit. Intra vallum exercitum suum cōtinuit, quum longè impar hostiū multitudini esset: irruerāt nanque in Italiam Teutonum nationes, quarum exercitus quàm numerosus fuerit, vel ex hoc indicari potest, Sex enim inges ac continuos dies longo ordine nunquam interrupto ante eius castra transfuerant, & illudentes etiam Romanos, rogabant ecquid mādatorum ad vxores suas perferri vellent, sperare enim se quamprimū eas visuros. Et quum Biorix Cimbrorum rex eum vocaret vt exercitum in aciem educeret, manūsque confereret, non moris esse ait Romanorum imperatorum, de iacunda pugnae tempore hostem consulere, sed euestigio se postridie eius diei dimicaturum edixit, signūque futuræ pugnae rubro vexillo (ut moris erat) dedit, & tanto impetu tantæque virtute atque alacritate Romani certamen iniuerunt, vt magna victoria hostilem exercitum proffigauerint. Castra quoque aliquando Marius edito colle muniuerat: at Popilius Silo, cuius nomen magni roboris, magnæque fortitudinis apud hostes habebatur, exclamauit, Si magnus imperator es C. Marius, descende, manūsque confere. At Marius, Si tantus es Popili, quantum te facis, compelle me inuitus vt descendam. Artamen paucis post diebus descendens manus conferuit, ac victor euasit.

Si quis verò causam quærat cur Galli tanto agmine in Italiam transferant, audiat Plinium optimum rerum vetustissimarum indagatorem, qui

eiusmodi verba scripta reliquit: Elico Heluetius *Pli. ca. 1. lib.* ciuis fabilem ob artem Romæ conamorus, re- 12. means in patriam attulit caricas, vvas, oleum, & vinum optimum vnde Galli dulcedine allecti in Italiam sese effuderunt.

Sed hoc concludendum est, in re militari, & in omnibus penè aliis humanis actionibus, nihil cautione melius, nihilque temeritate deterius. C. Curio in Aphrica relictus à Cæsare contra Acciū varum Pompeij legatum Vticam obsidebat, in quam Varus profugerat, iam ciues præ inopia de ditione agebant, interea nuntij à Iuba rege illum cum maximis copiis adesse nunciant. Curio certior rei factus, relicta obsidione in castra se recipit illic à profugis quibusdam per dolum missis audiuit Iubam finitimo bello reuocatum, in regnum redisse, missisq; Saburam parua manu stipatum. Curio verò quum id temere crederet, deducto exercitu Saburræ occurrit, quem rex cum ingenti multitudine sequebatur, & prelio inuito vndique ab hostibus circumuentus cum magna parte exercitus interficitur, dum iuuenili furore concitus temere credit.

Eiusmodi auditionibus plerumq; falluntur, qui minus cauti sunt. Viatores enim ac transfugæ rarè vera loquuntur, sed reb⁹ suis cōsulunt, & grata auditorib⁹ sepe dicere studet, vt gratiori hospicio accipiatur, & sic vera falsis cōcinat. Quinetiā pleriq; omnes hoc ingenio sumus, vt quæ cupimus facillè credamus, & aduersa audire formidemus, sed fallaces homines semper aliud cogitant, aliud simulant. Proinde qui vagas auditiones pro cōpertis habent

temerarij habendi sunt, & sæpenumero scipfos & alios perdunt.

Othoni Cæsari amici omnes dicebant prælium protrahi oportere, quãdo & fame & angustiis locorum hostis vrgeretur. Ille autem nemini auscultauit, sed temere conflixit, & exercitum simul cum imperio amisit, & sibi ipsi mortem conscruit. Brillique sepultus, omni exequiarum pompa, omnique sepulchri honore caruit. Nihilque æquè in eo laudatur, quàm quod post tãtam temeritatem sibi ipsi vim attulit: Nequaquam tamen cautus esse poterat Otho, qui non virtute, sed vitiiis nitebatur, libidine, luxu, sæuitia, audaciãque ardebat. Præceptorem nanque Neronem habuerat, cui ex consuetudine mutui stupri gratus extiterat.

Hæc cautionis virtus non modò principibus ac summis viris, sed minimis etiam quibusque necessaria est. Ad quam instructum ab ipsa natura omne animalium genus esse videmus, & in sua specieturum, quod quidem non solum in magnis ac truculentis belluis cernitur, sed in paruis etiam atque inermibus animantibus. Nam vt de aliis taceamus quid mollius aut ignauius testudine: ea tamen sibi ipsi cauere optime caller, collecta enim in suum regmen, ab omni ictu tuta esse videtur, sed vbi temere membra aliqua exerit, quodcumque minus cautè nudum reliquerit, id infirmum erit, & cuiuscunque iniuriæ obnoxium. Sed de cautione hæc genus. His superioribus speciebus quædam aliæ adduntur à Peripateticis, de quibus etiã breuiter dicendam erit.

Ex Lilio de
cad. 4. lib 6



Agacitatem his animi potentiis addunt Peripatetici, & eam necessariam esse dicunt ad perfectam prudentiæ harmoniam consiciendam. Hanc, iudicandi rectèque intelligendi optimam artificem esse putat, & vt prudentis sit viri bene consulere, sic sagacis bene intelligere, benèque iudicare. Proinde qui per sese perfecte prudens non est, prudentis alicuius consilio pareat, hæc est illa sententia, qua T. Lilius historicorum maximus inducit quondam ad milites vsu fuisse Minutium Paulum, quem à collega Fabio, cuius dicto minus obsequens fuerat, saluatus extitisset, eum nanque dixisse scribit: Sæpe ego audiu, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit, Secundum eum, qui bene monenti obediat, At qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit eum extremi esse ingenij, Nobis quoniam prima animi ingenijque fors negata est, secundam & mediam teneamus, & dum imperare discimus, parere prudenti in animum deducamus, castraque cum Fabio iungamus. Sed hanc sententiam longè prius Hesiodus poëta cecinit his penè versibus. Optimus ille quidem, qui per sese omnia noscens Consiliis præuisa suis meliora peregit. Rursus & ille probus, qui parat recta monenti, Atqui nec per se valuit, monitusque refugit Recta sequi, cuiusque vir est hic muneris expers. Sed sagire (vnde sagacitas nomen ducit, vt Ci-

Lib. I.
sageanus.

LIBRE SEXTI

cero in libris de diuinatione docet) acutè sentire significat, ex quo sagæ anus dicuntur, quia multa sentire volunt, & sagaces dicti canes. Quinetiam ille qui antè sagit quàm res oblata est, prælagite dicitur, & futura antè sentire. Inest igitur in animis nostris prælagitio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus. Et si exarsit acrius, furor ap- latur, cum à corpore animus abstractus diuino in- stinctu concitatur. Ciceronis verbis monemur in- telligere, sagacitatem animi vim esse, quæ per cor- poris sensus acutè admodum omnia sentire atque indagare possit. Prudens igitur etiam quum bene iudicat quæ aguntur, sagax habetur. Nam sagacitas circa agibilia versatur, acutè eadem sentiendo: pru- dentia verò circa ea agenda, quæ iusta & honesta hominibus sunt, quæ quidem quum agimus, bo- ni & honesti viri dicimur, vt ait Aristoteles.

DE VERSVTIA. ET
CALLIDITATE.

Titulus XVI.



Diiciunt quidam Stoici, qui Zeno- nem imitantur, his superioribus duas alias animi potentias, quarum altera acumine ingenij, altera vsu rerum perficitur. Prior versutia, posterior autem calliditas appellatur. Versutos enim eos dicimus, quorum mens celeriter versatur: vade illud Plauti poëtæ, Versutior es, quàm rota si- gularis. Callidos verò eos quorum animus sic vsu rerum calluit, vt manus opere ac labore callum

TIT. DECIM. SEXVS 265

solet obducere. Hæc discretio horum verborum à Cicerone ponitur libro tertio de deorū natura, sed versutia potius in verbo aut sermone est, quàm in actione, vt fuit Apollinis responsum Cræso roganti transmitteretne fluuium, cui oraculum e- ditum est.

Cræsus Halym penetrans, magnam peruertet o- pum vim.

Hostium enim vim se peruersurum putauit, per- uertit autem suam. Vtrum igitur eorum accessisset verum oraculum fuisset. Ambiguitas autem in verbo peruersionis erat. Fit etiam in sermone, vt fuit responsum eiusdem numinis ad Pyrrhum regem:

Aio te Æacida Romanos vincere posse,

Incertum enim est ex versuta locutione vter vic- tor futurus ostendatur, quum parua ordinis mu- tatio victoriam etiam mutet.

Calliditas autem in actione & consilio plerūque ponitur. Callidi quōdam habiti fuerūt fratres duo Thraciæ reges, quorum alter Rhascopolis, alter verò Rhascus nūcupabatur. Nā quum per eorum fines iter haberet duo maximi Romanorum exer- citus, quorum alteri Cassius, alteri autem præerat Antonius, & viribus inter se quasi pares esse viderentur, callidum consilium iniuerunt, vt simulato pro regni iure odio dissideret, & Rhascus quidem Antonij, Rhascopolis autem Cassij partes seque- retur, vt victus à fratre victore seruaretur. Quicir- ca quum victor euassisset Antonius, Rhascus ab eo victo fratri veniam impetrauit.

Calliditas si à civili consuetudine manat, astutia dicitur, quasi urbana quædam calliditas, astu enim urbem significat, unde illud Terentij, Anus in astu venit hoc est, in urbem. Contrahitur siquidem ex civium consuetudine cogitata quædam rerum gerendarum dexteritas, quæ humanas actiones plurimum adiuuat. Est enim astutia, callida quædam prudentia contracta ex usu rerum civilium, quæ homines in rebus agendis tutiores reddit, qualis fuit illa Hannibalis quum à Julio consule navali prælio victus fuit. Prius enim quàm alius cladis nuncius Carthaginem pertexisset, quendam ex amicis suis quam celerime consultum misit quid facto opus esset, quum Romanus consul magna ac munitissima classe advenisset, exclamat cunctus senatus prælium nulla ratione esse detrectandum, sed cõfestim ut decernatur omnes statuunt. At ille, Confliximus inquit, & superati fuimus, si laerūt vniuersi senatores, nec id factum quispiam potuit damnare quod fieri debere omnes consilio iudicassent. Hæc urbana prudentia non solum probitatē vitæ ornat, & hominē cautiorem facit, verùm sermonis quoque faciendam adiuuat, & vernaculis quibusstā salibus conspergit: ac tūc urbanitas dicitur, quod ex urbana civiū cõsuetudine elegans quædā loquēdi eruditio trahitur, quæ omnibus iucunda est. Hanc Stoicivirtutem esse putat, quādoquidem motum quædam facilitas est, quæ grato commercio homines conciliat. Eam Peripatetici *χαλεπότητα* vocāt, mediāmque inter austeritatem seu ruditatem & scurrilitatem esse dicunt, eamque inter virtutum species connume-

randam censent. Verùm enim vero prudens nemo esse potest, nisi idem sit vir bonus, nam si veterator, vaser, fallax, vanus, inutilis, dolosusque esset, non autem vlla ex parte prudens, bonus dici non posset.

Verfusia quidem, calliditas, & astutia (vt Aristoteles docet) animi potentia sunt, quæ ad subiectam intentionem referuntur, eorum quæ agere quispiam velit, & ad effectum perducere. Si finis ad quem tendit, rectus erit, laudabiles etiam potentia illæ erunt, sin obliquus, vituperandæ: & futura fraus, calliditas, deceptio, astutia autem, dolus malus, malique malitia diceretur.

Lyfander Lacedæmonius dicebat se ex Herculis genere esse oriundum, sed quum plura per dolum quàm per virtutem ageret, quidam ad eum per iocum ait: at ille ex progenitoribus tuis heros omnia per virtutem agebat. Tum ridens Lyfander, corpus illius, ait, leonis pellis optime tegebat, sed vbi ea mihi non satis sit, vulpeculæ pellem assuerè consuevi, quibus verbis mentis suæ labem clarè indicauit.

Laudauerunt veteres (vt in artifice) Alchime- nis sculptoris astutiam. Nam quum imaginem Vulcani Atheniensibus faceret, pedis vitium veste adoperuit, velut gressum retraheret, & sic nec manifestè claudicationem mētutus est, sed notam dei scientibus cogitandā reliquit, & decorum optimè seruauit. Astutus etiam habitus est Appelles. Pinxit enim Antigoni simulacrum, cuius ne deformitas effossi oculi cerneretur, illud tantum altero latere ostēdit, quum alterum ex picturæ arte lateret.

Vlpian in li. 1 ff. Nō fuit ff. de dolo.
 Dolus & malitia apud veteres ambiguitatem in significatione habebant. Vnde illud Plauti, Sine omni mala malitia, vt ostenderet bonam etiam dici malitiam. Et Vlpianus iureconsultus ait Non fuit autem prætor contentus dolum dicere, sed adiecit malum, quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem latronemve quis machinetur. Est enim solertia artificiosa quædam deceptio quæ fit maioris utilitatis gratia. Spectata quidem solertia quondam habita fuit Hellenici Epirotæ, qui quum senex esset, & liberis orbatus, cerneretque Aristimum post Pyrrhi regis obitum regnum inuasisse, & sauitiam atque immanitatem passim in omnes exercere, de liberanda patria à tyrânide cogitauit. Et accersitis in penetralia ædium amicis ac necessariis quibusdam, in vltionem necemque tyrânem eos adhortatur, verùm detrectantibus illis, & periculum formidantibus, iussit seruis suis vt diligenter fores seruarent, tyrannoque se nunciare velle minatur, vt cõiuratos apud se comprehenderet. Nam postquam liberadæ patriæ auctor esse non posset, desertæ tandem vltorem se futurum. Hac formidine percussi omnes illi, statim in tyranni perniciem coniurant, & è vestigio audacter rem conficiunt, patriamque trucidato Aristotimo in libertatem vendicant.

Dicitur etiam bonus dolus, quum medicus curationis gratia ægrotum fallit, quem tamen nequaquam decipit, sed pristinæ valetudini reddere studet. Virgilius autem dolum virtuti opposuit, quum ait,

dolus an virtus quis in hoste requirat
 Et iure optimo, virtutis enim & sapientiæ obiectum est veritas, dolus autem mēdacio innitur, δόλος certè apud Græcos, vnde dictio nostra transferitur, in malam accipitur partem, & sic etiam δολοσύνη, quæ à nobis dolositas dici possit. Decet igitur prudentem virum solertem esse, non autem dolosum, cum solertia bona sit affectio, dolositas verò mala.

DE ÆQVITATE ATQVE

ÆQV ANIMITATE.

Titul. XVII.



Omitem prudentiæ æquanimitatem dabimus, quum sit æquitas rectum iudicium boni & æqui, vel est mitior quædam sententia, quam naturalis ratio persuadet viro prudenti ac bono, qui æquum esse putat vel ex toto, vel aliqua ex parte ignoscere. Sunt enim qui arbitrarentur ius nihil aliud esse, nisi id quod semper æquum bonumque sit. Naturalem æquitatem iustitiæ comitem Stoici faciunt, peripatetici autem prudentiæ, & rectius quidem.

Prudentis siquidem viri est (qualem principem hunc nostrum institimus) duriora quædam molliora reddere, & immatura ac cruda, mitiora concoctioraque facere, nimis quoque angusta propagare, laxiora verò coercere, vt populus Romanus fecisse legitur, qui quum non posset *Tit. li. Dec. legibus sauitiam improbitatemque creditorum lib. 8.*

coercere, plebem nexu liberavit, propter Lucij Papyrij creditoris libidinē, qui C. Publico debitori stuprum inferre voluerat. Hæc deinde æquitatis cura à senatu prætoribus demandata fuit, ut ex naturali æquitate edicta proponerent, qui iure boni & æqui scriptas leges propagare possent, vel aliquo tempore aliquâve parte eis derogare, vel omnino eas abrogare atque abolere.

Hoc Munus reges suscipiant opus est, auctore Isocrate, qui regi suo id muneris impartitur. Æquitas pacis tempore in iudiciis dominetur oportet. Summum enim ius summa iniuria est, ut ait Ennius, In bello autem equi bonique ratio semper maximam spem præ se ferre videtur, & plerumque victoriam præbet. Sapienter quidem Isaacus vir græcis disciplinis peritissimus dicere solebat, Oportere legū severitatem puniendi mansuetudine coerceri. Atque haud scio an accedendum sit in sententiam Sexti Cælij iureconsulti, qui ait, severitatem acerbiteratēque vlciscendi maleficij, bene ac cautè vivendi disciplinam hominibus præbere.

Æquitati quidam connectunt equanimitatē, quā Græci *ἰσοθυμία* appellant, quæ est quædam animi æqualitas, quam nec rebus adversis contrahimur, nec prosperis exultamus: cuiusmodi Socratem fuisse Græci scribunt, quem semper eodem animi habitu eodēque vultu extitisse dicebat Xanthippe eius coniunx.

Hanc virtutem quidam è nostris tranquillitatem vocant, & illos qui ea affecti sunt tranquillos cognominant honoris gratia: hac virtute præcellit

Antoninus

Antoninus Cæsar, qui Stoicæ philosophiæ deditus tantæ tranquillitatis erat, ut vultum nunquam mutaret, neque mœrorem, neque gaudium vniquam ostenderet. In hac animi tranquillitate Sceptici philosophi summum bonum statuerunt, si quidem posuerunt tranquillum animi statum & mansuetudinem ceteris virtutibus prætulerunt. Sed de prudentia eiusque comitibus satis.

DE TEMPERANTIA,

eius partibus, siue speciebus, comitibusve.

Tit. xviii.

Test nunc temperantia, quæ in primis considerat quatenus quicque agendum sit. Hanc Peripatetici prudentiæ conservatricem esse dicunt, ut quæ iudicium stabile ac firmum in rebus omnibus agendis reddat, nec permittat illud labefactari atque corrumpi à voluptatibus, neque à doloribus tabescere aut frangi. Nam ut recta sit ratio indictis ac factis prudentiæ munus habetur, ut autem non effundatur, sed circumscripta, firma, stabilis, incorrupta atque integra maneat, temperantiæ. Eius contraria intemperantia dicitur, quæ voluptuosa eligit tanquam prospera, & quæ dolorem afferunt, fugit tanquam aspera.

Academicipalæstram doloris fortitudini relinquentes, dicunt temperantiam cerni in præteritendis voluptatibus. Qua opinione ductus Platonis Plonicus temperantiæ munus esse dixit

L I

Offi. lib. 1.

nihil appetere pœnitendum, nulla in re metam
moderationis excedere, & sub iugum rationis cu-
piditatem domare. Cicero temperantiam esse as-
ferit virtutem qua monemur, in rebus aut expe-
tendis aut fugiendis vt rationem sequamur. Eam
quandoque esse dicit animi circa res inutiles at-
que inhonestas victricem ac pudicam modera-
tionem, vel rationem in libidinem, atque alios
turbidos animi motus, & firmam ac moderatam
quandam dominationem.

*Cap. 10. li.
Ethico.*

Aristoteles hanc virtutem versari ait circa ea
quæ corpori sunt necessaria, vt sunt vitæ alimen-
ta, & venerea, in quibus temperantia & intempe-
rantia assidue versatur. Idcirco eam esse dicit me-
diocritatem quandam circa corporis voluptates,
& precipue circa gustum, & tactum. Proinde
temperans voluptates fugit earumque absentia
non dolet, & præsentibus abstinet. Huic philoso-
phorum acutissimo magis auscultandum est, quam
illis qui rigida quadam ratione diuina solum
contemplantur, vixque tantum corpori relin-
quunt, quantum satis sit ad vitæ vsum necessarium.
Nam ardua illa ac difficillima nunquam regibus,
principibus, aliisque delicatis viris persuaderi pos-
sent. Itaque ad molliora quædam descendendum
est, & ad hunc accedendum, qui sapientiam cum
humanitate miscuit: hic quidem Aristoteles est,
qui mitius nobiscum agit, & nonnulla moribus
nostris indulget, vt qui & homo sit, & nihil hu-
mani à se alienum putet. Confert hic philosophus
intemperantiæ delicta puerilibus nequitias, quæ
castigandæ quidem sunt, sensim ad optimam (vt

*Aristotelis
laus.*

ait) frugem redigendæ. Nam si liberius serpe-
rent, virtutes omnes eliderent, & voluptatum cu-
piditates sequerentur, quarum appetitus insatia-
bilis est, & libidinum actus cupiditatem semper ac-
cendit. Hæc est aqua illa, quæ quod magis bibitur,
eo magis fauces excicat, adeoque inflammat, vt
mentem à statu suo prorsus amoueat, hominem-
que stupidum ac vecordem reddat. Idcirco me-
diocritatem quandam voluptati adhibet, naturali
modo contentus, vt rationi non aduerferur, & ab
humanitate non omnino discedat. Hoc vel tem-
peramentum dici potest, vel castigata castaque ratio
per quam cupiditas ira rationi pareat, vt bene insti-
tutus puer optimo præceptori.

Temperans igitur ille erit, quem turpitudinum
& flagitiorum penitet, quique à voluptate rece-
dit, & in electione eiusdem non persistit, excessu
non latatur, sed ad mediocritatem virtutemque
quàmprimum redit.

Qui vero voluptatem sequitur, excessu gaudet,
& in turpi electione persistit: hic penitus desperan-
dus, insanabilisque haberi potest. Eiusmodi fue-
runt Cyrenaici, qui summum bonum in ea vo-
luptate possetunt, quæ ex gaudio ac lætitia pro-
ficiscitur. Contra quos Epicurus ipse disputans,
constantem voluptatem dicit esse in vacatione
doloris, & aliarum perturbationum.

Stoici porro nimis seuerè nobiscum agunt, qui
affectus omnes voluntarios opinabilesque esse
ducunt, non autem naturales, & proinde eos non
temperandos nec mitigandos esse putant, sed ra-
dicius euellendos. Contra quos diligenter disputant

*Temperans
quis.**Cyrenaici.
Epicurus.**Stoici.*

Peripatetici Peripatetici, ut ostendant affectus omnes naturales atque insitos nobis esse, & nobiscum nasci, nec posse omnino detrahi, sed adhibito modo ita temperari, ut tantum ex illis homini relinquatur, quantum naturæ satis sit

Temperatus. Temperatum quoque hominem illum esse dicunt, qui quæ debet, & ut debet, & quando debet concupiscit, à ratione autem non discrepat, sed honestum tanquam signum semper pro scopo habet. Adduntque insuper affectus vtiliter à natura hominibus esse datos, ut per eos tueamur humanæ vitæ officia, quæ sine eis neglectui haberentur.

Libido. Moveri affectibus in bonum, rectum esse dicunt, in prauum autem, malum. Libidinem, nisi nimia sit neque extra legitimum concessumque torum vegetur, omni culpa vacare. Sin secus, in maximo flagitio esse. Nituntur etiam auctoritate eorum, qui humanorum corporum viscera timati, ostendere locos in nobis insitos esse, in quibus singuli affectus secretam sedem habeant, in qua lateant. Ut lætitiæ sedes sit in splene, iræ in felle libidinis in iecino, timoris in corde. Quæ ex sententiâ consequens esse videtur, ut nihil aliud sit affectuum radices ac fibras euellere, quam hominem petere, vim sibi ipsi afferre, hominem ex homine extrahere ac perpetuum bellum naturæ indicere,

Carneades Sed utrum hæc vera sint, videant ipsi, & cum *elleboro albo* Stoicis ut placet luctentur, contra quos disputaturus Carneades, superiora corporis, antequam in certamen descenderet, albo elleboro purgabat, ut puriore alacrioréque ingenio decernerent aduer-

sus accerrimos dialecticos, philosophosque acutissimos, quos solos sapere nonnulli opinati sunt.

Nos autem ad propositum ordinem reuertamur, dicamúsque magnam virtutem esse temperantiam, non modo in prætermittendis voluptatibus, verum in singulis quibusque actionibus, Præstat enim illud Solonis oraculum *μὴ δὲν ἄρχειν* *Ne quid nimis.* hoc est, ne quid nimis, quod quidem crebris sermonibus à nobis usurpandum est. Hæc virtus in omnibus humanis actionibus semper dominatur, sine temperantia enim reliquæ omnes manç & inchoatæ essent, nec perfectum de se officium præstare possent, sed aut metas transilirent, aut vix è carceribus egrederentur.

Curabunt igitur reges ac principes omnes, ut hæc virtute in primis fulgeant quorum vita morésque castigatiores omnino erunt, & eorum exemplo cunctos ciues emendatiores reddent.

Temperantiam comitantur molestia, verecundia, pudor, abstinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas pudicitia: de quibus deinceps aliquid dicendum erit. *Temperantia comites.*

DE MODESTIA.

Titulus XIX.

Modestia prima erit de qua differemus. Quæ quidem est moderatio cupiditatum rationi obediens, dicta à modico, ut Varro ait, cuius verba Nonius Marcellus sic refert, Non eos optime vixisse dicam, qui diutissime vixerunt, sed eos qui modestissime, id est modice. Vel dicitur à modo, ut Ciceroni & ple-

risque veterum placet. Adhibet enim modestia modum humanis actionibus, ne quid agatur, quod nimium sit, ne ve etiam parum, sed id quod satis sit, hoc est medium inter vtrumque extremorum quod iure optimo ab omnibus laudatur.

Nec tamen putemus hos duos maximos latinae linguae auctores inter se de verbi huius origine dissentire, quum alter a modico, alter a modo modestiam dici putet, & praecipue quum modum pro moderatione, & modicum pro modo & moderato dixisse veteres inueniantur. Et modice non solum pro parca, sed pro modeste etiam posuerint. Haec virtus ad morum probitatem pertinet, & ad decorum etiam vultus, unde illud Terentij, Et vultu Sofia adeo modesto, vt nihil supra. In principis quidem vultu eam modestiam laudant, quae grauitatem praeseferat, non autem tristitiam: & eam hilaritatem, quae grati animi index sit, non autem leuitatis. Proinde dicunt principem ita temperatis moderatisque moribus esse oportere, vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur.

Laudant praesertim scriptores imaginem Demetrii Antigoni regis filij, vt quae animi indicium ostenderet, per quam & natus ad modestiam videbatur, & ad gratiam conciliandam, terroremque incutiendum.

Modestus saepe numero habitus est Alexander, quod vel ex hoc exemplo cernitur, ditiores deliciaresque ex victoria facti milites complures in eum oblatrabant, & maledictis probisque illum incelebant. Is quum hoc rescuisset nulla

iracundia excanduit. sed modeste placideque rem pertulit, asserens Regium esse, eos a quibus etiam male audiat, benignitate ac liberalitate lenire. Nouerat enim nihil tam volucre esse, quam maledictum, quod quidem facile emittitur citò excipitur, latius dissipatur, sed longè celerius obliuioni mandatur. Modestiam etiam quam maximam ostendit in Mandanium Indum philosophum, eius namque famae celebritate permotus, nuncios ad illum misit qui rogarent vt ad se visendum accederet pollicerenturque ei dona si proficisceretur, sin recusaret, mortem minarentur. Mandanium quum nuncios diligenter audiuisset, eis responsum attulit, non se ab eo munera velle cui nihil satis esset, nec minas etiam pertimere, quum viuens affatim ab India nutrireretur. Sin autem necaretur, ab attrita iam & carie & senio carne liberaretur. Haec quum acerbioribus etiam verbis nuncij retulissent, risit Alexander & philosophum non modò venia donauit, verum etiam multis laudibus extulit.

Tulit etiam perplacide Diogenis epistolam, ad Diogenis e hanc sententiam. Diogenes Alexandro Macedo *epistola* Annum regi salutem: Optime fecisti quod Macedo *alexandrum* regem scripsisti, noueras enim me regi non esse subiectum. Scribis vt ad te veniam, si vt me videas, figuram corporis mei quis admitandam putet? Sin verò vt moribus atque institutis meis uti velis, scito tantundem ex Macedonia Athenas via esse, quantum Athenis in Macedonia. Vale.

Tulerat etiam modestè admodum Philippus eius

*philippimo
descri in
Diogenem* pater Diogenis licentiam in loquendo. Nā quum Cheronam urbem tunc opulentissimam inuasit. set, ductus est ad eum cum aliis captiuis Diogenes, qui rogatus quisnam esset, audacter respondit, Diogenes sum, explorator insatiabilis auiditatis tuæ, At rex nihilo commotior risit, & illum liberum dimitti iussit.

Modestissimus etiam habitus est Iulius Cæsar, cuius rei hoc erit argumentum, denunciavit per præceptorem Põpeius se pro hostibus habiturum illos, qui ei in bello defuissent: at Cæsar medios omnes, & neutrius partis suorum sibi numero futuros pronunciauit. Nec legem illam Solonis secutus est, qui capitis animaduersione puniendum illū statuit qui in civili seditione partis alterutrius non exiisset. Quinetiam Roma egrediens Pompeius in senatu dixit eodem se loco habiturum eos senatores qui Romæ remansissent, quo eos habebat qui in castris Cæsaris militarent. At Cæsaris postulatio longè æquior modestiorque semper fuit, quàm Pompeij. Se enim senatui populoque Romano positurum arma pollicebarur, si idem faceret Pompeius, quod cum ille velle facere negaret, respondit Cæsar iniquum admodum esse, alteri vires omnes amouere, alteri verò confirmare atque augere, vt dum alterum tyrannidis insimularent, alterum ad tyrannidem instruerent. Et post Pharalicam victoriam, omnibus aduersarum partium qui se victori permiserunt, ignouit.

Antiochus. Modestè etiam egisse videtur Antiochus maximus ille rex Asiæ. Nam postquam à L. Scipione victus Tauro tenus regnare iussus est, comiter di-

cebat benignè secum egisse populum Romanum, quod nimis magna cura eum liberasset, modicisq; cum terminis clausisset, quum maxima quæque regna maxima sollicitudine reges afficiant, nec sicut illos quiete vnquam dormire.

*nain amne
romanis im
periu Asia
cedit An-
tiochus.*

Modestissimum etiam fuit responsum Tiberij Cæsaris, qui & præsentibus onerandas tributo pronincias dicentibus, & id etiam per literas suadetibus, rescripsit, Boni pastoris esse tondere oues, non autem deglubere.

Caij quoque Marij modestiam in hoc laudant quod quum ei duplex triūphus decerneretur, noluit solus triumphare, sed gloriam suam cum collega Catulo partitus est, quanquam minus dignus ille à Romano populo iudicaretur.

Modestiae laude, & præcipuè in victu enituit Iulianus Cæsar, in pace enim mensarum eius tenuitas rectè noscentibus admiranda fuit: in prociectu autem militiæ cibum breuem vilémque sumebat, vbi verò exigua quiete recreasse corpus, expergestus quàm primum vigiliarum vires & stationes explorabat, deinde ad serias res accedebat, vel vbi ocium esset ad Musarum pabulum confugebat. Ab religione enim Christiana (à qua per ambitionem se abdicauerat) non potuit aded descire quin aliquod veræ virtutis simulacrum in se seruauerit, ex quo character veritatis non omni ex parte tolleretur, purpuræ enim infectores quanuis diligenter manus abluant, coccinei tamen coloris dignitatem non omnino repurgant.

Sunt nonnulli quoque Græci scriptores, qui Hannibalis modestiam multis laudibus efferant,

dicantque illum nec quum in Italia bellum gereret, nec postquam in Africam rediit, aut cuban-tem cenasse, aut amplius vini festario indulgisse, Summâque etiam modestia ac comitate respondisse omnibus qui eius alloquio uti vellent.

Laudatur etiam modestiæ Dio Syracusanus, qui potitus rerum nec mensam nec vestem mutauit, sed eodem habitu victuque contentus exitit quovebatur in Academia cum Platone & condiscipulis suis versaretur, ad quem Plato scripsit, Eum existimare oportere se ab omnibus probari, si à virtis solum qui in Academia versantur, probaretur, quando illi non fortunam, non victoriam, non audaciam admirarentur, sed virum, qui in magna rerum amplitudine per honestatem, temperantiam, modestiam, iustitiamque prospera fortuna optime uti sciret, & de modestiâ quidem satis.

DE VERECUNDIA ET

PVDOR E.

Tit. xx.



erecundia nunc se nobis offert, quæ est quidam ingenuus pudor, quo tenti recta etiam & honesta agere erubescimus. Hæc duo verba quanquam similitudine quadam teneri videntur, aliquantulum tamen inter se differunt. Est enim pudor timor quidam iustæ reprehensionis, verecundia vero aspectum honesti viri, vel coniunctæ multitudinis in rectis etiam actionibus veretur. Proinde custos decori esse videtur, & mater honesti con-

silij. Nam quum bene agere studeat, nihil magis veretur, quàm ne quid indecore agat, Idcirco verecundia artifex, effectrixque diligentiae esse dicitur. Non enim tantum nequid peccet cauet, sed ut honestè etiã decorèque se gerat omni studio omnique diligentia nititur.

Demosthenes verecundia excitatus hæsitatio-nem lesa linguæ coniectis in os calculis emendauit & summa vocis contentione recitâs iuxta fluminis decursum solutam reddidit. Vocè quoque quæ angusta ac gracilis erat aduersum montem subinde ascendendo, ac descendendo dum diceret excitauit. Os etiam ad speculû domi sibi componebat, ne quid indecenter ageret, & ut in omni bus actionibus decorum seruaret.

Nec minus etiam Cicero in actione laborauit, donec per Roscium comædiarum, & Æsopum tragædiarum actores, vocem, vultum, & gestum corporis emendauerit. Atque idem de seipso quum de claris oratoribus scriberet, sic ait, Molo Rhodius operam dedit, si modo id consequi potuit, ut nimis redundantes nos & supra modum fluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia, reprimeret, & quasi extra ripas diffuentes coerceret.

Negligenda non est verecundiæ haud parua virtus, quæ emendatrix omnium actionum nostrarum & expultrix improbitatis ac temeritatis esse cernitur, Stultitia enim audaciam affert, ratio verò tarditatem. Quinetiam recta ingenia debilitat verecundia, peruersa autem confirmat audacia, ut est in veteri sententia.

Qui fines igitur verecundiæ transgreditur, in te meritarem atque imprudentiam statim incidit. Accius Romanus poëta adolescens Atreum tragediam scripserat & eam legendam Pacuio iam seni ostendit: ille verò eam frigidus laudabat, verbaque duriora ac crudiora in ea esse dicebat. Accius autem non præ verecundia animum submit, sed audacter ait, Vera dicis mi Pacui: sed ego meliora fore spero, quæ deinceps scribam, humana enim ingenia, veluti poma, primùm acerba & cruda sunt deinde sensim mitiora in dies ac coctiora fiunt. Pudor autem ille (quem Cicero moderatorem cupiditarum appellat) turpium actionum propriè dicitur, ut est illud comicum pudice scemina, quæ ait: Pudor me prohibet ad famosas ire, id est, erubescio ad infames mulieres accedere. Hic pudor sæpenumero malas actiones inhibere solet, & eas ad honestam perducere.

Cloacas Romanas omnium operum maximum Tarquinius Priscus plebis Romanæ manibus inchoavit, qui labor & diuturnus erat, & periculosus admodum: desidentibus enim cuniculis sæpe complures simul opprimebantur, quocirca multi Quiritum timore periculi, & operis tædio affecti, sibi ipsis, vellaqueo, vel alia vi mortem inferebant, hoc quum regi molestissimum esset, eiusmodi remedium commentus est, ut omnium ita defunctorum corpora crucibus affigi iuberet, ciuibus omnibus spectanda, & alitibus canibusque laceranda ac dilanienda. Pudor huius ignominia ad eò animos omnium perculit, ut deinceps, nemo sibi violentas manus intulerit, & qui-

que laborem ac periculum æquo animo subiuerit. Quos enim vitæ amor à turpi nece non prohibuisset, futuri pudoris ratio coërcuit.

Idem pudor in re bellica sæpe res perditas instauravit. Astyages Medorum rex vnicam habebat filiam, quam Cambysi Persæ priuato ciui collocauerat, metuens ne ab illius futura sobole regno exigeretur, viderat enim per quietem ex pudendis filia vitem surgere, quæ palmitibus suis omnem Asiam obumbraret, natum ex ea infantem exponi iussit. Is beneficio pastoris educatus, ac maiusculus factus ab æqualibus suis Cyrus appellabatur, & rex à collatoribus nuncupatus est. Sed quum iam adoleuisset, certior auitæ iniuriæ factus, vltionem meditatus est, & contracto exercitu pastorum ac conuenarum in Medos trāsmitit. Huius rei certior Astyages cum maximo exercitu Cyro occurrit, cōserunt manus, vertuntur in fugam Persæ: matres coniugésque eorum quum fugam cernerent, eos hortatur ut pugnam instaurarent, & in prælium reuertantur, cunctantibus illis, ac bellum detrectantibus, sublata veste corporis pudenda eis ostendunt, rogantque num iterum in maternum vterum confugere velint? Tum illi pudore perciti in prælium tãto impetu reuertuntur, ut iam victi, victores euadant. Et sic fugatis cæsisque Medis, captoque Astyage, regnum inuadunt Persæ & hoc pacto Cyrus beneficio sceminarum rex institutus à Medis, qui annis trecentis circiter & quinquaginta imperauerant, regnum ad Persas transtulit.

Multa sunt exempla Romanorum quibus mani-

festè patet pudorem res profligatas restituisse, & prostratos exercitus ad victoriam erexisse.

Iulij Cæsaris exercitum ad Cordubam contra Pompeium iuniozem perterrefactum iam, & de fuga magis quam de pugna meditantè, pudor restituit, quum milites omnes audiuissent Cæsarem exclamantem, Hic dies mihi finis vitæ erit, & militiæ vestræ vltimus. Quibus dictis clypeum obuui militis arripuit, solusq; hostes inuasit, locò que pepulit, ac disturbauit, & ducenta circiter tela in se missa partim audacter euitauit, partim scuto excepit, quo pudore accensi ac perciti milites, tanto impetu in hostem feruntur, vt Pompeium cum vniuerso exercitu in fugam cõpulerint, ducèsq; eius capta Corduba in quam confugerat, magna ex parte cæsi sunt & eorum capita ad Cæsarem perlata: ipse autem Pompeius inter dumos ac vepres latitans deprehensus cæsusque est, caput quoque eius ad Cæsarem perlatum, quod quidem honestè sepeliri iussit. Bellum igitur formidolosum admodum, pudoris virtute profligatū ac confectum est, & integram victoriam Cæsari præbuit.

Est etiam pudor verborū moderator optimus, vt neq; dicamus que turpia dicta sunt, neque eadè si ab alio dicta fuerint, libenter audiamus: ex eplo Socratis, qui quum quendā illoto ore loquentem audiret, caput sibi chlamyde adoperuit, donec ille perorasset. Quia in re Cynici ab aliis philosophis iridentur. Impudentiores enim in loquendo sunt, & nō modo libertatem, sed etiam licentiā verborum amāt, dicuntque nihil turpe dictu esse, quod idem non sit turpe factu, idcirco necessaria omnia, quæ

*Secraris pudor.
Cynici impudentes.*

etiam aspectum formidare videntur palam agunt.

Hæc pudoris virtus etiā efficit vt neque turpem aut in honestā causam sermone aut oratione nostra defendamus, vera est enim Ouidij sententia, Causa patrociniō non bona peior erit.

Verecundiæ pudorisque inter se affinitatem, ex Trogi Pompeij, seu Iustini verbis doceri possumus qui ait, Multæ Græciæ vrbes Romam oratores miserant questum de iniuria Philippi Macedonū regis disceptatio que erat in senatu inter legatos & Demetrium Philippi filium, qui obses datus fuerat, turba querelarum consulus adolescens obtulit tunc senatus verecundia eius motus, causam illi donauit, atque ita modestia sua Demetrius veniam patri non iure defensionis sed pudoris patrociniō obtinuit. Quod ipsum decreto senatus significatum est vt apparet nō tam absolutum regem quam filio donatum fuisse patrem.

DE ABSTINENTIA ET

continentia. Tit. XXI.



Abstinentia & continentia his duabus superioribus virtutibus cōiunctæ sunt. Hæ animi ratione ducæ, contra cupiditatē ac voluptatem obluantur, quæ quanquam idē significare videntur, & altera pro altera sæpe ponitur, intellectu tamen quodam discernuntur, quum abstinentia proprie sit quæ immodicas voluptatū illecebras rationis iugo subiicit, Proinde Æmylium Paululum abstinentē fuisse dicimus, qui ex maximo auri argenti que pondere

& opulentissima regia gaza (vt dicunt) quam in potestatem suam per victoriam redegerat, nihil contrectare voluit, aut in rem suam conuertere, aut vlllo pacto aspicere, sed quaestoribus negotium dedit, vt in publicum ararium omnia referrentur. Et quauis Persen vicit, & cum in triumphum duxit, & ex Hispania ac Macedonia maximas opes in publicum retulit, ex auctione tamen totius rei familiaris vix redactum est vnde vxori eius dos redderetur.

Abstinens L. Mummius, qui Corinthum euerit, nihil enim ex opibus atque ornamentis quae praediues vrbis illa habuit, in domum suam detulit: Eius tamen abstinencia non potuit inuidiam superare. Nam ab aemulis & obtrectatoribus suis patria eiectus est, & in Delo exul inopem vitam egit.

Scipio autem maior continentissimus fuit, qui nunquam captiuis mulieribus vsquam illudit, aut vllam aspectui suo praesentari permisit. Et quum forte aliquando ad eum duceretur captiua virgo admiranda pulchritudinis, eam honeste integre, que custodiri iussit, & quum paulo post comperisset eam desponsatam esse cuidam Luceio principi Celtiberorum, integram eam intactamque sponso restituit. Cuius rei celeberrima fama causam praebuit vt Celtiberi vltro in partes Romanorum concesserint, & quod armis Scipio assequi nequiverat, continentiae rumore consecutus est.

His duabus virtutibus maxime enituit Iulianus Caesar. Nam ex opulentissima Persica praeda, qua inter milites suos pro singulorum virtutibus ac labo-

ac laboribus magna cum aequitate diuiserat, nihil sibi reseruauit praeter quendam mutuum vltro ei a quodam milite oblatum, qui iucundissimis gestulationibus vetustissimisque nutibus multa indicabat, aded vt quasi colloqui ac confabulari cu omnibus videretur: haec Iuliani abstinencia militibus pergrata fuit, & eosdem dicto audientes longe magis reddidit.

Ex captiuis mulieribus nullam contrectare aut videre voluit, quum complures speciosissimae quotidie ducerentur, & Praecipue in Perside, vbi formosissimae omnium foeminae habentur, sed eius continentia longe latius spectata fuerat. <sup>foemine per
sicae formosissimae.</sup> Constans enim inter omnes opinio erat. Iulianum post amissam coniugem nihil venereum, quod a familiaribus sciri potuerit vnquam patrauisse.

Alexandrum magnum summa etiam admiratione dignum putant, quod non minorem erga Persarum captiuas mulieres continentiam, quam in viros fortitudinem ostenderit. <sup>Alexandri
continentia</sup>

Continentiam Iulius Caesar in exercitu tantifecit, vt saepe diceret se non minus a milite continentiam & modestiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare. Contra has duas virtutes, quas finitimas inter se esse dixi, indifferenter opponitur incontinentia. Sic enim incontinentem esse dicimus, qui per cupiditate delinquit, vt eum qui per voluptatem peccat. Sed in rebus necessariis aut expetendis quum aliquem incontinentem dicimus, adimus plerumque rem in qua auiditate efferunt, & praesertim vbi vitij nomen non suppetit vt incontinens lucri, qui a Graecis

χρηματιστικός vocatur, incontinens rapinæ, incontinens libidinis, incontinens vini dicitur, sed ubi quispiam immoderate magistratus, dignitates, honoresque capit, tunc is ambitiosus vocatur. Hunc tamē Græci propinquiore verbo *πικροπικρον* appellant, nos studiosum gloriæ dicimus, illi autem coniuncto verbo dicitare solent. Similiter amator patriæ vno etiam verbo *φιλόπατρις* ab illis dicitur. In eiusmodi enim nominibus nobis præstant propter felicitatem compositionum, à quibus latina lingua magna ex parte abhorret. Nos cupiditatem discendi, illi *φιλομαθείαν*, nos amorem reipublicæ, illi *φιλοπολιτείαν* dicunt, Sic etiam amorem sui ipsius *φιλευτέαν* vnico verbo exprimunt, idcirco omnes affectus omnésque cupiditates facilius græcè quàm latine enunciantur. Sed ad propositam rationem redeo.

Incontinens quidem aliquando emendatur, penitet enim eum deliquisse, intemperas verò temeritate exultat, turpitudine gaudet, vix vnquam ad rationis viam redigitur, & in impudentia persistit. Proine desperata salutis, & inmedicabilis profus valetudinis habendus est, eam enim viam ire pergit, quam elegit & ab ea nūquam diuertit. Incontinens autem quandoque pœnitentia ductus in viam redit. Et naturalibus sane voluptatibus, à quibus vix quispiam liber omnino esse potest, vna aliqua ex parte danda est, quæ omnibus penè communes esse videntur. At incontinens si ad rationem redit, & deinde non persistit, turpior deteriorque multo fit quàm antè fuerat, & de eo di-

cere possumus, quod de ægrotis illis medici dicit, qui quum leuati morbo aliquo fuerint, in eundem recidunt, nempe tum grauius illos se habere. Idcirco videndum semper est, vt ratio dominetur & appetitus pareat, qui si imperium inuaserit, & naturalem necessitatem progressus fuerit, actum de homine est: fit enim impos sui ipsius, & in præcipitium omnino rapitur. Intemperantissima omnium feminarum, & insatiabilis atque inexplebilis libidinis habita est Messalina Claudij principis vxor, quæ non contenta domesticorum iuuenum multiplici turba, quos die noctūque semper admittebat, conditionem à publicis lenonibus accepit, vt omnibus vulgò potestatem sui corporis faceret, & inter prostitutas alias etiam prostarer, mercedemque turpitudinis acciperet. Sed quum audiisset inter plurimas meretrices vnā esse, quæ robores corporis ac patiētia reliquas omnes præstaret, elegit cum illa certamen, & postquam per integrum diem integrāque noctem omnibus certatim cōfluentibus subiissent, defessa tandem ac deficiens peregrina illa cessit (vt par erat) angustæ meretrici. Quæ quidem victoria exultans, ab opere non discessit, sed quinque & viginti viros vltra certamen indefessa pertulit, & læta ac victrix tanti certaminis ad imperatoriū thalamum rediit.

Elassata viris, nec dum satiata recessit,
vt Satyricus noster cecinit.

Quis non iure etiam Corinthiorum turpitudine atque intemperantiam admiretur? Hi urbem opulentissimam habebant, & mercatoribus opor-

tunam, duplici enim sinu abluitur, Ionio scilicet & Aegæo, quorum alter Italiam, alter verò Asiæ spectat, tam turpem tamen quæstum ex portibus exeruerunt, mille enim circiter puellas Veneri à propriis parentibus adictas nautis institoribus & aduenis, ac peregrinis, quibuscunque prostituerant, ut eiusmodi illecebris inescati illi atque exhauriti ciuitatem ditiores opulentioresque redderent. Hoc itaque quum per confluentem multitudinem fieret, vulgatum est per omnes gentes prouerbiū, non cuiusque mercatoris esse Corinthū adnauigare. Sed de abstinentia & continentia, quæ vitas illustrium virorum plurimum ornant & gratiam multitudinis conciliant, satis hæc sint.

*A. Gellius
aliter refert
cap. 8. lib. 1.*

DE CASTITATE.

Titulus XXI.



Castitas his superioribus proxima accedit, quæ est quasi cæta morum castigatio, & veluti regula quædam humanæ vitæ. Hæc ex intima cordis cogitatione cupiditatum aueritatem, & voluptatum illecebras rationi subigit, & temperamento quodam ad mediocritatem veramque virtutem redigit: eodemque officio in nos fungitur, quo optimus præceptor in discipulum, qui singulas quasque actiones quotidie emendat, castigatiores in dies reddit, donec illum ad optimam frugem adigat.

Castitatem Cicero sæpe frugalitatem appellat, eiusque officium esse dicit motus animi appeten-

tiæ regere & sedare, semperque aduersantem libidini moderatam in omni referuare constantiam. Frugalitatem quoque à fruge dici putat, qua nihil melius è terra oritur. Ad hanc sententiam Quintilianus loquitur his verbis, M. Cælius se esse hominum frugi vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia utilis sit multis, id est fructuosus, unde sit dicta frugalitas. Hanc virtutem quasi peculiarem in Deiotaro rege fuisse Cicero refert, quem omnium regum frugalissimum extitisse luculentissimis verbis testatur. Frugalitati verò continentiam nequitiam esse putat, dictam quasi nequicquam, quod nihil sit homo ille qui nequitiae vitio laborat. Frugalitas quidem tanti apud veteres fuit, ut Pisoni viro præstantissimo cognomen honoris dederit, frugi siquidem dicebatur.

Tuscul. 3.

Castitas & pudicitia similes virtutes esse videntur, quum sæpe alteram pro altera poetæ usurpent: intellectu tamen inter se differunt. Est enim castitas generalis quædam castigatio animi aduersusque contra singulos quosque turbidos animi motus, unde castum Varro non modò pro religioso & pudico, sed pro abstinate à furtis ac rapinis ponit, quum ait, Nec casta viri manus tenaci visco se tingerat. Ponitur etiam castum pro puro suauiter iucundo, & corrupto, unde casto sermone eos locutos dicimus, qui nitidis ac latinis verbis vtuntur, nec peregrina aut nimis prisca commiscunt. Pudicitia verò quasi quædam species eius esse videtur, quæ solū ab iniuria turpium libidinum vendicet: hoc quidem Mantuana camæna docuit, quum ait. *Georg. 2.*

Mm iij

Castra pudicitiam seruat domus.

Quasi dicat, castigata incorruptaque domus etiam pudicitiam seruat. Hæ duæ virtutes in femininis maximè elucēt, quibus nec matrimonio stabile, nec laus vlla muliebris aut religio esse potest, tantique in eis faciendæ sunt, vt omnium criminum rea habenda sit mulier, quæ quid contra pudicitiam ac castitatem commiserit: quæ nulla vnquam virtute a probro illo ac turpitudine redimi aut expiari poterit. Et alia ex parte casta ac pudica fœmina omni laude ac gloria semper ab hominibus afficienda erit.

Fœminæ quæ vnus viri connubio contentæ erāt corona pudicitie donabantur apud Romanos. Admirabili fama celebrabantur per omne æuum captiuæ illæ Teutonicorum coniuges, quæ quum à Mariæ victore non impetrassent vt castæ virginibus Vestalibus seruirent laqueis sibi proxima nocte spiritum eripuerunt, ne quis eas corrupta pudicitie aut violatæ castitatis reas fuisse vnquam suspicari posset.

Egregia prorsus virtus etiam in vitis habetur vitæ morumque castitas, & moderata quædam castigatæque consuetudo: quam non modò viri optant laudant ac probant, verumetiam deterrimi ipsi admirantur. Ad Scipionem Africanum, qui tunc Linterni exulabat, visendum ac salutandum prædones longa nauigatione accesserunt vt eum coram cernerent, quem fama rerum gestarum, & virtutis ac castitatis cognouerant. Hæc quidem virtus tanti est, vt non solum principes ornet, & admiratione dignos reddat, sed

privatos nonnunquam ad principatus gloriam prouehat. Hiero Syracusanus testis sit, Hierodoto priuato viro, non ignobili matre tamen seruatus consensu omnium ciuium dux Siculorum aduersus Carthaginenses primò, deinde succedente fortuna & gloria rerum gestarum rex creatus est: hic formæ dignitate conspicuus fuit, robusto corpore, forti animo, alloquio suauis ac blado, & castis moribus, castigatæque vitæ, adeo vt cunctis gratus acceptusque haberetur hic amicus fuit populi Romani, & quum accepisset cladem ei illatam ab Hannibale ad Thrasumenum lacum trecenta millia modiorum tritici, & ducenta millia hordei, auri quoque ducenta & quinquaginta pondo Romæ muneri misit. Huius nepos eo mortuo, viuo tamen filio, Hieronymus, qui rei in regno successu contrariis moribus fuit. Nam & ad Carthaginenses desciiuit spreta Romanorū amicitia, & præsumptio ac superbia à suis intereptus est.

Casto & castigato vitæ ordine fuit Euaëgoras Cyprius rex, qui quoad vixit neminè iniuria vnquam affecit iustumque se omnibus præbuit, amicos semper in consilio habuit, quanquam erat ipse prudentissimus institutis omnibus documento esse poterat omnia ordine modòque ab eò agebantur, & quæ verbis promiserat, ea sic semper ex fide bona præstabat, vt neminem vnquam falleret. Non fortunæ successu, sed virtute vitæ gloriabatur, Amicis gratus, & liberalis in alios, magnificentia & liberalitate splendidus, vitia, voluptates, cupiditatésque omnes mira quadam castigate coercerebat. Et quum diem iam

grandior natu obisset, complures optimos filios superstites sibi reliquit, nullum tamen priuato nomine indecorem, sed alium regni successorem, alios duces, imperatoresque, alios quaesitorum regnorum compotes, filias autem reginas. Tantum valuit morum castigatio, & admirabilis ordo vitae, ut paruam regnum propagauerit gloria, fama, opibus, ac dignitate, & posteritatem longa regnorum successione diutius illustrauerit. Et haec de castitate ac prudentia satis.

DE HONESTATE.

Tit. XXIII.

Honestas nunc sequitur, Zeno ingenij praestantiam esse existimat, & eam solum bonum appellat, quandoquidem haec vna virtutum omnium perfectionem in se complectatur. Aristoteles quidem id honestum esse putat, ex quo splendor aliquis, atque illustris honor in eos perueniat, quid id gesserint. Similis sententia eorum est, qui honestum id esse affirmant, quod si populari fama gloriosum. Platonici autem, & qui eos imitantur, id intelligunt honestum esse, quod detracta omni vilitate, sine vllis praemiis fructibusve per seipsum possit iure laudari. Ex quibus omnibus opinionibus nihil aliud colligendum puto, nisi honestum, aut ipsam virtutem esse, aut rem gestam virtute. Erit igitur honestas animi electio firma & stabilis ea omnia agendi quae secundum virtutem sunt. Haec enim virtus tantae praestantiae est, ut vel sola ho-

minem perfecte commendet. Nam quia Graecis *καλός* dicitur, à nostris honestus & bonus nuncupatur.

Sed ut honesto turpe opponitur, sic honestaturpitudo. Et est honestas, firma electio ea omnia agendi quae secundum cupiditatem ac voluptatem fiunt. Virtutes autem & vitia voluntaria sunt: proinde in nostra potestate esse dicuntur, quando eorum electio, quae rei gerendae principium esse cernitur, in nostra potestate sita est, versaturque circa affectus & actus ex quibus quidem laus omnis ac vituperatio pendet. Quod si ita res sese habet, honestatis & turpitudinis dominii sumus, quarum altera iter felicitatis affectat, altera autem miseriae. Ergo quicumque aliis imperat affectus, electiones actusque omnes ad honestatem dirigat oportet, quae quidem vel virtus ipsa est, vel virtuti innitur: adeo ut ab ea nusquam separari aut diffungi possit. Virtus autem ipsa tam praecleara est, ut ex rebus secundum illam gestis ita homines probos afficiat, ut non modò opera ipsa admirent, & aemulationem quandam ad imitandam accipiant, sedque illis similes fieri cupiant, verum etiam operum auctores summa beneuolentia amplectantur, & in eos se conuertit, si fieri posset, optarent.

Age quis Herculis magna illa facinora, & longe rebus humanis excellentiora lectitar, non se statim Herculem fieri cupiat? Sed poetas finxisse putemus, quis gesta Caesaris aut Alexandri legat, quin velit Caesar aut Alexander confestim fieri? Ut verò minora loquar, quis Pythagorae aut Socra-

tis vitam cogitat, qui in eos se transferri nolit? Ego autem eiusmodi sum, qui malle Platōnem philosophum me fieri, quā Sardānapalū opulentissimum illum Assyriæ regem. Hoc virtus ipsa præstat, & opera quæ ex virtute gerantur. Secus autem in his artibus aut actionibus, quæ voluptatem augent, fortunam ornant, opes accumulānt, & rem familiarem complent. Quis enim adolescēs ingenii pudoris, ac liberaliter educatus, paulōve nobilior Antigenidas tibicen fieri vellet, & ex tibia victum ac gloriam quærere, quamvis ille Platōnis testimonio illustratus fuerit? Aut quis se cupiat fieri Anaxenorem citharædū, cuius harmonia ad eō delectabatur Antonius, vt eidē quatuor civitatum tributa exigenda dederit: Aut quis simulachrum Iouis Olympici, aut Argivæ Iunonis adeo probaret, vt Phidias esse cuperet, aut Polycletus? Sola honestas est, cuius opus & artifex simul probatur; ad eō ad se homines allicit, vt imitator eius & auctōr vnusquisque esse desideret.

Hac virtute præstitit Sertorius, qui honestam etiam in conuiuio seruabat, nec videre quicquam turpe, aut audire vnquam poterat, suisque persuaserat, vt ab omni maledictō atque scurilitate abstinerent, certarentque inter se placidis salibus, facetisque iocis. Cuius mores maiore admiratione digni sunt, quod eiusmodi vitæ homines maiorem viuendi licentiam vsurpant, maioremque loquendi libertatem. Sed honestatem qui non præstant, non modò viri boni esse non possunt, verum ab omni hominum cœtu exturbandi sunt.

non enim tantum sibiipsis nocent, sed vniuersos etiam ciues cum quibus versantur, turpitudinis quodam veneno inficiunt. Hæc fuit causa quæ ducti vetustissimi Græci comœdias vrbibus suis eiecerunt, ne ciues in honestas illas actiones cererent, ne ve obscœna verba audirent.

Optime Socrates & alij philosophi morum atque honestatis præceptores tradiderunt, vt homines seiplos cognoscerent, & aliena relinquerent, quæ minus vtilia ac necessaria sunt, & in primis cogitarent se solos ex omnibus animalibus rationis atque orationis compotes esse. Quæ duo diuinæ mētis munera omnibus honestis actionibus augenda atque accumulanda sunt, vt honestum præcipue vitæ genus eligamus, per quod nō modò viaticū huius terrenæ peregrinationis assequamur, verum ab omni etiam vitiorum labe ac turpitudine immunes ac liberi simus.

DE MODERATIONE.

Titul. XXIII.

Moderatio honestati comes accedit. Nam sicut electio (quæ rei ^{electio.} agendæ principium est, vt Aristoteles testatur) ab honestate dirigitur, sic moderatio actionem metitur, ne fines quos honestas præscripsit, aut non attingat, aut longius progrediatur. Vt enim in currendi certaminibus vltra metas currere temeritatis esse videtur, sic vix è carceribus progredi, ignauitæ. Automedon Achillis autiga idcirco laudabatur, quod nec

^{cap. 2. lib. 6}
^{ca. 2. li.}
^{3. Ethicorū.}
^{Moderatio.}

nimio cursu præcipitabatur, nec segni ac tardo ab insequentibus præuertebatur, sed moderata quadam alacritate semper inter primos de victoria certabat.

*Pomponij
attici mode-
ratio.*

Moderatus admodum habitus fuit Pomponius Atticus in omnibus actionibus suis, quod vel ex hoc cerni licet, quod ex tot tamque grauibuscivilibus ac domesticis procellis solus penè ex omnibus claris quibus periculorum omnium expertus incolumis ac liber euasit, & quibuscunque victoriis semper gratissimus exiit, & quasi prudentissimus gubernator, nauem suam ex procellosa hyeme, marique vasto, ac scopuloso optime nauauit. Quod utinam fecissent alij eruditissimi viri id ætatis, haberemus fortasse Latinam linguam longe vberiore, & minus multa nobis incognita essent, sed arduum ac difficillimum est fatalem sortem præuerrere.

in Bruto.

Hanc moderationis virtutem Cicero præcipue Bruto tribuit, quum ait. Quid tam difficile Brute est, quam in plurimorum controuersis diiudicandis, ab omnibus diligenter consequeris tamen, ut eos ipsos quos contra statuas, æquos placatosque dimittas. Itaque efficis, ut cum gratiæ causa nihil facias, omnia tamen sint gratæ facis.

Magnam quoque moderationem ostendit M. Bibulus vir summæ dignitatis. Nam quum per iniuriam duo filij adulescentes indolis peregre ei cæsi fuissent Ægypto, & Cleopatra regina interfectores illorum per carnifices ad eum misisset, ut ex illis vindictam sumeret quamcunque velleret,

eosdem euestigio intactos remisit, asserens eiusmodi ultionem ad se non pertinere, quum suus esset hic priuatus dolor, sed ad senatum populumque Romanum. Itaque maluit orbitatis suæ moderatem suppressimere quam immoderatus ultor videri.

*M. Bibuli
notanda a-
nimi mode-
ratio.*

Hec moderationis ratio tolerantiam præstat, quæ mirifica quoque virtus habetur. Prudentis enim viti est iniurias forti animo tolerare, nec semper ultionem querere. Scitum eum illud P. Syri præceptum, quum ait, Feras non culpes, quod vitari non potest. Sapienter Epictetus philosophus hæc duo verba semper habenda in animo atque ore dicebat, nempe ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι, hoc est patere, & abstinere.

Sed moderationis virtute etiam præstitit plurimum inter milites suos Hānibal, Nam quum exercitum haberet commistum ex Hispanis, Aphris, Gallis, variæque hominum colluione, tanta moderatione ac tolerantia inter omnes usus est, ut ne minima quidem militaris seditio in castris audita vnquam fuerit, quod mirum omnibus videri potest, quum id hominum genus rixæ discordiæque obnoxium sit, vixque vnquam quietè ac pacatè viuere vsquam possit.

Anaxilaus Sicilia rex, omnium principum sui temporis moderatissimus habitus est, quæ virtus & dum viueret, magnam omnium populorum gratiam ei conciliauit, & post eius obitum maximum etiam fructum eius posteritati attulit. Nam quum decederet, filium impuberem regni heredem instituit, cuius tutelam Michalo spectatæ fi-

Anaxilaus.

dei seruo reliquit. Verum enimvero memoria paternæ moderationis, & spes futuræ probitatis tantum poruit, vt ciuitates omnes parère seruo, quàm moderati principis sobolem desererè maluerint. Aequo etiã animo pertulerunt regni maiestatem per seruum tantisper gubernari, nec puer ad legitimam pubertatem peruissè.

Sylla.

Sylla quoque (qui omnium Romanorum feruissimus fuit) aliquando moderatior mitiorque esse voluit. Nam quantis pro minimis etiam rebus in præclarissimos grauissimòsq; viros semper præcipiti iracundia accederetur, tamen quum dictaturam, vel potius tyrānidem vltro deposuisset, adolescentem se grauissimis ac mordacissimis verbis infectatē æquo animo pertulit, & hoc solū, cum domum se reciperet, iamque limen ingredere-
retur, conuersus in eum dixit. Non sinet hic audat adolescens alium quempiam in posterum dictaturam sponte deponere.

Philippus Macedo.

Moderatissimus vel ex hoc vno exemplo habitus est Philippus Macedo Magni Alexandri pater, quod quum Marathonam Melibœæ urbem oppugnaret, quam sagittarij indigenæ omnium optimi defendebant, iacta in eum è muris sagitta dextero oculo captas est, quo tamen vulnere sicut nec in bello segnior, sic nec iracundior quidem in hostes factus est. Et quamuis chirurgus oculum ei cum spiculo effodisset pacem tamen illis implorantibus æquis conditionibus dedit, & vulneris actorem neutiquam perquisiuit, nec aduersus uictos vlla in re inclementior exitit, sed moderatum ac mitem se omnibus præbuit, ac sui

Rerum clementia exemplum.

TIT. VIGECIM. QUARTVS 283
nihil aduersi in ea pugna contigisset.

DE PARCITATE,

seu parsimonia.

Tit. xxv.



Arcitas moderationi finita accedit, quam vltiore vocabulo parsimonia, *parcitas.* *Parsimonia* etiam licet appellare. Vtrique ab vno verbo diuersa est origo: nimirum illud à præfenti parco, hoc à præterito parsi deflectitur. Imprimis tamen videndum est ne affectus nos decipiat. Nomina enim virtutum pro vitiorum nominibus sæpenumero usurpantur. Fortem enim pro temerario ponunt, & avarum parcum mitiore vocabulo appellant. Sed vt auere, vnde avari nomen factum est, est præter rationem cupere, sic parcere retinere est, & secundum rationem conseruare: & illud quidem vitij esse cernitur, quoniam rationi non obsequitur, hoc autem virtutis, quando à ratione ducitur.

Magna profecto virtus est parsimonia, & moderatrix optima omnium impensarum. Et paridem spatio ab avaritia & profusione distat illa ab vtili ac necessaria impensa abstinet, hæc autem nec vtilitatis nec necessitatis rationem habet, sed profundit ac prodigit sine mensura modòve ueluti si ei omnia suppetant nunquam defutura, quasi diuina virgula diuinòque nutu tradita. Fœminam dicebant veteres tunc bene oleare, quum nihil olebat: & virum tunc recte sapere,

quum nec sordes auaritiæ oleret, nec vapores prodigentiæ redoleret.

*Aphricani
minoris Pō-
ponique At-
tici parsimo-
nia.*

Lucullus.

*Facetū Lu-
culli respon-
sum.*

Marius. ego autem hybernā habitationem mutare ne-
VII. COS. quiuerō?

*Lucubrio ha-
bitus.*

Marius Lucubrio habitus est, quod quum gran-
dior natus esset, septimūque gereret consulatum
(quod nemini Romanorum præter eum unquam
contingit,) & iam finitimus morti esset, fortunam
tanquam improbam accusaret, ut qui antè more-
retur quàm consilia ac desideria sua in ædificandis
ædibus peregisset, quæ quauis magnificè statuit
constituæque essent, adeo ut multorum regum
ædes magnificentia & splendore superarent, ta-
men ambitioso homini, & qui ex humili ad sum-
mum

num fortunæ apicem peruenerat, non satis erant
ut pote qui & nitidiores & opulentiores illas fieri
(si foret ei vita diuturnior) speraret.

*Octavius
Cæsar.*

Ninias lautæ suppellectilis, & Corinthiorum
præcupidus notatus est Octavius Cæsar unde pro-
scriptionis tempore eius statum adscriptum est.
Patet argentarius, ego Corinthiarius. Corin-
thum urbem (ut diximus) opulentissimam, mise-
rabilius direptam. L. Mummius ex senatuscon-
sulto, quod illic legati Romanorum violati fue-
rant, euerit, soloque adæquauit. Quæ quidem
diutius deserta destitutaque mansit, donec per
Iulium Cæsarem dictatorem restituta instaura-
que fuit trās-latis illuc cōpluribus colonis ex Liber-
tinorū ordine. Hi principio rudera uertentes, mor-
tuorumque sepulchra effodientes, plurima fictilia
uasa inuenerunt, quæ quum Romam mitterentur
magno propter artificum solertiam, atque admi-
randum pulchritudinem vendebantur, & diui-
tum lautorūque abacos, ueluti si aurea argen-
teæ essent ornabant. Quocirca Corinthij colo-
ni ex mortuis diuites fieri vulgo Romæ diceban-
tur. Consueuerant enim Corinthij, & omnes fere
Asiatici fictilia uasa quæ pulcherrima habebant
cum mortuis infodere, ducti quadam uana ac
stulta persuasionē, futilique superstitione. Puta-
bant enim præsidescorum deos, quos Genios ap-
pellabant, cum illis sæpe conuiuia celebrare, ci-
bariaque deorum ex ambrosia & nectare concin-
nata eis afferre.

*L. Mummius.
Corintheus
eueritur.*

*Corinthia
uasa.*

*Catonis
prouentus
duplex.*

Cato senior dicere solebat duobus prouentibus
serem familiarem regere, & augere parsimonia

Nn

scilicet, & agricultura. Quarū altera fructus præbet, altera autem modum vsui adhibet. Inter multas Catonis laudes nulla gratior parsimonia populo Romano fuit, & morum castitione. Proinde cum omnibus magistratibus summa laude & gloria functus fuisset, à sola censura cognomen tum meruit, & consulari statua donatus est, cuius inscriptio eiusmodi fuit, Rem romanā iam prolabantem, et in deterius versam, cato censor modestissimis institutis, optimis moribus, ac præceptis salutaribus pristinum in locum restituit.

Virtus hæc efficit, vt sicut structura singula quæque ad regulam, libellam, ac perpendicularum respondēt, sic in actionibus nostris omnia ad mediocritatis rationem tendant. Erit igitur videndum vt parsimonia castam quandā vtilitatis rationem habeat, fugiat extrema sordidior ne sit, honestum lucrum sequatur turpem quæstum ne faciat, maiorem mercedem non exigat quàm par sit, aut quàm operæ precium esse videatur: quod quidem iniquum esse poëtæ ostendunt in ea fabula in qua dicunt. Æsculapium Apollinis & Coronidos filium medicum fuisse peregregium, ac propè diuinum, aded, vt ab omni etiam incurabili morbo ægrotos sanos incolumēsq; redderet. Ad- dunt tamē eum ab Ioue fulmine fuisse percussum & in inferni barathrum præcipitem datum cuius rei causam Pindarus fuisse dicit, quod is nimis improbus ac petulans in exigenda artis suæ mercede extiterit, nimisque aurum & preciosa munera concupiuerit. Tunc quidem parsimoniae iusmodi iniqua esset, nomēque virtutis amit-

*parsimoniae
præcepta.*

Æsculapius

*Æsculapius ab Ioue
cur fulmine
incautus*

teret, & fieret auaritia, quò vitio nihil turpius esse potest. E sumo enim in flammam tenderemus, vt est in trito proverbio. Ingluuiem castigare, virtutis est officium: à necessariis autem se abstinere, & Genium (vt dicitur) suum fraudare, id inhumani vitij esse videtur.

Olidum putabat Titus Vespasiani filius nouum vectigal ex cloacis latinisque publicis exigi, & patrem vehementer obiurgabat, ille autem vt priam pensionem accepit, oculos tenens ad os filij agitabat, rogabatque non pecunia illa male olet: tunc eo dicente, Nequaquam. At eadem (inquit) è lotio est. Quo quidem dicto patris indecora parsimonia, & ingenuus filij pudor indicatur. Atqui hæc virtus maiorem in priuatis ciuibus quàm in principibus laudem habet. Proinde maior Aphricanus quum ab eo acceptorum impensorumque nūmorum ratio reposceretur, respondit se gestarum rerum, partæque victoriæ rationem facile reidere posse, pecuniam autem quæstoribus permisisse. Iulius quoque Cæsar se profusionem haberi semper æquo animo pertulit, nullumque vnquam largitionis munus omisit: sed quæ profusio, dum priuatus extitit dicebatur: magnificentia tum quum imperaret, appellata est.

*Scipio A-
phricanus.*

Cæsar.

Nn ij

LIB. SEXTVS
DE SOBRIETATE.
Titulus XXVI.

Sobrietas.



Obrietas, quæ cibi viniq̃ue optima moderatrix habetur, hoc loco se nobis vltro offert, de qua pauca dicenda erant. Eius enim laus cum superioribus virtutibus magna ex parte commissa esse videtur. Hæc autem sobrietatis ratio ad eò necessaria est, vt qui ea careant, omnes alias virtutes quas in se habent, obscuriores reddant, & ab omni humanitatis commercio excidisse videantur, & cum belluis potius quam cum hominibus censendi sint. Hoc Nonij Marcelli optimi veterum verborum indagatoris expositio declarat qui ait, sobrium sanæ mentis esse dictum, quasi sobrium, hoc est separatum ab ebrio. Sic & secretum dici putat veluti separatum ab his quæ cernuntur. Elegans sanè interpretatio, & huic sermoni nostro satis accommodata, docet enim ebrios insanæ mentis esse, & ab omnibus irridendos.

Secretum.

*Ex Platari
instituti
Laconicis.*

Præclare Anacharsis Scythæ dicere solebat, quicumque sobrius fieri vult, turpes ebriorum motus intueatur, proinde vt ebrietatis turpitudinem fugiendam esse ostenderent Lacedæmonij, rusticos seruos multo mero ingurgitados in iuuenum conuiuia inducebant, vt cernentes adolefcetes temulentorum insaniam, deformitatem, præcipitemque furorem, sobriè honestèque viuere, & ebrietatem tanquam rem turpem atque abhorrendam fugerent.

Ebrietatem in maximis ac clarissimis viris ad eò

perofus Solon Atheniensium legum lator, vt legem statuerit, cuius verba eiusmodi erant: Princeps si ebrius deprehendatur, morte multetur.

Pyrracus Mittylenæus, qui vnus è septem Græciæ sapientibus fuit, ebrios quum peccarent, duplici pœna afficiendos esse per legem statuit, vt diligentius homines temulentiam vitarent. Nec eò cõsilio hæc dico, vt principes abstemios fieri velim, sed vt moderatè vinum sumant, & sententiam Anacharsis optimè interpretemur, qui ait vitem treis vuarum species ferre, primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris. Satis sit vinum libare, valetudinis gratia sumere, turpissimum sit se mero ingurgitare, & stomachum quasi cloacham vino abluere, quod quidem nihil aliud esse videtur, nisi se natum ad perdendum temetum purare, vt veteres dicebant.

Pyrracus.

*Vuarum tres
species.*

Philippus Macedo, & Alexander eius filius, obscurum antè Macedonum nomen, regia virtute ad eò illustrarunt, vt angustos admodum regni & terminos vix satis à finitimis tutos, vsque ad extremas orientis oras propagauerint, seque ad spem imperij totius orbis terrarum erexerint. Sed vterque rex nimia vini auuiditate quam plurimas virtutes obscurauit. Philippum oscitantem præ nimia quadam vini cibi que crapula, peregrina quadam mulier grauibus verbis momordit. Nam quum temerè indictaque causa eam dampnaret, exclamauit illa, & se prouocare ait, tunc dicentibus quibusdam, ad quem prouocans? ad Philippum quidem inquit, sed quum fuerit sobrius. Tunc rex ad seipsum rediens, causam diligentius

*Mulieris
prouocatis
ad Philip-
pum.*

inſpexit, & reuocata ſententia, illam abſoluit, liberamque dimiſit. Horum regum ebrietas turpis ac pernicioſa admodum extitit, ſed tolerabilior in parte, quam in filio. Nam ille quidem ex conuiuiu nonnunquam procurrebat, manuſque cum hoſte forti animo cōferebat, aliquando tamen ſe periculis incautiſſe obiecit. Filius autem ſecus non in hoſtem, ſed in modeſticos atque amicos iruebat, vnde Philippus cū mero concauiſſet, audacius ſe hoſtibus quam cautiſſe commiſcebat, & ſic aliquando è prælio vulneratus rediit: Alexander verò è conuiuiu imbutus amicorum ſanguine quandoque diſceſſit. Huius temulentiam quum audiuiſſet Antrocydes philoſophus eo tempore clariffimus, ad eum epiſtolam dedit, in qua ebrietatis vitium grauiter increpabat, in ea particula quedam erat ad hanc ſententiam, Memento rex inclyte quum vinum potas, te terra ſanguinem bibere, quod quidem præſentius atque efficacius virus eſt, quam peſſima herbarū omnium cicuta. Fuit autem Alexandro hoc turpiſſimum, quod eſt multas victorias opiparum lautūque conuiuium amicis ſuis compluribus præbuit, in quo merace potationis certamen exhibuit, & palmam coronamque victori propoſuit: in quo, Promachus bibaſſimus omnium iudicatus palmam meruit, & corona vnus talenti à rege donatus eſt, ſed morbo præ ingluuiæ atque illuione ſubitò correptus, poſt tertium diem interiit, & cū miriſſione omnium pompa funeris magno comitatu ei celebrata eſt.

Hæc eſt helluonum potandi ratio, vt quo magis

Ex pli. c. 5.
lib. 14.
Vinū ſanguis
terre.

cicuta præ.
ſens venenū

Promachus
mero bibu-
lus.

Parthi.

potant, eo magis ſitiant. Vnde ſcitè illud in eos omnes dici poteſt, quod Scytharum legati in ſolos Parthos dicebant, qui eos quanto magis biberent, tanto magis ſitire affirmabat.

Cyrus quoque iunior ludibrio habitus eſt quum Lacedæmonios contra fratrem ſocios ſibi adiciſſe re cuperet, gloriabatur enim literas, & oratores ſe fratri præſtare multis in rebus, vel præcipuè quò plus meri ſorbere, faciliùſque concoqueret. Nouellius Mediolanenſis Tricongius præ magna potatione dictus eſt, quod tres vini congios vno ſpiritu biberet, quod quum cerneret. Tiberius Cæſar, adeò delectatus eſt, vt eundem ad præturam proconſulatūque prouexerit. Cicero quoque M. Ciceronis filius binos vini congios vna cœna ſumebat. Vnde facerè Plinius putare ſe ait ideo eum id feciſſe, vt M. Antonio patris interfecteri hanc palmam eriperet, vt vel in hoc ſaltem patre necis eſſe videretur vltor ac vindex.

Maroneo mero Vlyſſes Polyphemo impoſuit, cuius ſuauiſſimè nectari & ambroſiæ prætulit, vt eſt apud Homerū. Poëtarum fabulam èta Bacchum atque Hercule bibaciſſimos heroas inducūt. porribus (quātum conicio) vt adblāditentur, glorian- tur ſiquidem in eadem turpitudine cum illis verſari, quos ex hominibus deos factos eſſe exiſtimāt.

Horatius certè vinum miris laudibus effert, ſicut Pindarus aurum cūctis rebus terrenis carminibus ſuis prætulit. Sed quid poëtas miramur, quum apud Romanos omnium mortalium grauiſſimos inuenti ſint, qui Catonem, cui vita caſtior ſeuertatis cognomentum dedit, bibaciſſimum fuiſſe

affirmant? Nam Memmius quidam homo lenis ac mordax, per ludibrium, ac contemptum dixit Catonem cum amicis cœnas potando ad auroram usque producere, cui Cic. cum id indignè ferret, ait, Hoc non addis Memmi, eum iuges dies aleam ludere. Catonis ebrietatem excusat Plinius secundus, quum, ait C. Cæsarem ita eum reprehendisset, ut laudet, describere enim eos dicit quibus um ebrius fuerat, & quam caput ebrii retexissent, erubuisse eos ait, ac deinde adiecisse, Putares non ab illis Catonem, sed illos à Catone fuisse deprehensos. Addit Plinius deinceps, Potuit ne plus auctoritatis tribui Catoni, quam si ebrius etiam tam venerabilis erat, ut eum qui deprehenderant, venerarentur. Ipse autem Cæsar, ut multis quoque alijs virtutibus emicuit ita cibi vini que abstinentissimus fuit, memorique semper erat illius Socratici præcepti, quo quidem dicebat cibos omnes potusque vitandos esse, qui ultra sitim famémve sedandam appetitum longius producerent. Sobrietatem Cæsaris obtrectatores eius omnes atque etiam inimici ipsi fatebantur, unde illa M. Cato-

*Memmius
Catonē re-
mulentia in
simulat.*

*Sobrietas à
comitali
morbo Ca-
sarem libe-
rauit.
Vespasianus
sobrietas.
Octavij fru-
galitas.*

nis verba emanarunt Cæsarem vnum ex omnibus ad euertendam rempublicam sobrium accessisse. Sunt qui putent Cæsarem comitali morbo (quo correptus primum Cordubæ dicitur cecidisse) per sobrietatem remedium adhibuisse, ut victus paritate, & durissimis laboribus vigilisque id mali euaserit. Vespasianus quoque Cæsar parcus ac sobrius habitus est, & ad valetudinem conseruandam in ediam vnus dici singulis quibusque mensibus

interponere solebat.

Sobrius etiam fuisse videtur Octavius Augustus, quod ex eius cœnis cernere possumus, quas ternis terculis, aut vbi amplissime, lenis, & modico quidem sumptu præbebat, & eas quidem seruis inibat, maturiúsque relinquebat, quum coniuæ iam liu cœnare inciperent atque nulle discomberet, & permanerent postquam ille discessisset. Sed & eius sobrietas etiam ex hoc videri potest. Nam querentem de inopia & caritate vini populum Romanum graui oratione coercuit: & satis prouisum eis esse ait à genero suo Agrippa perductis pluribus in urbem aquis, homines ne sitirent.

Simulata ebrietas non nunquam pro calliditate atque prudentia habita fuit. Tarentini quondam quum male conciliati Romanis essent, Pyrrum Epirotarum regem ducem fortissimū, & rei militaris peritissimum per oratores vocare statuebant. Huic sententiæ complures optimi viri tacito consilio aduersabatur, nō tamen audebant quippiam loqui aduersante multitudine, quæ mortem omnibus minabatur qui in contrariam sententiam irent. Proinde vir quidam prudens & facetus Meton nomine, quum res in concione ageretur, coronatus bacchantium more, & manu accensam facem tenens, tibicine præcinentē illuc accurrit & omnes quidem qui frequentes aderat, eidem tanquam ebrio illudebant, multisque ut in medium procederet, ac coram concionaretur eum hortabantur. Tum ille lætus atque exultans suggestum ascendit. Et cū primum iocosus ac scurrilibus verbis risu omnes perfadisset, & vespasiano præludio au-

ditorum aures sibi consiliaffer, adeò vt omnes in eum intenti essent, elata voce inquit: Opportunè quidem viri Tarentini ludere ac iocari volentibus hodie permittis, dum itaque per vos licet omnes moneo vt occasionem ludendi nunc ex tempore fumant, antequam Pyrrhus adueniat, tunc enim non nostro, sed illius arbitrio viuendum erit. His simulatis verbis & periculum furentis populi euasit, & reipublicæ non omni ex parte defuit.

Sobrietas, communis est virtus, omnes enim decet omnè que eam præstare possunt, non fortuna, non genere, non opibus, non doctrina indiget, sed sola animi dispositio eam perficit. Quocirca per se se minus hominem illustrat; addita verò aliis, perfectum numerum perfectamque harmoniã complet, & eam absolutam omni ex parte reddit. At vbi defuerit, homo obscurus, turpis ac degener fit, singulè que eius virtutes splendorem amittunt vt stellæ surgent nebula, ingeniũque hebetius fit, & corporis vires eneruantur,

Si quam virtutis indolem præ se ferebat Iouinianus Cæsar, si quam rerum gestarum laudem vnam tulerat, si quam Romani populi aut militum suorum gratiam assecutus fuerat, ea nocte amisit qua exanimatus inuentus est ex colluione ciborum, qua se superiore cœna ingurgitauerat. Proinde sapienter Solon dicere solebat, vltimum vitæ diem de vniuerso vitæ tempore iudicare, neminẽ que iure laudari posse, nisi ad perfectum finem peruenerit.

Hæc Sobrietatis virtus valetudinem nostram cõseruat, & vitam diuturniorem salubrioremque

reddit. Quinetiam corporis animique sensus ad vltimum vique vitæ nostræ finem perducit integros atque incolumes. Qui verò vino ciboque se immergunt, stolidi, ignaui, obtusique fiunt: rati longæui sunt, facillè ægrotant magna cum difficultate curantur: à corporis viribus, animique virtute quamprimum destituuntur, fiuntque de lyri, & omnibus contemptui ludibriõque sunt adeò, vt necessarij ac familiares omnes eis interitum optent.

Sobrius præter reges cunctos exitit Masinissa Numidiæ rex: quippe qui stans semper ante tabernaculum cibum sine pulpamento sumebat, cibario pane & bellariis militaribus contentus. Proinde in senectâ adeò vixit, vt post sextum & octogesimum ætatis suæ annum filium genuerit, & post nonagesimum secundum Carthaginenses qui contra fœdus ei bellum intulerant, superauerit. Quo in bello non modo optimi imperatoris, sed gregarij etiam militis functus est munere.

Huius virtutis beneficio M. Valerius Corvinus centesimum compleuit annum firmo animi iudicio, & integris corporis viribus. Et Socrates sobrietatis etiam munere per omne vitæ suæ tempus inoffensa fuit valetudine.

Pudicitia.

PVDICITIA vltima est harum virtutum, quas præstat temperantia, quæ tametsi in fœminis magis elucet (sine ea enim omnibus odio sunt) tamen virorum virtutes plurimorum accumulatur. Hæc ab omnium libidinum iniuria ac turpitudine nos auocat, docetque homini satis esse speciem suam seruare duce natura, quæ etiam in hoc diligentissima fuit, inclusit enim pomis, fructibus, virgulis & herbis propria quæque semina, vt postquam per seipsa diuturna esse non possunt, saltem in sua specie seruentur. Homo igitur procreandorum liberorum causa concessam venerem non abhorreat: illecebras alias fugiat, naturali legitimoque connubio contentus, reliquas omnes turpitudines respuat, cui etiam modus adhibendus est, exemplo Solonis, qui per legem statuit, vt ter singulis quibusque mensibus vir uxori congrederetur.

Solonis lex.

Sed sermo mihi perstringendus est, ne vltius de pudicitia dicam: tum quod in superioribus plura libaui quæ ad hanc virtutem pertinent, tum quod in libro quarto de institutione reipublicæ, de virginitate ac pudicitia quam plurima dixi, quæ quoniam iam edita in manibus sunt, facile quicumque voluerit legere poterit. Pudicitia finem huic volumini præscribat, & omnibus his quæ de temperantia per me di-

TIT. PRIMVS 290
cenda fuerint. Nunc autem in sequenti volumine Fortitudo primum argumentum dabit, mox autem octauo iustitia.

LIBRI SEXTI
FINIS.

DE FORTITVDINE

Titulus I.



MAGNA quidem virtus est fortitudo, atque haud scio an omnium maxima, dolorem siquidem ac mortem contemnit de-
Fortitudo.
cori gratia, & animum nostrum prudentiæ iustitiæque subigit, quo nihil difficilius esse potest. Nulla enim vis tanta est (vt ait oratorum maximus) quæ non ferro aut viribus debilitari frangi que possit: ast animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi viri est, quæ qui facit, non modò cum suramis viris comparari potest, sed similis deo habendus est.

Fortitudo.

Cic. off. 1.

Proinde nemini admirationi esse debet, Romanos quum olim militari gloria florent, virtutem ipsam vnico fortitudinis nomine nuncupasse, quum sine ea reliquæ mancæ atque inchoatæ essent, & viribus penè omnibus destitutæ. Hæc enim virtus magis virum decet quàm ceteræ omnes; vnde eam *ἀνδρεία* à viro Græci appellant, & Cicero à viro virtutem, id est for-

Tuscul. 2. titudinem dici putat. Hæc efficit ut homines omni studio omnique contentione pulchra, decora, honestaque agere audeant, turpia, indecora, inhonestaque exhorreant, morsque malint, aut vulnera, labores, doloresque subire, quam per ignaviam ve cordiamve quippiam facere quod eis dedecori aut ignominiae aliqua ex parte esse possit. Viri quidem fortes non tam laudem aut præmia sequuntur, quam fortiter ac rectè facta, quæ quantum in luce collocari debent, gloriam tamen continent, & nullam palmam, nullumque theatrum virtuti conscientia ipsa illustrius esse putant, sed quantum ex animi magnitudine fortitudo nec gloriam nec præmia sequatur hæc tamen accumulata, & maiora etiam assequitur. Nulla enim virtus maiorem laudem, & plura munera accipit, quam fortitudo, quinimo aliae quasi immunes esse videntur. Quis ob prudentiam aut temperantiam munus ex publico accipit? Iustitia certè odium atque invidiam potius contrahit, quam gratiam ac benevolentiam. Fortitudo, autem contra, omnium animos atque oculos in se convertit, nomenque honestatis vel sola sibi vendicat.

Audi Ciceronem, Honos & præmium virtutis in iudicio studioque civium delatum ad aliquem. Qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi profecto & honestus & honoratus videtur. Quot munera, quot præmia, quot honores, à regibus, imperatoribus, ducibus, ac populis, viris fortibus statuuntur? Testes sint coronæ militares, hasta, torques, armilla, pedestres equestresque statuae, tro-

Honos.

phæa, ovationes, triumphi, & alia multa, quibus viri virtute præstantes in præliis honestantur. At qui apud antiquissimos non satis visam fuit viros fortitudine præditos mortalibus præmiis honorare, nisi diuina etiam eis decerneret, & illos quasi deos venerarentur. Tales apud Athenienses fuerunt Castor & Pollux. Talis apud Thebas Hercules, apud Indos Bacchus, quem quidam putant militarium donorum primum fuisse inventorem, & præcipuè triumphi, & coronæ, quæ ob eius honorem insigno amata ab eo Ariadnes in celo deinde lucet.

Sunt etiam qui opinentur vitæ ab eo fortibus centurionibus quasi virtutis insigne in manu fuisse traditam, ut ignavos coercerent, segnésque alacriores redderent. Latini tamen poetæ vitæ in honorem centurionibus ab italis primò dicunt fuisse traditam unde illud de Scævâ Cæsaris centurione apud Lucanum.

Qui longo Latine gerit ordine vitæ,

Simile est illud Silij Italici.

-Nam vitis honore

Perfunctus Latine, subito stimulabat agrestes.

Vitæ, honoris, ac coercionis fuisse gestamen, Iuvenalis etiam docet quum de C. Mario dixit.

Nodosam post hæc frangebat vertice vitæ,

Silentus pigra muniret castra dolabra.

Arcus verò triumphales in honorem fortissimorum imperatorum & ad perpetuam gestarum rerum memoriam quidam ab Ægyptiis regibus inventos fuisse asserunt, alij à Græcis, alij autem à

Arcus triumphales.

Romanis. Legitimus tamen Hannibalem à Carthaginienſium legatis reuocatum vt opem obſeſſæ patriæ afferret, priuſquam nauem contendiſſet, arcum erexiſſe non longe à Lacinia Iunoris templo, in memoriam rerum à ſe geſtarum in Italia, in quo imagines nobilium ſculptorum manu factæ cernebantur, & literæ Græcæ Punicæque ſcriptæ quæ breuiter res illas præclaras atque illuſtres referabant.

Græci vetuſtiſſimi inſcriptis columnis utebantur quaſi trophæis, vt fuerunt quinque illæ apud Thermopylas, vbi Lenidas cum paucis Lacedæmoniis contra tot Perſarum millia, adiuſtus etiam à Loeris, obſiſtit, donec Barbaris compluribus caſis laſſi cédendo Lacedæmonij & Loerenses, omnes ceciderunt, quorum omnium illic ſepulchrum fuit inſcriptum Græcis verſibus.

Picturæ quoque inuētæ ſunt, quæ teſtimonium fortitudinis afferant. Meſſala vir præclarus ac fortis tabulam picturæ illius prælij in quo Carthaginienſes & Hieronem in Sicilia vicerat, in latere Hoſtiliæ curiæ propoſuit, vt ab omnibus diuini cerneretur.

L. Etiam Scipio Aſiaticæ victoriæ tabulam poſuit in Capitolio, quæ faciem totius belli oſtendebat. Hanc quæ cerneret frater eius Scipio Africanus, excanduit mirum in modum, quòd in illa pictura cernebatur eius filius, qui captus ab hoſtibus duceretur.

L. Paulus victor Perſe quum per Athenas Romanam redeundi gratia iter faceret, ei que ciues omnes occuſſerent, qui pro parta victoria gratularentur,

rentur, ac pollicerentur ſtudia ſua nunquam defutura, egit illis gratias peringentes: viciffimque eis mutui animi officia pollicebatur, deinde derogabat, vt ad ſe mitterent ex ſuis philoſophis aliquem, qui filios ſuos moribus & doctrina meliores peritioréſque reddere, & pictorem etiam aliquem præclarum ac probatum, qui faciem geſti belli optime pingeret, & triumphum excolere atque exornare poſſet. Athenienſes itaque intro inter ſe conſilio, Metrodorum miſerunt, profeſſi eundem in vtraque diſciplina præſtantiffimum eſſe, & iſvtrunque munus peregre abſoluit, & picturam propoſuit elegantiffimum, & filios illius ad parem pene vſque ſui laudem erudiuit. Nunc ad inſtitutum redeo.

Fortitudinem varie definiunt philoſophi ſecundum diuerſas eorum ſectas. Nam Socrates eam ſcientiam eſſe dixit rerum formidoloſarum contrariarumque aut omnino negligendarum, conſeruantem earum rerum ſtabile iudicium, Hanc ſententiam ſequitur Chryſippus ait enim. Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum vel; vt Stoicorum quidam ſentiunt, Fortitudo eſt animi affectio in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. Platonici autem dicunt fortitudinem eſſe cōſeruationem ſtabilis iudicij in ſubeundis repellendís ve his rebus quæ formidoloſæ eſſe videntur. Ariſtoles autem putat fortitudinem eſſe mediocritatem quandam in metuendo & au-

Tuſcul. 4.

*ca. 6. lib. 3.
Ethico.*

amplitudinem atque exaggerationem quandam animi quā altissimam rationi obsequentem, quæ maxime certitur in doloris mortisque contemptu. Epicurus voluptatis assertor, de fortitudine non perperam loquitur, dicit enim eam non per naturam hominibus contingere, sed per electionem, ratione, commodique notione perspecta.

Fortitudo propriè in rebus terribilibus versatur, & præsertim in bello. Et idcirco fortis est, qui ad honestam mortem, & ad ea omnia quæ illam repente afferunt, prumptus paratúsque est, & nullo tumultu turbatur, nullaque formidine cõcutitur, sed ea fert vt ratio dicitur, honoris decorisq; gratia. Et hic quidem huius virtutis est finis, forti scilicet animo perferre atque obire quæ difficilia ac periculosa esse videntur, ne ab honesto decoroque discedat.

VIRVM FORTEM

quæ faciant, varia Philosophorum opiniones.

Titul. 11.

Non quæstio fieri solet, quænam causæ sint quæ virum fortem efficiant, & præcipuè quomodo fortitudo res sit ardua ac difficilis, & in periculis laboribúsque semper versetur. Quidam arbitrantur studio virtutis homines fortes fieri, vt sibiipsis persuadeant nihil præclarior mortalibus honesta morte esse posse. Proinde se vltro periculis obiciunt pro communi salute, proque patriæ libertate, vel pro regum principumve incolumitate, vnde in durissimis præliis cernimus fortissimum

quenque virum ante oculos sui regis vel ducis vel imperatoris fortius alacriúsque bellare, vulnera sine dolore accipere, & mortem intrepidè oppetere. quando id spectaculū peregrinū, & virtutis suæ conspicuum theatrum esse ducit. Hinc illud Maronis

Vrget præsentia Turni.

Alii laudis ac gloriæ cupiditate fortes fiunt.

Cernunt enim viros elato ac celsò animo, magno apud quosque in honore esse, & fama præmiisque amplissimis honestari: ignavos verò contra ludibrio contemptuque omnibus esse, & probris, contumeliis, conuitiisque laceffi.

Quid enim turpius quem audire?

Cic. 1. offic.

Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem, illaque virgo viri?

Aut illud: Vos instar Thetidum gladiū quidem habetis, cor verò nullum. Aut Platonicum illud, Videntes canis oculos habes, cor autem cerui.

Alij putant ex vitæ contemptu homines fieri fortes: Exemplumque Itami inducunt. Itamus enim vnus omnium qui cum Antigono militabant, fortissimus habetur, verum vitam contemptui habebat, quando scæda atque occulta valetudine miserabiliter laborabat. Hoc cõperisset rex, optimos quosque medicos vndique accersiri iussit, quorum opera ac diligentia paruo tempore curatus est Itamus, non sine magna impensa, ac regio sumptu. Qui postquam optimæ valetudini redditus est, incolumisque euasit, cunctantior ignauiorque factus, inter postremos semper verlabatur, congressumque hostiū detrectabat, quod

cum cerneret Antigonus, rogauit illum quidnam causæ esset quod tam celeriter languidior factus esset. Tum Itamus, Tu me, o rex, ignauum senemque reddidisti, qui me his malis liberaisti per quam vitam amittere cupiebam, & me periculis vltro obiectabam, fortiorque esse videbar.

Credunt alij fortitudinem fortunæ comitem esse, Sophoclemque testem inducunt, qui virtutem per sese imbecile ac debile dicit esse, nisi à fortuna adiuuetur, proinde non eundem esse animum miseris atque infelicibus, qui fuerat ante in rebus prosperis ac secundis: quando quidem destituti languent, & se ipsos deserant, animum submittant, inopiæ atque infelicitati cedant. Verum est enim vetus prouerbium,

Omnia meruit, qui omnibus indiget.

Opinantur alij fortitudinem à viribus corporis præcipuè manare, & ab illis spiritum atque audaciam accipere. Nam qui corporis robore, & nervis ac lacertorum toris præstat, & saltu, cursu, iactu, luctatione præualet, is eiusmodi viribus fretus, animi quoque virtutem sumit, & audaciam in quibuscunque periculis obeundis, sicque fortior habetur, atque omnibus formidine terrorumque incutit, & præcipuè quum ira excandescit, furoribusque corripitur. Huius sententiæ auctorem Homerum faciunt, qui Achillem inducit non modo membrorum robore præstantem, & luctatione, ac pedum celeritate reliquos omnes præuertentem, sed acrem, iracundum, inexorabilem, ac iure, pietate atque æquitate, demum viribus & armis solum fidentem. Hanc etiam sententiam augere

videntur Peripatetici, qui iram fortitudinis coream esse dicunt, eidemque virtutis locum per mediocritatem tribuunt.

VIRVM FORTEM

quæ faciant, opinionum variarum resolutiones.

Titul. III.



Ne singulis iam propositis opinionibus paucis respondere operæpretium duximus, ut omnibus inotescat quas sententias probandas, qualisque exigendas esse iudicemus. Asserentibus itaque virtutem animi per se ipsam satis posse virum fortem facere, non imus inficias id verum esse, si in electione actu & habitu vir ille tandiu versatus fuerit, donec disciplinam quandam perceperit, & Socraticam illam rerum peritiam quæ formidabiliora omnia superari per virtutem posse edocet. Hoc sibi persuasisse Pittacum Mitylenæum videmus, nam quum primò adiutus ab Alcæi fratribus Melencorum Lesbi tyrannum profligasset, longè deinde Phrionem Ateniensem ducem in singulari certamine peremit, quum inter Atenienses & Mitylenæos de agro Achilleide certamen diutius extitisset.

Sed si virtuti accedant corporis instrumenta, & fortunæ commoda, si robur, celeritas integritas membrorum, valetudo habitudo, dignitas, formæ, &c. eius generis, omnia commodius faciliusque fiunt. Non minus etiam si fortuna arriserit, adsint opes,

adsint opes, genus maiorum, gloria, & imprimis patria, quæ quidem plurimum adiuuat. Multi enim Romani, Lacedæmonij Atenientes, Carthaginenses, & aliarum etiam gentium, splendore ac gloria caruissent, nisi virtutum suarum patriam quasi clarissimum theatrum habuissent. Vere etenim Simonides Lyricus poëta ait, Beatè perfectæque ratione victuro, ante omnia oportere patriam gloriosam esse. Non defuerunt qui hanc sententiam Thaleti Milesio tribuerint. Nam interrogatus aliquando quisnam fœlix esset, respondit, qui corpore sanus sit, fortuna diues, optima patria, animo non ignauus, neque imperitus.

Secundus illè, qui gloriæ famæque cupiditate fortis esse nititur, quia ad virtutem finem dirigere videtur, superiori proximus accedit, sed in hoc minor aliqua ex parte est, quoniam pulchriora sunt (vt Cicero ait) quæ populo vacant, nec plausum captant, sed seipsis delectantur, non quòd populus fugiendus sit, sed quòd nullum theatrum virtuti conscientia maius esse possit.

Tertij autem illi qui ex vitæ contemptu fortes viros fieri parant, non rectum sibi finem præferre videntur. Nam si desperant propter aduersa, ignauius potius est desperatio illa, quàm fortitudo. Si vitæ rædio id agunt, aut nimis delicati sunt, qui vitæ incommoda ferre nequeunt, aut ea videre non sustinent, quæ præter eorum voluntatem accidunt. Quasi verum esset quod Democrito scripsit Laberius Minorum poëta, referens illum se luminibus priuasse, ne malis ciuibus videretur bene esse. At si ideo fortes essent, vt citius

moreretur, naturam ipsam violarent, qui depositam non antè reddendum est quàm ipsa reposcat. Omninoque concludendum est, fortes viros non esse habendos illos, qui vitæ contemptu in manifestam mortem tuunt ferarum more. Nam sicut mortis fugam omni morte deteriore esse puto, sic vltro sine ratione aliqua se morti obijcere, insani hominis esse statuo. Atqui non eum accusandum esse arbitror, qui cum ratione mortem dechnat, si vitam non turpiter concupiuerit. Nec eum laudandum, qui mortem tulit, si vitam contempsit.

Lacedæmonij etiam in hoc laudantur quoniam nec auidè viuendum putabant, nec libenter moriendum, sed vtrumque per virtutem ac rationem dimetiendum esse dicebant. Pulchre admodum dixit poëta ille.

Summum nec metuas diem, nec optes.

Quarti illi qui dicunt fortitudinem fortunæ comitem esse, plus tribuunt fortunæ quàm ei debeat. Mentem enim bene stabilitam, & quæ habitum virtutis iam sibi præscripsit, quæque appetitum ratione regit, corporique dominatur, fortuna nūquam frangere aut in contrarium mutare poterit, sed stabilis firinæque permanebit, & nunquam à seipsa discedet, nec fortunæ impetus vltèrius in fortem sauire potest, quàm vt illum inuidia odióque accumulet, & laude, honore, gratia ac dignitate defraudet.

Accidit enim sæpenumero, vt multitudo imperita bene de se meritos viros iniuriis quammaximis afficiat, & ex secundis rerum flatibus cæco

quodam impetu feratur. Multitudo siquidem, omnis similitudinem quandam maris tenet, quod quidem suapte natura planum ac stabile esse videtur, sed ut venti aut auræ illud cient, ita aut tranquillum aut procellosum erit. Sic etiam multitudo fortunam sequitur, nam aut inuidiæ vento concitatur, aut à factiosis ciuibus instigatur.

Fortem virum neutiquam fortunæ succumbere manifesto exéplo docuit Hannibal Carthaginensis, qui sexdecim circiter annos ea tam prospera usus est, ut nihil interim aduersi vnquam tulerit. Sed paulò post mutata facie eam iratam pertulit, aduersamque expertus est, in medio enim victoriæ cursu, & iam quasi affecto Italico bello & prope confecto, fratris sui Hasdrubalis cum vniuerso eius exercitu interitum sensit, ac deinde à legatis Carthaginensium ex Italia reuocatus est, ut periclitanti atque obsessæ patriæ subueniret, nec amplius de imperio orbis terrarum decerneret, sed pro Carthaginis mœnibus tuendis niteretur. Paruit oratorum imperio Hânibal, & quam celerrime in Africam transmisit. Sed impetrandæ à proconsole pacis spe adempta, vltimum certamen instituitur, in quod duo totius orbis terrarum potētissimi populi concurrunt, & duo imperatores omnium maximi, paruo tēporis curriculo declaraturi quò loci imperij sedem fortuna statuat, apud Zama res geritur. Scipio victor euadit. Hannibal tamen nequaquam animo decedit, sed officio optimi imperatoris etiam hostium iudicio fungitur, vincitur tamen inclinante fortuna, quæ in rebus bellicis semper plurimum potest, ut Caesar in com-

mentariis rerum à se gestarum scripsit. Hannibal, his tamen nomen tanti momēti extitit, ut Carthaginenses non antè se victos ferebantur, quàm superato magno prælio Hannibale, Zama perpetuo Carthaginensium cladis nomine illustraretur. Tuac enim omnes Carthaginensium vires coniderunt. Hac plaga percussus Hannibal, fortunæ non succubuit, sed virtutem animi erigens, ad Antiochum regem tunc potentissimum se contulit, & illum in Romanos animauit, qui si ei morem gēssisset, nec adulatoribus auscultasset, laudem ac gloriam non mediocrem affecturus fuisset, Antiocho etiam victo non destitit ab incepto Hânibal, sed ad Prusiam Bithyniæ regem commigravit, ut eum in Romanos concitaret. Sed Romani oratores ad Prusiam miserunt, qui illum amicitias inire repeterent tãquam reipublicæ hostem. Hannibal autem recognita, ne dederetur, venenum exhaussit. Hoc igitur exemplo monemur fortunæ virtutem neutiquam cedere.

Restat nunc postrema ratio, qua probatum est fortitudinem à viribus corporis præcipuè manere, & præsertim si ira ac furore excitantur. Hæc opinio ut auctorem habet omnium ingenio præstantissimum, sic non ociosa esse videtur, sed aliquid auctore dignum affert, nouerat enim Homerus (cui doctrinarum omnium ratio nota erat) difficile factu esse fortitudinem omni ex parte perfectam in vno homine inueniri posse, sed alios alia virtutis specie præstare, qua fortiores fieri videantur. Nam sicuti perfecte sapientem non Socratem nec Platonem dicimus, nec vnum aliquem ex

his septem quos Græcia sapientes appllauit, nec Catonem, aut Lælium, sed vnū fingimus, qui fortasse nusquam gentium aut locorum inuentus fuerit cui omnes perfectæ sapientiæ numeri tribuuntur, qui etiam secundum illam primam ideam vel fictam quandam imaginem perfectus absolutusque sit, & hunc sapientem appellamus, alios autem in quibus sapientiæ simulacra quadam cernuntur, prudentes vel sapientes etiam pinguiore quadam Minerua dicimus, sed non omni ex parte perfectos, imitamurque Stoicos, qui interrogantibus num Zeno, Cleanthes, Chrysiippusve sapientes fuerint, respondent magnos quidem ac venerabiles illos fuisse viros, non tamen perfectam ipsam ac summam sapientiam esse assecutos: sic nos etiam virum fortem fingimus, in quo omnes virtutis numeri cernantur: alios autem minoris fortitudinis viros fortes etiã appellamus cõmuni quodam vsu loquēdi, & singulos quosque in suo virtutis genere laudamus, Et sicut minores illos sapientes dicimus non omnibus horis sapere, sic eiusmodi fortitudinis viros non omni tempore fortes esse. Hæc est Homericæ illa sententia quæ asserit solam fortitudinem ex omnibus virtutibus sepe furentes quosdam impetus habere, vnde Tragici poætæ heroes suos aliquando furentes inducunt. Homerus, vt qui diuersas fortitudinis species esse sentiet, Achilles laudem ab ira incipit, quum ait.

Iram pande mihi Pelidæ diua superbi.

Vlyssis autem à prudentia, vt est,

Dic mihi musa virum captæ post tempora Troiæ

Qui mores hominum multorum nouit, & vrbes. Achilles animi quietem ferre non poterat, sed in pace Iracundiæ stimulis percitus bella ac pugnas optabat. Vlysses verò pacatus inducitur, & multa comitate, iucunditate, ac gratia variis cum gentibus conuersatur, prælium nonnunquam astu ac calliditate detrectat, nonnunquam per insidias atque occulto Marte inuadit, vario, atque artificioso sermone vtitur. Æquas pacis condiciones non spernit, & tamen ab omni fortitudine nunquam destituitur. Ad hanc imitationem lyricus noster ait,

Nos Agrippa neque hoc dicere, nec grauem

Pelidæ stomachum cedere nescij,

Nec cursus duplices per mare Vlyssæi,

Nec sæuam Pelopis domum

Conamur.

Diomedes autem modestus in dicendo inducitur, & in differendo placidus, iram adhibens, nemini dicto improbo, aut facto proteruo nocens. Abstemius semper, nisi in maximis functionibus ac laboribus, Hic est fortis ille quem Chilo Lacedæmonius (qui è septem Græciæ sapientibus vnus fuit) summopere laudat, & quem mitem ac facilem semper debere esse statuit vt hi quibus imperat, non tam eum metuant, quam vereantur.

Nestor autem ab Homero grandæus ille quidem inducitur, vir in omni re bellica semper consilio præstâtissimus, & in certaminibus ac palæstra exercitatus, & fortis: eius tamen virtus consilio atque eloquio præcipue fulget.

*Hector Tro-
ianamans.
eneas mes.*

Achiui dicere solebant Hectorem Troiano-
rum fortissimum esse, Æneam autem prudentis-
simum, vnde illum Troianam manum, hunc
verò mentem appellabant. Sed plus negocij sibi
dari aiebant ab Æneæ sapientia, quàm ab Hecto-
ris furore. His tot & tam variis fortitudinis laudi-
bus docemar varia huius virtutis officia esse, &
alios fortes bellatores, alios fortes duces, atque im-
peratores esse. Illi viribus & audacia præstant, hi
autem consilio & constantia. Illi temeritate qua-
dam ac furore conciti ad omnia pericula obeun-
da parati sunt, hi verò consilio temeritatem, au-
daciam autem virtute superant. Illi vitam odisse
videntur, hi mortem contemnere. Illi in perniciem
non necessariam plerumque erunt, hi necessitate
compulsi viribus & animi præsentia obfistunt. Illi
pericula exultantes optant, & nonnunquam in
illis deficiunt: hi quieti ad ea quæ formidolosa
sunt maturant, sed in ipsis deinde actius accédun-
tur. Illi vt parui torrentes inter saxa obstrepunt, hi
demum vt altissima flumina minimo quodam sono
labuntur.

Præclarè Cicero quum temeritatem à fortitu-
dine fecerneret, ait. Fortitudo est contemptio la-
boris & periculi cum ratione vtilitatis, & compen-
satione commodorum. Temeritas autem est cum
inconsiderata laborum perpeffione gladiatoria
quædam periculorum susceptio. Hæc præcipue
viribus & habitu corporis nititur. Nervosi enim
omnes & qui lacertorum toris excellunt, eximie
viribus præstantes habentur.

Tritamnius Samius gladiator ille insignis (v

ait Varro) toto corpore cancellatos nervos ha-
buit, rectos atque transuersos: Brachijs quoque
ac manibus prodigiosis viribus fuit, vt qui pro-
uocatore quendam armatum inermi dextera
superauerit, & vi correptum in castra transtu-
lerit.

Iunius quoque Valens vehicula cum culcis o-
nusta, donec exinanirentur, recto corpore hume-
ris sustinuit, & carpenta comprehensa vna manu re-
tinuit iumentis in contrarium nitentibus. Quidam
concretis ossibus, & non medullatis, viribus præ-
ter ceteros dicuntur præstare.

Admirabili corporis robore fuisse dicitur Ari-
stomenes Messenius, qui in bello contra Lacedæ-
monios trecentos hostes, & magna ex parte
ex prouocatione trucidauit, verum aliquando
vulneratus, ac captus per lapidinarum cauernas
evasit. Rursus interceptus dormientibus custodi-
bus ad ignem aduolutus lora cum corpore exussit,
& ad suos solutus rediit.

Tertiò verò mancipatus à Lacedæmoniis in nu-
meris vulneribus confossus est, & pectore dif-
fectus, cui cor hirsutum omni ex parte inuen-
tum est, & pro miraculo conditum, ac diutius
seruatum.

*Tritamnio,
mus.
Ex plin.ca.
20. lib.7.*

*Ex plin.ca.
37. multo
post mediū,
lib. 11.*

IRam quoque & excandescentiam dicunt etiam corporis vires excitare, & animi virtutem acuere. Hoc Homerus probat, & Aristoteles iram necessariam esse affirmat, nec quicquam sine illa expugnari posse confidit. Ex ira quidem animum impleri, & spiritum accendi opinatur. Hic est impetus ille, quem per nares subire, sanguinem accendere, cor inflammare canit Homerus. Hinc est sententia illa, qua dicitur, Nihil asperum ira & dolore succenso militi videri solet. Sanè Peripaterici dicunt fortitudinem sine ira lentitudinem esse. Nec equidem inficiari possum iram aliquando honestæ violationis causam exitisse, sed in rebus agendis, nisi de liberatio à ratione proficiscatur, rarò recta res aut stabilis esse poterit. Et si aliquando fortuna fauet, tandem temeritati cedit, & tunc nos ipsos increpamus per iram aut temeritatem egisse, factique pœnitet, pœnitentia tamen rem integram nõ reddidit. Id enim integrum dicimus, quod ira est, vt antè fuit, infectum siquidem nunquam fit, quod semel factum fuerit, qua quidem potentia numina ipsa priuata esse omnes arbitrantur. Ira consilium perimit. Vnde illud *Æneæ*, Furor, iraque mentem præcipitant.

Non est igitur fortitudinis per iram pericula adire, caret enim consultatione, electione, ac ratione, neque ea diutius stabilis esse potest. Nam vt primùm ira deseruit, fortitudo illa deficit, & se

ipsam deserit, in ignauiamque conuertitur. Idem de ira dicere possumus, quod de tuba in re bellica, quæ valet (vt ait Maro)

Ære ciere viros, martemque accendere cantu. Sed vt primum siluit, ardor ille extinguitur, & impetus conquiescit, ac sicut flamma consumptis nutrimentis subitò concidit.

Timotheus musicus ille notissimus Alexandrum regum omnium fortissimum eleganter, ac scitè modulando ad pugnam excitabat, quum etiam id temporis de prælio non cogitaret. Sardanapalum autem regem ignauissimum nequaquam excitasset, neque etiam à muliebribus choreis ac calathis reuocasset, si cum eo etiam Minerva ipsa concineret, vt ait Dion Prusensis. Difficile est enim naturam mutare, nec facile est etiam consuetudinem abolere, quæ ex frequenti usu naturæ similis fit. Inueteratus quidem vsus diutius permanet, & quasi in alteram naturam transit, vt *Æneum* poëtam amicam quendam scripisse testatur Aristot.

DOLOR QUID AD FORTITVDINEM.

Titul. v.



On desunt qui putent præ dolore homines fortiores fieri, vt si iniuria affecti fuerint, vulnera acceperint, aut simile quidpiam sustinuerint. Et certè magnam vim affert dolor, quod etiam in belluis cernimus, quæ vulneratæ sæuiunt, & fortibus orbatæ, truculètem rabiem exercèt, vt *Hircanas tigres* legimus, quæ pro

sublata sobole tanta ferocia insaniunt, tantæque pernicitate feruntur. Non tamen dolorem comitem fortitudinis facimus, aut iram cotem quæ illam acuat, esse dicimus. Licet enim nobis fortibus viris esse sine dolere ac vulnere, sicut etiam sine felle ac stomacho: sed doloris ratio in hominibus nequâquam par est Feris. Segnes enim ac timidi præ dolore magis torpēt, ignavioresque fiunt, audentes verò fortiores. Generosi equi calcaribus excitantur, degeneres autem stimulis confossi decidunt.

Segnes dolore torpent, audaces concitantur.

Furius Camillus dum cum Posthumio dictatore contra Volscos pugnaret, graui vulnere in coxa accepto nequaquam dolori succubuit, sed ardentior factus complares sibi obuios strauit, & victor quasi fulgur perheritimum virtutis spectaculum de se præbuit. Magnus siquidem vir fuit Camillus, & quasi alter Romulus habitus est. Galli enim Cetræ qui primi in Romanos externa arma mouerunt, quique urbem præter Capitolium captam incenderunt, à Camillo victi expulsi que sunt. Et rursus quum post aliquot annos rediissent, iterum ab eodem victi cæsi que extiterunt: qui de eis magnum triumphum duxit, quum annum octogesium ageret, vnde iure optimo Sillius in calce librorum suorum quum Scipionem omnibus Romanis præferret, ait.

Sillius li. 7. Salue inuicte parens, non concessure Quirino. Laudibus, ac meritis non concessure Camillo.
Antigonus. Antigonus Macedo bellator egregius quum Perinthum urbem obsideret Philippus Alexandri pater, missa in eum sagitta altero oculo captus est,

est quo vulnere mirum in modum excanduit, nec prius telum euelli permisit, quàm hostem graui ter vltus esset, & sagittarium illum à quo ictus fuerat, coram se trucidatum laceratum que videret.

Sertorius ex vulneribus, quæ plurima aduersa accepit, & ex effosso oculo semper ardentius ferociusque in hostem ferebatur, & ex cruore suo victoriæ occasionem quærebat.

Sertorius.

Instrage cannensi (qua nulla Romanis miserabilior fuit) inter occisorum cadauera cæsis manibus, & multis vulneribus perfoffus iacebat miles, quidam Romanus, ad quem expoliandum impunitissimus Numida miles accesserat, tum ille semimortuus, & ægre spiritum ducens in eum insurgit, faciem que mordicus inuadit, & nasum atque auriculas rabide abrodens indignam quibuscunque potest armis iniuriam vlcisitur, hac vindicta hostili sanguine perfoffus extremum spiritum exhalauit.

Mirabile militis exemplum.

Ex vale. Max. lib. 3. de fortibus.

Attilius Iulij Cæsaris miles apud Massiliam nauali prælio hostilem nauim dextera apprehendit, quæ à defensore abscissa est, tum læua pupim apprehendit, nec antè dimicare destitit, quàm captam profundo mergeret.

Attilius. Ex vale. Max. de fortibus. lib. 3.

Nec minus egit Marcus Scæua eiusdem imperatoris centurio, qui ad Dyrrachium hostili sagitta vulneratus oculum cum telo excussit, nihilo segnior ob id factus, sed humero, capite, femore que transfixo, & centum insuper & triginta telis clypeo exceptis, cõpluribus interemptis hostibus ad suos euasit, à quibus magna cum lætitia exceptus fuit.

Vale. Max. li. 3. de fortitudine.

*Alexandri
facetum di-
ctum.*

Nec omittendus est hoc loco magnus Alexander, qui sagitta aliquando ictus spiculum euelli iussit, ac confestim equum sibi admoueri, quo conscenso vestis est in hostem, ne obligato quidem vulnere, ac forti animo destinatae virtutis officia peregit. Et quam saucium crus ex equo penderet, & exiccato cruore vulnus recrudesceret, facetè ait, Nunc planè video me Louis filiù nò esse, dolorè enim sentire, nequaquã diuini hominis esse.

Sed ad hanc demum sententiam veniendum est, homines neque per iram, neque per dolorem fortes fieri, sed similitudinem quandam ex impetu accipere, fortioresque videri non pugnant: verè autem audaces, feroces sauique dici possunt. Id enim agunt animi perturbatione perciti, non autem virtutis studio, aut vitandæ turpitudinis gratia, aut quòd gloriam famamve affectent, sed sicut per iram ac vulnera vehementer dolent, sic per vltionem plurimum lætentur. Pulchrum est inimicos vlcisci, clamabat Cornelia Gracchorum mater. quod tunc verum esse posset, quum per virtutem id fieret, non autem per dolorem aut stomachum. Virtutis honestique rationem habuit Aristoteles; quum ait, Fortis viri est, quæ hominibus terribilia videntur, & sunt, subire, & id quidem agere studio honesti atque decori, ac vitandæ turpitudinis gratia.

*Audentes
fortuna in-
uat, rimi-
dòsque re-
pellit.* Vera quidem est, Euripidis sententia quia dicitur, fortuna fortes adiuuat, ignavos autem premittit, quod quidem hoc exemplo ostenditur. Duæ Cæsarèsque re-
cursum tendebant, verùm aduentu noctis, signata

*De bello
Gal. lib. 3*

quem locum alia cepissent contra Lystum oppidum in anchoris constiterunt. Eam maritimam oram cum præsidio à Pompeio misso tenebat. Octacilius Crassus, & eas naues conspicatus paruis nauigiis oppugnare nitebatur, verùm dum nihil proficeret, cum illis de deditioe agit, incolumitatemque deditis pollicetur. In vna quidem harum nauium ducenti ac viginti tyrones vehebatur, in altera verò veterani circiter ducenti. Nausea confecti tyrones, & maritima tempestate perturbati, conditione acceperunt, & hostili iureiurando freti, Octacilij fidei se committunt. Ille contempta fide, atque omni religione neglecta, nulli per aetatem aut gratiam parcens. ante conspectum suum omnes interimii iussit. Veterani autem qui se tempestate forti animo crediderunt impulsi nauigio in terram, nulla desiderata sarcina omnes incolumes euaserunt, manifestoque exemplo docuerunt animi fortitudinem virtutem esse omnium præclarissimam.

Sapienter quidem apud Xenophontem Assyriorum rex quum suos ad pugnam hortaretur, ait, Vesanae mentis est miles ille, qui vitæ cupiditate ductus se fugæ permittit. Per virtutem enim salutem acquirimus, per fugam interitum plures siquidem mortem fugientes cæduntur, quàm forti animo dimicantes.

Pp ij

Desperatio
 ij. *Ancidos*

Non defuere etiam qui existimarent desperationem aliquando ex timidis fortes viros reddere, quod & Virgilius sentire videtur quum ait.

Vna salus victis nullam sperare salutem. Nota est etiam sententia illa qua dicitur. Necessitas efficacior est omni arte, quæ non modo vñsata præsidia, sed etiam noua & inaudita adhibet. Et Diodorus Siculus inquit. Necessitas naturam instituit, quæ temporibus parens, se ad id quod vñi esse videtur, accommodat.

*Ambrorum
 mulierum
 facinus.*

Ambrorum vxores legimus cõuerso in fugam virorum exercitu à C. Mario, ex desperatione fortissimam præbuisse operam, quippe quæ gladiis, & securibus armatae obuiam fugientibus viris progressæ sunt & eos magno clamore reuocantes, in suos tanquam in proditores, in alios autem tanquam in host. s irraebant, pariterque utrosque vlciscabantur, inuictò animo vulnera ac mortem perferentes, & nudis manibus ac gladiis clypeos Romanis eripientes. Atqui verius si recte inspicimus, iudicandum est, desperationem sapius furorẽ suum in seipsam couertere, quàm in hostẽ. Quot enim duces, imperatores, atque illustrissimos viros legimus desperatis rebus sibiipsis mortem intulisse? qui si diutius vitam produxissent seque meliori fato refruissent, vti iniurias aduersam fortunam superassent.

Cassius non expectato à Bruto nuncio, quum suspicaretur illum esse peremptum, sibiip̃si quam celeritate vim attulit, qui si nõ tam propere desperasset, vel si furorem in hostem conuertisset, & se, & Brutum, & exercitum magna ex parte incolumem reddidisset.

Inuenti etiam sunt populi qui ex desperatione seip̃sos consumpserunt. Omitto Saguntinos, quorum memoria nulla vnquã obliuione delebitur. Igne siquidem ac ferro in se suosque omnes grafsati sunt: quos Silius poeta peregregius eiusmodi versibus extulit.

At vos sydereæ quas nulla æquauerit ætas
 Itẽ decus terrarum animæ, venerabile vulgus
 Elysiũ, & castas se des decorare piorum.

Numentini à Romanis obfessi, quum fame & omnium rerum inopia ad deditionem compellerentur, seip̃sos per vices maluerunt trucidare, & imbellem ætatem omnem ferro transfigere, quàm clementissimo hosti cedere. Proinde urbem Scipio deleuerit, dequẽ ea triumphauit, & perpetuum gloriæ cognomentum accepit.

Xantij populi, qui Patarcis ac Lyciis finitimi sunt quum libertatem se tueti posse desperarent, ter seip̃sos peremerunt. Primò obfessi ab Harpalo Medo Cyri regis perfecto, ne seuirent, vltro sibi mortem mutuis vulneribus intulerunt. Rursus quum ab Alexandro Philippi filio similem calamitatem pertulissent. Tertio verd quum à Bruto expugnarentur. Capta enim vrbe, municipes discurrunt suam pristinam vnusquisque domum redeuntes, tum domesticos omnes vltro iugulum

præbentes interimunt. deinde subiectis pyræ quam quisque sibi sui que parauerat, flammis, seiplos etiam ferro adigentes ignibus iniiciunt, crudele admodum de se spectaculum victoribus præbentes. Nemo enim ex tanto ciuium numero in manus hostium uiuus peruenit, nisi seruus ante fuerit, aut pre nimia ignauia vecordiæque spernendus, quod quum cerneret Brutus, ingemuit, & in sælicem eorum sortem qui etiam pro patriæ libertate pugnarent, miseratus diu tacuit, instabilem humanarum rerum conditionem forsitan secum animo reuoluens, aut cogitans successu plerunque carere eos qui pro communi libertate decernunt. Sed nihil æquius sanctiusque esse potest, quam libertatem tueri, cui quidem mortales omnes student, & seruitutis conditiones iniquo animo ferunt præscribente natura omnium parente.

*Vel Agest-
lao, vel bra-
sida:
vtrique e-
nim hoc tri-
bit Plutar.
latina veri-
tatis amu-
lus in apo-
pht. laconi-
cis.*

rege Dario deprehensus quum illius digitorum indicus inuasisset, regias manus euasit, docuitque manifesto exemplo vel pusillum quodque animal libertatem suam aliquando tueri posse. Nūquam igitur virtutē, vel raro admodū adiuuabit despectu ratio, nisi auxilium esse dicimus, quod ad honestè moriendum magnum incitamentum nonnullis affert. Sed rectius omnino est deo parere, & quicquid lex vniuersi iubet, expectare, atque incunctanter exequi. Eam nanque violare nefas est, & forti etiam viro iniquum videri debet, qui

præ animi magnitudine semper optime sperare potest. Bona enim spes etiam in manifestis periculis adiuuat, laboresque minores facit, & ad optimum optatumque exitum plarumque rem perducit. Quæ etiam communis spes mutuam quandam concordiam ac beneuolentiam parit, quæ quidem fortitudinem adiuuat, quasi deo fauente, & inter omnes optime conspirante.

Spem, philosophorum quidam inter virtutes connumerant, & Simonides lyricus poëta reginam hominum esse dixit. Alij autem animi affectum omnium dulcissimum spem esse affirmant, huc accersitur illud Plutarchi *διελπίδες βόσκεισι θυγάδες*, hoc est, Spes Pascunt exules. Quæ sententia ductus Bias Prienensis roganti cuidam quid in vita hominibus esset dulcissimum? spem respondit.

Præterea peritia rei militaris, & tractatio vsusque armorum non modò dexteritatem quandam corporis præstat, verum etiam fortitudinem animi adiuuat. Multa in bello quotidie accidunt, quæ improuisa & formidolosa esse videntur, ex consuetudine autem contemnuntur. Vnde merito Tragicus ille noster ait, Maior est bello timor ipse belli.

Hæc est ratio cur fortior videtur ille qui subitis improuisisque periculis non turbatur, quam qui manifestis periculis non concitatur. Ex vsu enim, vel ex animi præparatione prouidentiaue vnusquisque præstantior fit. Nam prouisa ratione, & cogitatione, tolerabiliora fiunt: repentina autem, nisi cogitatione, & longo habitu, magna

cum difficultate feruntur. Fulgetræ cæli, & subitæ coruscationes, tonitrua, fulmina, & improvisi omnes fragores, animos etiam fortissimorum hominum primo concussu perturbant, vsu deinde facile perferuntur. Vfus enim rerum omnium magister est, vt veteri prouerbio dicitur.

Tyrones primis præliorum congressibus hostilium armorum fulgorem vix firma oculorum acie ferre possunt, & ad minimos quosque motus trepidi accedunt. Turbantur strepitu, tumultu, fragore, instrumentorum bellicorum ictibus, & præcipue eorum quæ fulminum tonitruumque instar nostra secula inuenerunt, quæ firmissimos quosque muros, latissimæque mœnia in ruinas scissa & ab omni structura laxata crebro pulsū decutiant. Lapidem enim pilam peringentem, & maximi ponderis emittunt, quæ turres etiam excutit & munimenta quæque deturbar, his lapidum balistis minutissimæ quæque vires stratis muris ac propugnaculis expugnantur, aded, vt vix quippiam tutum à potenti exercitu inueniri possit.

Bombardum forma. Huius bellici instrumenti facies ac forma eius modi est. Conflatum fustumque æs in subiectum scrobem, cui Archetypus instar columnæ subest, per canaliculum funditur, in cuius medio cauum relinquitur. Ad tertiã quartamve totius orbis partem, clauso fundo, ore autem patulo, id cauum citra summam partem angustum est, deinde pari ambitu ad os vsque crescit, imum illud puluere completur, ex nitro, sulphure, salignoque carbone confusis, deinde populneo cuneo intus vecte stringitur, lapideaque pila quæ ambitum lati oris implet, ad

cuneum vsque adigitur. Tum paruo foramini, quod ad imam partem exterebratum est ignis candenti ferro admouetur, clausus ille puluis incendium tanta vi concipit, vt exacto per vim cuneo pilam emittat tanto conatu, tanto tonitru, tanto concussu ac turbine, vt vix maiora credas fulgura, quæ attritis nubibus è cælo decidant, quibus integras turres deturbari, & montium vertices concuti ac collidi cernimus. Nec vlla ex parte huic machinæ conferendus est antiquus Aries, qui à forma proni arietis nomen accepit, qui quæ reciproci ictus frequentia collisis muris, remisque faciliscentibus, structuras omni ex parte laxabat vires enim inferiores habebat aries, & difficilius ad muros adigebatur.

Aries bellica machina

Sed illuc redeat sermo vnde defluxit. Tyrones igitur nouitios principio sic timere, & paruo tumultu concussioneve turbari quis admiretur? lento tamen vsu consuescunt vulnera pati, & forti animo pro patria occumbere, hoc autem & militari vsu, & prouisa rerum ratione assequatur. Magna itaque non modò militum, sed imperatorum etiam ac ducum virtus habetur subitis improvisisque casibus forti animo adesse, qua in re vt in multis aliis C. Cæsar mortales omnes anteit.

Sertorius quoque repentinis atque impræmeditatis terroribus aded resistit, vt animum ac vires à periculis sumere videretur. Et hac virtutis præstantia maximus omnium ducum sui temporis habitus est.

Sertorius à periculis vires sumebat

Darius Xerxis patèr seipsum gloria afferere

bat, quod in pugna & periculis semper fortior elatiorque fieret. Milites non solum consuetudine, sed arte quoque intrepidi fiunt. Idcirco Cesar Tyrones Romae à peritis in re militari doceri atque exerceri voluit, non autem à Mangonibus, qui Athletas erudiunt. in re enim bellica ingenij acumen, & animi fortitudo maxime dominatur. in certaminibus autem ludicris corporis robur & membrorum vires.

*Proverbiū
Olympiadū
anni vnde.*

Crotoniate, qui ceteros omnes aliarum gentium superauerat in ludis, in exercendis Athletis magnam operam ac diligentiam impendebant, unde in vna Olympiadis celebritate septem eorum ciues coronati sunt, hinc ortum est proverbiū, Crotoniatarum postremus reliquorum Graecorum primus tamen autem fuit coronari in Olympiacis certaminibus apud Graecos, ut anni qui apud alias gentes à regum qui tunc regnabant nominibus, apud Romanos vero à consulum denominabatur, à victoribus Olympiadis, & ab eorum patria notarentur. Et singulaequeque urbes olympionicas suos perpetuo ex publico alebant, & filiarum dotes etiam persoluebant, ut Dionysius Halicarnassensis testis est locupletissimus. At qui Crotoniatæ, quos olympiacorum ludorum victores diximus, in re militari succubuerunt. Nam apud Sagram fluvium, qui eos à Locrensisibus determinat, iuxta aras Castoris & Pollucis exercitum centum & triginta millium armatorum amiserunt, superatum collato Marte à decem millibus Locrensisibus, in quibus tamen adiutores fuerunt Rhegni, non cum magna admodum manu. Hac itaque plaga percussa Crotoniatæ, animū diutius

submiserunt. Quod nunc exemplo manifestè constat aliud esse animi virtute, aliud corporis viribus decernere, & præcipuè ubi res stricto ac denso agmine agitur, quum premitur pede pes atque armis armis teruntur ut ait Ennius.

Nec credendum est Milonem athletam, (qui tam prodigiosi roboris fuisse dicitur ut vectum à se humeris bouem istu nudæ manus victimam fecerit: & à nemine quum constitisset, è vestigio in quo *Ex plin. ca. 20. lib. 7.* erat, abducebatur, & si malum digito teneret, nemo ei eripere poterat) si cum Lucio Siccio detato *vel Sicinio* (qui ceteris vicis præliatus fuerat, & octies ex pro- *Plin. ca. 28* uocatione victor in singulari certamine) concurrerit, aut in pugna occurrisset, superior è extitisset. Neque etiam puto Diomedem athletam (qui vno istu in olympiaco certamine aduersarium deiecit, columnamque qua domus nitebatur, subtraxit) si cum Manlio (qui capitolium à gallis seruauit) in bello certasset, victorem futurum fuisse. Nec Polydamus pugil (qui desidentem in specum montem humeris sustinere voluit) si cum Scæua ceterurione certasset, *M. Scæua* victor vnquam euasisset, sed succubuisset potius, *Iulij Casaris filius.* Præstant igitur corporis viribus animi virtutes, & longè maioris momenti est virtutis studio pro victoriæ gloria præliari, quam corporis robore pro paruo præmio colluctari. Pelopidas Thebanus bellator peregregius habitus est, & imperator fortissimus, is quum aliquando domum egrederetur, in expeditionem cui præerat profecturus, uxorem, quam vnice diligebat supremo alloquens rogauit, ecquid vellet? tum illa profusis lachrymis ait se illum hortari atque orare,

sibi ipsi, salutisque suae omni studio indulgeret. Cui ille comiter respondit: O mulier, privati milites monendi rogandique sunt ut incolumitati suae consulant, sibi que ipsis parcant: Imperatores autem obsecrandi obtestandique, ut pro omnibus excubent, omnesque saluos esse studeant.

Hæc pugnacissimi imperatoris sententia docet, reges, duces, & omnes qui exercitui præsent, multa prudentia multaque animi fortitudine præditos esse oportere, quæ se ipsos & vniuersum exercitum tueantur. Nam si priuatorum singuli sibi ipsis satis sunt, qui imperant, & sibi ipsis, & omnibus qui eis parent, satis esse debent. Quod si alterum omittendum sit parceret multitudini, & exercitum potius quam seipsum seruabit, exemplo Epaminundæ Thebanorum imperatoris, qui quæ cerneret extremo prælio ad Mantineam hostium vires in se vnum conuersas, & aut sibi, aut exercitui esse pereundum, restitit inuictæ animo, donec exercitum suum victorem reddidit. Quum vnus deinde tot millibus diuicias satis esse nequiret, sparoque perfoßus esset lethali vulnere sensim se ad suos recipit profligatis caesisque magna ex parte hostibus. At postquam accepit suos victores euafisse, Satis diu vixi, inquit, deinde sparum quoniam fixus erat euelli iussit, quo euulso confestim examinatus occubuit.

*Paulus
Æmilius.
Varronis
temeritas.*

Magnæ virtutis exemplum præbuit Paulus consul in Cannensî clade, quænam enim contra eius voluntatem prælium inuictum fuisset, temeritate collegæ sui Varronis, tamen ut exercitum aliqua ex parte saluaret, permitteret que suis fugam, manife-

stæ morti se obtulit, restitit que forti animo, donec multi se ex cæde proripuerunt, multitudine hostium deinde obrutus, quum ex vulneribus profuso sanguine defecisset, cecidit. Varro autem qui causam calamitati præbuerat, relicto exercitu, ut vel solus euaderet, quam celerrime profugit, omnibusque id cernentibus ludibrio fuit, Paulus vero admirationi, aded ut ab Hannibale ipso summis laudibus efferretur, ut Silius etiam meminit his versibus.

Quætu Pauli iaces, qui tot modò millibus vnus *Silius.*
Maior letitiæ causa es! quum fata vocabunt,
Tale precor nobis salua Carthagine lethum.

Priuatorum quidem miles exempla virtutis à præstantioribus sumit, & à fortioribus quid facto opus sit, discit. Qui vero imperat, & sibi & aliis præscribere debet quæcunque rebus omnibus conducant: nec enim quem imitetur habet, nec vnde exemplum accipiat, quum ipse omnium actionum fons & origo sit, & exemplar de se cunctis præbere debeat: ut in quem vnum singulorum oculi atque ora verentur. Regis itaque principis ingenium illuc vires intèdere debet, ut omnes aperte cognoscant pro sua ipsorum salute omnia fieri maiore cura, diligentia, prudentiaque quam si illi sibi ipsi eadem illa fierent.

In bello gerendo (ut ait Iſocrates) tanti faciendæ est regis fortitudo scientiæ rei militaris cõiuncta, quanti diuitiæ atque opes omnes. Nam si pecunias belli neruos esse dicimus, regem mentem accor belli dicere debemus, in quo quidem suspiciendo magno magna consultatione opus est, non

*pecuniarum
ui sunt belli
rex autem
cor.*

*Lento gressu
ad vindictā
sui diuina
procedit ira
surditate
de supplicij
grauitate
comperſat.*

modo vt vires suas cum hostium viribus metiatur, verum vt videat etiam ne victoria plus odij atque inuidiæ sibi afferat quam beneuolentiæ ac gratiæ. Stultum enim esset pericula ac labores subire sine spe aliqua utilitatis ac gloriæ præsertim si aliquis iniuria afficitur. Verum siquidem est illud quod vulgo dicitur: Sicuti causa iustior est, ita & fortuna in bello superior diuinitus dari solet. Quod si fecus aliquando accidit, vt iniusti victoriam aliquā assequantur, ea ne utiquā solida ac stabilis esse solet. Consuevit enim deus immortalis iis quos pro scelere ipsorum vlcersi velit, secundoiores interdum res & diuturniorem illis impunitatem concedere, quo gratius ex rerum mutatione doleant, quā sententia sæpenumero Iulius Cæsar utebatur. Scitè admodum dicebat Xenophon, malos in re bellica malam sequi fortunam, bonos autem bonam. Proinde Lycurgi leges laudat quod non fortunæ, sed virtuti inferuire videantur, nec tam victoria, quàm recti & honesti rationem habere. Oportere ait Euripides poëta cum qui ocio quietus esse nequit, quique rebus suis nequaquam contentus est, sed aliis iniuriam afferre vult, non Ægyptas patriam fugiētes, & regionem tanquam aues mutantes inuadere, quos vincere nullum operæ precium esset, nullaque honestæ laudis gloria, sed eos persequi, quorum victoria, opes, potentiam imperium ac gloriam afferre possit, vt si iustitiæ iacturam facit, eam non paruo lucro, sed maximis quibusdam præmiis compenset. Hanc sententiam ab Euripide vt à Tragico poëta æquo animo tolerare possumus. Multa enim dicunt poëta

vt regibus, principibus, ducibusque blandiantur sed à philosopho Empedoclisque discipulo eadem nequaquam ferenda essent. Nulla enim opulentiā nullaque gloria cum iusti honestique iactura conferenda est. Iniustitiæ seipsum insimulabat, & se etiam testem inducebat C. Cæsar, quum ex eodem Poëta translatum versum dicebat: violandum est ius, regnandi causa violandum est, aliis rebus pietatem colas.

Intelligat præterea rex, non illam animi virilis magnitudinem laudari, quæ ardua quæque ac difficilia suscipiat, sed eam quæ ratione ac consilio suscepta omnia forti deinde ac constanti animo perficiat (facile enim succubunt, quicumque præter vires suas onera sustinent) satiusque putet paruum regnum cum virtute ac ratione quietè regere, quàm vel maximum cum metu atque periculis iniuste tenere.

Beatum profecto eum regem esse dicimus, qui præsentis fortuna cõtentus, nihil vlteriùs immoderate appetit. Lacedæmonij quum terra marique vniuersæ Græciæ imperarēt, tanta dominandi cupiditate flagrarunt, vt Asiam omnē suo imperio subigere affectarēt: qua ex re tantum inuidiæ atque odij contraxerunt, vt & imperiū & propriam libertatem amiserint. Sed ad hanc conclusionem sententia nostra perducēda est, vt quemadmodum in armorum ratione antiquior cauendi, quàm inferendi ictum cura est, sic rex ipse studeat proprium regnum seruare potius, quàm alienum inuadere. Multi haud dubiè inuenti sunt, qui dum aliena occupare studerent, sua amittunt. Testes sint

Carthaginenses, qui si conuentis conditionibus apud Agadas steterissent, neque Hannibalem cum terrestri naualique exercitu in Italiam vt Romam inuade ret misissent, nunquam vidissent Carthaginem obsessam, expugnatam, direptam & demum igne ferroque euersam.

Athenienses quoque nimis affectati imperij penas dederunt omnia enim Græciæ regna velut ad extinguendum commune incendium contra eos coniurauerunt, & Lacedæmonij se vindices fore libertatis totius Græciæ professi sunt. Qua ex re ad tantam inopiam ex uariis cladibus Athenienses peruenerunt, vt consumpta militari iuuentute peregrinis ciuitatem, seruis libertatem, damnatis impunitatem dederint. Et quum victi omnino extitissent, diu inter Græcos deliberatum est, delendumne Atheniensium nomen esset, & vrbs incendio consumenda ac funditus euertenda foret. Cui quidem sententiæ resisterunt Spartani, asserentes se neutiquam perpeti posse vt ex duobus Græciæ oculis alter erueretur. Pacem itaque petentibus illis æquis conditionibus permisissent.

CAVENDI CVRA AC DILIGENTIA QUANTI FACIENDA SIT.

Titulus VII.



Vanti cauendi cura facienda esset, Græci legumilatores planè docuerunt. statuerunt quidem magnam ac formidandam pœnam militi, qui scutum in prælio proiecisset: qui verò gladium aut hastam, nulla afficiebatur pœna, quasi ostenderent innitendum

tendum esse nequid detrimenti patiamur potius, quàm vt vulnera hosti inferamus. Hac etiam causa Romani non dexteram militari anulo donabant, sed sinistram, quæ clypeo hominem tegebat. Epaminundas dux ille inclytus Thebanorum, de quo paulò ante dixi, quum apud Mantiniam lethali vulnere traiectus esset, quæsiuit diligenter an scutum amisisset, quod quidem quum familiares eius ipsi attulissent, amplexatus est quasi socium laborum suorum: & tunc haud mœsto pectore interiit, vt qui vitam æquiore animo amitteret, quum clypeum etiam, pro quo sollicitus fuerat seruasset. Hoc cauendi studium regi vel imperatori perquam necessarium est.

Propter bellicas virtutes imprimis laudatur Viriatus, qui à Lusitanis (qui semper alios omnes imperatores contempserant) ex pastore, ac venatore nulla maiorum commendatione dux constitutus est ob id solum, quia cauendi peritia plurimum præstitit. Philippus quoque Macedo magni Alexandri pater hac etiam cauendi arte insignis habitus est, gaudebat enim longè magis decepto per dolum hoste, quàm aperto Marte superato, vt qui diceret victoria per dolum ac caliditatem, sine suorum cæde semper esse, illam autem que collatis signis accideret, nunquam sine cruore ac strage. Illud etiam cogitare debet imperator, se vnum esse instar omnium & quum salutem suam tuetur, tunc aliis etiam consulere. Idcirco male respondisse videtur Callicratides vari monenti, præcipientem mortem vt caueret, quæ ei imminabat, vt ex hostiis portendebatur. Ait enim non ex vnius viri

Callicratides.

Ex Plutar.

in apophth. morte omnium Lacedæmoniorum salutem p̄de-
Laconicus. re. Cogitare enim debuit, se vno imperatore pu-
 gnante, reliquos omnes qui eius ductu atque
 auspicio tenebantur, in pari periculo esse, secun-
 que periclitari. Hoc vt ostenderent iidem Lacedæ-
 monij, consueuerant cum diis gratias pro re
 bene gesta referre conarentur, bouem mactare,
 quoties scilicet rex eorum quispiam aut impera-
 tor præclarum aliquid egisset, non vt & armis,
 sed prudentia atque consilio, vbi verò idem præ-
 lio ac pugna affectus esset, gallum galinaceum
 immolabant, quasi indicantes ea longe clariora
 esse quæ ratione ac prudentia fiunt, quam quæ vi
 & audacia. Fabius maximus corona graminea do-
 natus est ab vniuersa Italia, quando quidem non
 repugnando, sed cauendo rem Romanam resti-
 tuisset, & exercitum sibi ceditum conseruasset.

Hanc sententiam veram esse exempla duorum
 clarissimorum regum declarabunt. Pyrrhus Epi-
 rotarum rex successu rerum elatus, contra Anti-
 gonum Macedonum regem nulla laceffitus iniu-
 ria, arma mouit, fretus peritia rei militaris, succes-
 su rerum gestarum, audacia, ac fortitudine. Anti-
 gonusei resistebat consilio & prudentia potius
 qui temeritate, & audacia plerumque prælium
 detrectabat, donec exulantiam ac vires hostiles
 cunctando ac perendinando contereret. Pyrrhus
 itaque quum hoc animaduverteret, & iam rei fru-
 mentatiæ inopia vrgeretur Antigonum per inter-
 nuncium ad singulare certamen vocabat, cui illi
 eiusmodi responsum refertur iussit, se ex discipli-
 na militari didicisse temporis opportunitatem ex-

pectandam esse. Sed si Pyrrhum iam vitæ pertæ-
 sum esset, satis ei multas vias ad interitum patere.
 Quod quidem paulò post ei contigit. Nam
 quum insoleatius exultaret, & in hostilia mu-
 nimenta incautius irrueret, interemptus est, e-
 iusque caput ab Argiuo quoda acceptum Alcyo-
 neus Antigono patri obtulit. Qui filiũ pollutum
 ac barbarũ appellans, grauiter increpauit, & obdu-
 ctã chlamyde ante oculos lachrymas effudit, regis
 fortunã miseratus qui in flore ætatis suę occidisset,
 & in medio victoriarum cursu tunc corruisset,
 quum regum omniũ fortunatissimus haberetur.

Pelopidas quoque Thebanus, & M. Marcellus
 pugnaciores quàm consultiores habiti sunt, &
 quum freti viribus potius quàm consilio temere
 ferentur, ambo ceciderunt. Vera est enim Crispi
 Sallustij sententia, dicentis difficile imprimis esse
 quenquam in bello strenuissimum, etiam consi-
 lio optimum inuenire. Quòd si Cæsar, Alexan-
 der, Hannibal, & pauci alij vtrunque diuino quo-
 dam nutu affecti sunt, innumerabiles certe alij
 per tot secula in altero tantum claruerunt, magni
 tamen habiti sunt, nec parua laude illustrantur.
 Generaliter de fortitudine hætenus dixisse satis
 sit. Nunc autem de earum virtutum speciebus
 quas fortitudo præstat, dicere operæ precium esse
 arbitror. Has autem principaliter octo esse duci-
 mus, magnanimitatem, fiduciam, securitatem,
 magnificentiam, constantiam, tolerantiam, stabi-
 litatem, patientiam.

Magnanimitas est, quædam animi excellentia, quæ honorem sibi præferens quasi magnum ciuile bonum, ad quod actiones omnes dirigat, & virtutem quasi honoris effectricem, omnia excellenti animo gerit, quæ secundum eam sunt. Hæc expositio declarat neminem magnanimū esse posse, qui non sit etiam vir bonus, eius enim finis ad honorem tendit, ad quem nisi per virtutem nemo peruenire potest: quando quidem honor virtutis sit premium, quod nemo malus assequi meretur, sed bonis solum debetur. Hoc declarasse videtur M. Marcellus, qui quum Honori templum ex manubiis Syracusanæ prædæ vouisset, ea ratione illud statuit, vt nemo ad Honoris templum peruenire posset, nisi prius per Virtutis ædem, quæ ei quasi pro vestibulo coniuncta erat, ingrederetur. Possumus quidem pinguiore (quod aiunt) Minerua dicere magnanimitatem ornamentum quoddam virtutum esse, non quod illas adiuuet, maior esse faciat (sunt enim absolutæ, atque perfectæ) sed quia sine illis esse non potest. Fœmina quidem pulcherrima, aureo amiculo non indiget, eo tamen amicta, conspicua magis videtur: illud autem per sese, parum decoris haberet.

Cum quispiam secundum virtutes agit, ad destinatum honoris finem peruenit, pro quo nec rem familiarem prodigere ambigit, nec magnos labores periculâque subire, & vulnera mortemque

perferre. Quinetiam indignum admodum putat vitam ignauam, sin honestam, illaudatamque agere, mauultque honestè mori quàm turpiter & inhonestè viuere.

Magnanimus magna præclarâque omnia agit forti atque inuicto animo, nec lucrū mercedemve aliquam expectat, sed sola honoris ac laudis gloria contentus est. Nec contrahitur aduersis, nec effunditur lætitia, nec dolore remittitur, nec nimia cupiditate quicquam appetit. Nec dum fruatur nimis insultat, nec alteri inuidet, quia propriæ virtuti confidit. Magnanimus præ cordis excellentia nihil admiratur. nihil enim magnum ducit, quod per naturam fieri possit; seruâtque semper stabile iudicium. Verus est, nec simulare aut dissimulare nititur; vt maiora aliqua minorâve esse ostendat. Veritatem sequitur potius quàm opinionem, Palàm odit, palàmque amat. Manifestè loquitur, nihil clàm agit. Occultare enim veritatem, timidi iguauisque hominis esse existimat. Contumaces comprimit, subiectis indulget, exemplo Cæsaris qui post Pharsalicam victoriam dicebat, nihil se libentius facere, quàm supplicibus signoscere, & veniam petentibus parcere.

Alexander animi magnitudine excellentior parte extitit, proinde alia vincendi ratione utebatur. Bella enim semper aperto Marte gerebat, Philipus verò ex insidiis ac dolis omnia tractabat. & deceptis semper hostibus gaudebat, filius autem manifesto certamine superatus. Astu atque arte parer imperij orbis terrarum fundamenta iecit, filius autem claris apertisque præliis rem affecit-

& confecisset forsitam, nisi in medio victoriarum cursu, & primo ætatis flore concisset, siue veneno enectus, siue fortuna eius præclaris rebus finem conscribente, quæ raro admodum stabilis esse solet aut rem inchoatam perficere.

Sui generis magnanimitatem efferebāt Heluetiorum legati ad Cæsarem, cum dicerent ita se à parentibus maioribusque suis institutos fuisse, ut magis virtute quam dolo contenderent, aut infidiis niterentur. vnde non solum Heluetios, verumetiam Gallos omnes Cæsar laudat, quos affirmat esse homines apertos minime infidiosos, qui virtute non dolo decernant. Execratur autem Aphros, qui dolis & infidiis certant non virtute, aut animi magnitudine. Magnanimus ad hæc de omnibus bene meritis videri studet, omnibusque bene facere cupit, & officia sua cunctis communicat: Anaxilaque regis sententiam sequitur, qui interrogatus aliquando quid beatissimum in rege esse putaret, respondit, nunquam beneficentia ac magnanimitate ab aliquo superari. Quinetiam ut ad præstandum magnanimus promptior est, ita ad accipiendum tardior, Beneficio enim deuinciri eum pudet, ut qui cæteros benignitate anteire velit, & quum accipit, cedere posteriorque esse videtur. Conferre enim beneficium, victoris est. accipere autem, victi, quod si quando accipit, id lato animo hilarique vultu efficit. Sperat enim quicquid acceperit se quamprimum repositurum, & cumulatione mensura redditurum, ut villico suo præcipit Hesiodus. Peccantibus autem perfacilis est, & æquiori

animo semper obsequitur, libenterque omnibus morem gerit, ipse autem precari nescit. Obsequium non quærit, neque ut sibi quispiam morigeretur. Novit enim vetus prouerbum. Magna mercede emit, qui deprecatur, neque paruum accipit præcium, qui rogatur. Euripidis quoque sententia est, non paruum esse malum, amicos experiri. Porro in tribuendo erogandoque semper excedit. Nam sicut aliis gratiam debere erubescit, sic ab aliis gratiam sibi deberi gaudet. Magnanimus cum clarioribus libenter decernat, pudet enim eum cum ignavis ignobilibusque certare. Cæsar in bello Alexandrino Ptolemæum regem captiuum asseruari iusserat, verum illum petentibus Alexandrinis reddidit, quanuis enim illorum fallacem mentem perfidamque plane dignosceret, noluit tamen ut illi regis auspiciis regioque ductu eo bello carerent. Simulque vir animi peregregij splendidius honestiusque putabat se cum rege, quam conuenarum fugitiuorumque coluione decernere & precipue cum superioribus præliis Achillam ac Ganymedem Euchos militiae duces contra se habuissent Alexandrini. Multi quidem milium consilium Cæsaris non probabāt, quandoquidem bellum longe difficilius fieret: ex euentu tamen cognouerunt victoriam pleniorē illustrioremque extitisse.

Iniuria quoque magnanimus quamprimum obliuiscitur, nisi eam subito viciscatur. Quæ virtus in eodem Cæsare plurimum illuxit, omnia enim memoria tenaciter quæ teneret, iniuriarum solum modo quamprimū obliuiscatur, nisi eam

subitò vlcisceretur. Odij similiter simultatisque memoriam non seruat, præterita enim mala non diùtius animo reuoluit, sed negligit, vt qui ea omni ex parte contemnat, & idcirco facillè ignoscit, quum sibi indulgeri non quærat. Neminem autem iniuria afficit. Angusti siquidem animi omnino esse putat, aliquem sine manifesta causa læsere. Nemini etiam maledicit. Non sua interesse existimat vt quispiam male audiat, aut vituperetur, vt recordes quidam facere consueuerunt, qui maledicta in alios, laudi sibi accedere opinantur, & aliorum laudes probrose in se dici autumant. At verò qui animi magnitudine excellit, pulchrè in alios dicta multa cum iucunditate audit, eadem quoque verba quasi virtutis premia esse existimat quæ quidem sibi etiam deberi pro comperto ducit, quum à virtute ipsa nulla ex parte discedat. Præterea qui in alios maledicit, male etiam vt audiat consentaneum est. Contumeliam si dices, contumeliam quoque audies, inquit Plautus. præclare Cato senior improcatoriorem loquaciorémque iuuenem ait: iniqua mihi tecum est conditio, tu enim & male audire, & male dicere solitus es: ego autem & maledicere abhorreo, & malè audire non consueui. De se ipso parcius loquitur, Nam si aliquid rectè à se factum diceret, iactantior petulantiorque videretur, & quasi miles gloriosus facinora sua narrare. Præterea virtutem tanti esse existimat, vt ea neque vindice neque præcone indigeat, testimonióque suo cõtenta testes omnes alios negligat. Dionysius Syracusanus quum Platonem hospitem contumeliosè

malèque habitum dimitteret, ait, O quàm multa in nos probra, quum fueris cum æqualibus ac discipulis tuis iactabis. Tū Plato, absit vt in Academia tantum sit ocij à sapientiæ studiis, vt male etiam dicendi locus relinquatur. Eodem pacto vir animi ingenui dicere potest, nõ sibi à magnarum rerum meditatione tantum ocij dari, vt quod inter ociosos atque oscitantes fieri solet, maledicere possit, quum angusti animi sit aliena capere, sua autem negligere. Magnanimitas sanè ea virtus est, sine qua reges ac principes nequaquã rectè imperare possunt. Multa enim quotidie accidunt, quæ formidolosa esse videntur, & vana opinione vulgi & leuitate, ac multorum ignavia exitium de se facillè præbere possent, quibus sola animi præstantia quamprimum resistit, & ad optimum exitum plerumque perducit. Hinc scitum illud Alexandri cognomento suo, nempe magni, procul dubio maxime cõueniens, Mori præstare, quàm precario imperare. Ille enim precario imperat, qui hac virtute caret, quique animum contrahit, & diuerso in rebus arduis cogitationum flumine obruitur, nihil ex suo cõsilio deliberat, sed ex alieno semper pendet, & ad omnem tenuissimi spiritus autam flectitur, vel paucis hominibus se credit, quorum arbitrio omnia permittit, adeò vt ex eorum commentario imperium gerat reliquis autem neutiquam auscultet. Hic enim plerumque decipitur & perperam agèdo populos infensos reddit, luitque aliquando malorum pœnas amicorum. Clamabat nunquam se miserum Verres (vt ait Cicero) quòd non suis, sed suorum co-

mitū peccatis & criminibus premeretur. Flavius Vopiscus Syraculanus scribit se de parte audiuisse, Diocletianum Cæsarem quum adhuc priuatus esset, dicere solitum, Nihil difficilius esse quàm bene imperare. Conueniunt enim quatuor, que plus minus, clam cōsiliū ad circumueniendum principem ineuntes, que dicunt, verisimilibus adumbratisve rationibus fulciunt, & sua fallaci impostura imperiam vulgi multitudinē cum principe excipiunt. Imperator autem, qui domiclausus est, vera ne nouit quidem: at cogitur hoc tantum scire, quod illi mustitant, facitque quod nouit: ille figulas Corinthius, qui dum vrceum fingere gessit, amphoram format. Sic rex quoque figulo forsitan ineptior, dum iudices facere debet, Geryonaceos quadruplatores tribunali præficit. Iustitiam castissimam Iouis optimi maximi filiam procis salacibus pro peritissimis nomophylacibus despondet, atque collocat. Ægyptij suis notis hieroglyphicis iustitiam (de qua paulò mox proximo volumine non pauca dicemus) significantes, virginem pingunt ciconiæ insidentem. At verò ne strates rectius, & (quod dicunt) ad viuum depingunt insidere, atque obnoxius adherere τῷ ὀνίστα δῆπρον, id est asello bipedi. Quocirca nihil difficilius in uetū rariūque bono principe esse potest. Age verò ille bonus erit princeps qui magnitudine & amplitudine quadam animi excellens, non modò sibi in re bellica primas partes vendicabit, sed & in rebus quæ quotidie aguntur, se prudentia, consilio & diligentia priorem esse ostendet.

Galba. Imperator.

Imperator Galbæ exitio fuit, quòd trium viro-

rum arbitrio, quos assiduo contubernio semper secum habebat, regebat, quibus se ad eum permiserat, abutendumque tradiderat, vt vix sibi ipsi constaret, & ex illorum sententia semper penderet, neminēque ad eum nisi per illos aditus patebat. Horum primus erat Oninius dispensator pecuniæ, qui præsentī fortuna sine discrimine aliquo implebatur, & optimè instituta à Galba omnia euertebat. Quæ quidem res Galbæ nò modo odij causa exitit (omnia enim imperatori impune abutantur) sed exitij etiam ac cædis. Fuit autem Oninius ab ineunte ætate furacissimus, cui faceret admodum illudit aliquando Cl. Cæsar. Nam quum cum conuiuam pridie habuisset, omnesque aureū poculum illum surripuisse suspicarentur, postridie eadem reuocato fictilem calicem apponi iussit.

Atossa cyri filia (vt scribit Herodotus) quum cerneret Darium, qui nupta erat, molliter ac submisse imperare, dum in cubiculo cum eo esset, temotis arbitris his propè verbis illū allocuta est, Mi rex, quum tantum opum ac copiarum habeas cur resides, nihilque dignum tanto rege moliris? nullam neque gentem neque potentiam Persarum addis imperio? Par est enim, iuuenem, & tantarum rerū dominum aliquid edere, quo etiā Persæ cognoscant sibi virum præesse. Quod vt facias, duabus de causis interest, vt Persæ & eum qui ipsis præest, virum esse intelligant, & bello atterantur, ne per ocium tibi insidias tendant. Nunc itaque aliquod opus edas, quamdiu in ætate es iuuenili. Adoléscente enim corpore ingenium patenter ac vires adolescunt, senescente autem conlescunt, & tunc virtus ad res omnes elāguescit.

Claudii Cæsaris cōmentum.

Herodotus in Thalia. Atossa consilium Dario regi.

Figulus Corinthius Iustitiā Ægyptii quæ nota scribunt.

Puduit hercule virum ignavia à muliere increpari, & confestim de bello Græcis inferendo menditari cœpit.

Apj Claudij sententia Sententia illa Apj Claudij qua dicebat negocium populo Romano melius quàm ocium committi, non modo ad vnum, sed ad omnes ferè populos, reges, ac principes dicta esse videtur. Excitantur enim animi celsiores ad virtutem maximarum rerù meditatione, ocio verò & quiete torpent, & in desidiam ignaviàmque solvuntur. Verum est illud M. Catonis oraculum (vt Columella *ca. 1. li. 12.* agricolæ ait) Nihil agendo homines male agere discunt. Sed ne longior in hac parte sim, concludendum erit ex Isocratis mente, qui regi suo præcipit, vt magno ac præstanti animo quæcunque ab eo agenda sunt agat: nihil studij nihilque curæ ac laboris prætermittat, vt quanto opibus ac potentia præstat, tanto dignitate, virtute, atque animi excellentia ceteros omnes antecellat. Hæc facit de magnanimitate, cui cõtraria est animi angustia: siue animi paruitas, quam vnico verbo Græci *κροθυμια* appellant.

DE FIDV CIA

Titul. IX.

Fiducia.

Fiducia species altera nominatur: quæ est præflagitio quædam futuræ prosperitatis. Hæc ab optima spe, siue: considerata ratione proficitur. Et consuetudine nanque vincendi, fiducia victoria plerumque manat, vt ait Aristoteles, Sic quoque

ex cõtina prosperitate spem felicitatis habemus. Nero imperator ad sauitiam temeritatẽque natus, tantam ex perpetuo rerum successu fiduciam conceperat, vt quum naufragio præciosissimas quasdam res amisisset, non dubitauerit magnam fiduciam inter multos dicere, Pisces eas omnes ad me referent.

Nero.

Quidam C. Cæsaris centurio Romam missus, quum pro foribus Curia staret, accepissetque imperium Cæsari à senatu non prorogari, ait manu ensis capulum pulsans. Hic vique prorogabit.

Centurio Cæsaris.

Et quum Pharsalica pugna iam parata esset, omniãque equorum atque hominum strepitu fremerent, vidit Cæsar C. Crastinum decem alarum ductorem castra egredientem, quem nomine compellens, quid de pugnae uentu speraret, rogauit. At ille dexteram prætendens ait, Vinctes Cæsar, & me viuum, aut certè mortuum laudabis quorum vtrũque verum extitit. Nam & vicit Cæsar, & Crastinum, qui fortissime pugnando occubuerat, pro concione laudauit.

Crastinus.

Modesta admodum fiducia fuit Androclidæ Spartani, qui ad eum qui se irridebat, quòd claudicans in aciem prodiret, ait, Vt pugnem, non vt fugiam descendo.

Androclidæ das lacon.

Et Leonidas Persæ cuidam iactanti: dicenti. Frustra conamini ò Spartani, cras enim præ telorum multitudinem solem non videbitis, respondit. In umbra igitur commodius pugnabimus.

*Ex Plutar.**in apothke.**Laconicis.**Valer.**Max. lib. 3.*

Hanc fiduciam euentum rei præflagire cõstitit. Nam Stoicorum sentiunt. Et vincendi initium si-

*de fidu. sui.**Leonidas.*

duciam esse Pindarus affirmat, eamque manare opinatur à divina mentis nostræ ratione, à qua futura nonnunquam præscire videamur. Siquidem non modò dormientibus nobis secundum quietem multa apparent, que vera re ipsa deinde effernuntur, sed etiam vigilantibus, vel subito quodam animi iudicio, vel ex apparitione illa quam græci *φαντασίαν* appellant. Talis præfagatio magis opimisque viris sæpe occurrit in arduis ac dubiis rebus, & præcipue regibus ipsis, quibus à summo deo concessum est ut gentibus, regionibus, populisque imperent. Iustus enim rex, qui acri animo rebus agendis excubat, quisque deo optime conciliatus est, multa præfagit, multaque prædicat præmonitus commercio numinis focij natiuitatis nostræ, quem veteres latini Genium, siue vitæ præsidem appellauerunt. Hunc Plato in symposio putat nobis testem vitæ à deo esse datum, à quo cuncta nobis denunciantur: qui & multa quæ admiranda videntur quæque futura iunt, præfagione quadam nobis prædicat, & inter quietem admonet, vel per apparitionem ebebet.

Rex deo conciliatus multa præfagit.

Genius.

Homerus Genium inducit ad fortes viros sæpe loquentem, & eos in præliis adiuuantem, ac monentem in rebus arduis quid factò opus sit. Genius communi græcorum nomine *δαίμων* appellatur propter intelligentiam, sapientiam, ac facilitatem quam hominibus præstare dicitur, & exinde à poetis sæpe pro animo ponitur. Hoc est numen illud à quo se moneri dicebat Socrates vir innocentissimus, cuius monitu Criticæ tyrannorum deterrimus

Socrates. Criticæ Tyrannus.

qui ad eum cicutæ poculum miserat mortem præfagiuit. Nam cum illud intrepidus biberet, ait, Propino hoc pulchro Criticæ, qui paulò post miserabiliter cum cæteris tyrannis, quos Atheniensibus præfecerant Lacedæmonij, cæsus est, & necati per iniuriam Socratis pœnas dedit.

Plutarchus vir doctissimus scribit Ægyptium quendam philosophum Antonio comitem fuisse, qui diuersas hominum naturas ac diuersa fata ex solo aspectu se cognoscere profitebatur. is Antonio dicebat fortunam splendidam quidem esse, tamen hortari se, ut Octauio se non conferret, quando eius genius illius genium reformidaret, huius rei fidem ex hoc faciebat, quòd cum inter se talis aut tesseris luderent, semper victor euaderet Octauius, & cum pugnacibus gallis, coturnicibus aut ortygibus decernerent, semper dimissæ ab Antonio succumberent. Quo quidem ex èplo docemur veteres opinatos fuisse præstantiorem intelligentiam, ac clariorem natiuitatis genium, vitæque comitem diuinitus illis dari, qui regnaturi essent, quàm illis qui succubaturi forent, vel priuam vitam victuri.

Est etiam aliud fiducia genus huic non omni ex parte dissimile, cui maxime credebant clari quidam viri doctrina, virtute, dignitate, auctoritate, aut longa experientia præditi. Hi nonnulla aliquando dicunt aut faciunt singulari quadam fiducia freti, quæ ab omnibus probari velint, etsi nullam rationem adducant, nullumque testem habeant.

Agebatur Athenis Euripidis tragœdia quæ *Euripides.*

dam ex qua ciues omnes maiorem in modum rogabant vt sententia quædam quæ importuna eis esse videbatur, tolleretur. Tunc Euripides subito progressus in scenam, ait se vt populum doceret tragedias dare, non autem vt ab eo doceretur. Cuius dicto omnes auscultantes, placidè ac quiete spectauerunt, nec ausus est quispiam in Poëtam illum iustitiam.

Scipio nasticus. Scipio quoque Nasticus vir bonus cognominatus, obstrepente populo in caritate annonæ, ex *Max. lib. 3.* clamauit. Tacete quæso, quirites, plus enim ego *de fidu. sui.* quam vos quid reipublicæ expediat intelligo, cuius auctoritatem omnes veriti, tacito silentio quieuerunt.

Nec iniquo animo tulit Iulius Cæsar quum in collegium poëtarum accessisset, quod Accius poëta ei non assurrexit, nouit enim illum non contemptu maiestatis id egisse, sed fiducia quadam sui ipsius, qua putabat se in poëtarum studiis antecellere.

Alexander Appelles. Magna fiducia aliquando in Alexandrum usus est Appelles, nam quum sæpe in eius officinam accederet, plerumque de pictura imperite dicebat, cui artifex silentium comiter indicebat, tideri enim eum aiebat à pueris qui colores tererent. Ferebat ea Alexander à quo animo, tantum auctoritatis ac iuris huic pictori tribuebat.

Arrogantia ex nimia fiducia sui. Videndum tamen est vt fiducia modesta sit, & à virtute proficiatur, non autem ab improbitate ac petulantia. Fieret enim arrogantia, quod quidem crimen deterrimum est, & inuidiam, odium que hominum vehementer incurrit, quam ea per temeritatem

temeritatem quispiam sibi arrogat ac præsumit, quæ neququam sui iuris ac dignitatis sunt, sed aliis debentur.

Arrogantiæ incessebarur ab aliis philosophis Chryssippus, quum ex alienis libris integros locos accipiebat, & iuis interferebat sic manifeste, vt Apollodorus Athenienses diceret, Si de Chryssippi libris aliena tollantur candidæ chartæ remanebunt. Præterea profitebarur se solum omnia scire, vnde per irrisionem vulgò dicebant, Solus Chryssippus sapit, cæteri omnes vt vmbra agitantur. Poëta vt eiusmodi arrogantes carperent finxerunt Thamyram, quum de harmonia musas pronocasset, oculis fuisse priuatum, & citharisticam didicisse

Amphicrates Atheniësis rector non vulgaris rogatus aliquando à Tigraue vt in suo regno benedicendi disciplinam publicè docere vellet, respondit Pelum delphinem non capere, quod quidem dictum arrogantia potius quam fiducia asseribi potuit.

Simili fiducia vsus etiam dicitur Hippocrates, nam magnis pollicitationibus accerctus à rege Persarum, arrogantius respondit, nolle se Barbaris atq; hostibus Græcorum artis suæ opè auxiliūque afferre. Zeuxis quoque arroganter locurus esse videtur, quum Helenam pinxisset, dixit enim se eiusmodi formam fuisse comprehensum, qualem nec Læda cælesti partu ediderat, nec Homerus diuino ingenio exprimere potuerat.

Obseruant in primis reges ne nimia fiducia sibi p̄s, regnōve obsint, Alexander à Chaldæis

per Nearchum monitus est, ne ab Babylonem accederet, imminere enim, ei fatū si monita cōtemneret prædicebant. Et quum monita spreuisset, & iam penè in urbem accessisset, vidit complures coruos in aëre acerrimè colluctantes, quorum aliqui ante eius pedes prolapsi ceciderunt, ipse tamen nihilominus nimia quadam fiducia fretus & omen, & presagium contempsit. Et intra paucos dies enectus periit, docuitque nimiam, si duciam, & nimis incredulam mentem plerūmque hominibus obesse.

Cæsari exitiū multi prædixerant, & ut custodes corpori suo adhiberet multi eū orabant, operamque suam vltro pollicebantur, ipse autē respondebat miserum esse eum principem, qui à satellibus custodiretur, cuius deinde exitus planè edocuit fatum facilius prævideri, quàm vitari posse. Hostium quidem, & omnium qui potentia aut audacia formidandi sunt, manus obseruare debet, qui imperat, & fidem reconciliatæ gratiæ suspectam habere. Iniuriæ enim vulnus altius penetrat quàm beneficij gratia. Proinde grauis iniuriæ plaga serò cicatricem ducit, & rarò benignitate aut beneficio vincitur. Honoris, ac gratiæ memoria citò excidit, damni autem atque iniuriæ dolor diutius permanet. Videat ergo rex cui se credat, & ei quem laeserit, nunquam se permittat. Reconciliatæ amicitiae fides semper lubrica atque infirma haberi solet. Libata pocula à fidissimis ministris hauriat. Cibum quoque exploratum diligenter, prægestitumque semper à pluribus accipiat. Nullum locum, nullam regionem, nullam affinitatem, nul-

Cæsar.

Regis obseruatiua in vita et in qualis.

lānque necessitudinem satis tutam esse à veneno putet. Virus quidem ac toxicum vix vnquam nisi à familiaribus miscetur. Scitum est quod vulgo dicitur, Nullum regnum sine parricidio fuit. Amara, arida, putrida, rancida, & omnia quæ mali odoris atque insoliti, saporis sunt, quamprimum respuat. Non enim tam nouerca nobis natura fuit, vt quæ nocitura essent, boni odoris boniue saporis faceret. Nemini se tam familiarem præbeat rex, quin possit (si opus fuerit) ei sine periculo succensere, aut sine rerum mutatione. Deterrimum enim consilij est, amicos ad parem vsque potentiam afferre. Vera est enim illa Publij Syri sententia, quum ait ita cum amicis esse versandum, vt cogitemus eodem aliquando amicos nobis fieri posse. Et sobria habenda est sententia, qua dicitur nulli, Nulli te facias nimis sodalem, gaudebis minus, & minus dolebis. Non putet per fiduciam sui rex se quamprimum rem intellexisse, sed diligenter auscultet, & aures æquas omnibus præbeat, quas quidem sicut in libra lances, sic eas pares semper esse oportet: & veluti ponderibus impositis altera laus deprimitur, sic regis animus perspicuis ac veris rationibus cedere debet. Non opulentiæ & fortuna homines æstimet, sed virtutem ac moribus. Virtutem enim ac mores quisque sibi propria electione accipit, conditionem verò ac diuitias casus tribuit. Non enim in nostra potestate sunt conditiones humanæ ad bonam siquidem aduersamque fortunam, qualis quisque sit, aut quomodo vixerit, nihil interest.

Ex cōuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.

simile

Rr ij

Miltiades. Laudant qui res Atheniensium scribunt, Miltiadem Cimonis filium dicuntque illum non modo bellicis, sed civilibus etiam artibus fuisse præstantissimum, cuius grauitas tantæ humanitati ac cõmitati cõiuncta erat, vt nemo tam formæ humilis esset, cui non ad eum perfacilis semper pateret, aditus, qua ex re omnium mortaliũ gratiam assequeretur. Fiducia igitur virtus erit perutilis in rebus gerendis, nisi ea is qui cum imperio est abutatur, & per superbiam agit quæ per fiduciam se agere existimet, vel minus caute in rebus prosperis agendo, incuriam negligentiamve, fiduciam appellet. Turpissimum enim est non succedente euentu, & videntibus rebus aduersis discere. Non bene aduerterem, non probè intellexeram, vel culpam in alios transferre, vt plerunque à principibus quibusdam fieri solet qui prospera sibi arrogant, aduversa autem aliis imputant.

DE SECVRITATE.

Titulus X.

Securitas. Securitas illa, quam ἀσφαλεία graeci appellant, fiduciæ proxima accedit: quæ est virtus animi excelsi, qui postquam præuidit quæ per prudentiam præuideri possunt liber est ab omni cura, omnique solitudine, & paratus labores omnes subire, ac dolores decori gratia perpeti, & mortem etiam oppetere. Qui qui affecti sunt (vt ait Cicero) in eadem causa sunt, qua fuerant antequam nauis fuissent. Quinetiam qui optime vixerunt, & beati

de hominum genere meriti sunt, non modo famam ac gloriam sperare possunt, sed perpetuam etiam ac sempiternam cum diuis immortalitatem. Angusti quidem animi est cor semper cor roderet, hoc est assidua cura cruciari. Postquam quispiam præstiterit quæcunque valuit, & quæcunque per prudentem virum præstari potuerint, tunc profectò decet eum securum esse, & deo rerum omnium optimo gubernatori reliqua permittere: ac cum hominibus placidè versari, & hilari vultu rebus aliis, quæ singulis horis accidunt, indulgere, & animo conquiescere: ne videatur ex vnius rei cura sollicitus esse, & res omnes alias per incuriam dimittere: quod quidè homines ignaui atque inertes facere solent, qui tamisper res omnes alias negligunt, dum exitum alicuius impendentis rei expectant. Hæc est sollicitudo illa quam mortis amicam esse dicunt: quum vecordes quidem aspectum congressumque hominum fugiunt, vt liberius morere, ac muliebriter eiulare possint, ne salutare amicorum sermones audiant, quibus per suasi aliquando conquiescant. Consolationis sermones prodèter adhibèdi sunt, & mortis ac misericordia aliqua conspergèdi, vt iuicudi esse videantur, & ab illius mente non omnino abhorreant. Optimi quidem medici est quandoque minimam cibi indulgentiam ægroto permittere, quò facilius quæ salutaria sunt accipiat celeremque sanetur.

Pompeius contra Cæsarem maximum parauerat exercitum, cui non modo par viribus esse videbatur, verum longe præstantior, & iam securus

Rt iij

animo quiescebat. Et in eos qui formidandam Cæsaris potentiam monebant, Securi estore, dicebat, & mihi hanc curam dimitte. Nam quum primum terram Italiam pede pulsabo, scatebunt vndique equestres pedestresque in Cæsarem copiae. vnde non diu potest quum spes eum (vt adsoler) sefellisset, & miserenda clade apud Pharsalum profligato exercitu profugisset, multi per ludibrium dicebant, instauret exercitum nunc Pompeius, & accipiat alias quas pulsata pede terra Italia ad eum mittit copias. Sed spes bona, quæ ab animi magnitudine proficiscitur, sæpe in maximis rebus magnos viros decipit. Nemo enim inueniri potest, in rebus dubiis fortunam suam in consilio habeat: nec etiam quum de alienis deliberat, futurum euentum diuinate potest.

*Democritus
de seipso.*

Hæc securitas tanti apud philosophos olim fuit, vt in ea beatam vitam statuerent: securitatemque esse dicebant, quum nullo metu, nulla superstitione, aliâve perturbatione animus agiteretur, sed sine cura aliqua quiescens se ipso suisque bonis frueretur. Huius opinionis auctorem Democritum magnum illum philosophum extitisse dicunt, qui variis doctis inis, vberique sapientia ornatus eiusmodi de se ipso sententiam protulit. Sapientes multos audiui, nec quisquam me in demonstratione linearum superauit, neque etiam Ægyptij ipsi. Octoginta enim annos discendi gratia longe à patria peragraui: Babylonem, Ægyptum, & perlas, vt discerem, adiui. Hic summum bonum (vt dixi) in animi securitate posuit quæ est (vt Cic. exponit) animi tranquillitas. Sed eam Democritus

appellat, & hanc felicitatem esse opinatur, Quidam tamen alij γαληνηθυμίαν animi tranquillitatem esse dicunt, ἀμεμψίαν verò securitatem.

Non desunt qui hanc opinionem Homero tribuant, qui vt securitatem exprimeret, Elysios campos finxit, in quibus piorum sedes statuit, easque Atlanticas insulas esse cecinit, quas nostri fortunatas appellant, græci verò poëta μοιρηγενεας dicunt. Has Cosmographi decem millibus stadiorum à Lybia stare affirmant, easque duas esse aiunt omnibus bonis refertas, quæ quidem nulla imbrui inioria pulsatur, sed solis zephyris semper roriferis adspirantur. Solū in illis præpinguescit, nullo hominum aut bonum labore fecundū, atque ex Deciduis seminibus perpetuo feracissimū, Aer etiam saluberrimus, & omni tempore temperatus, qui multitudine ociosam ac feriatā inoffensa semper valetudine optime nutrit, gens illa certaminū ac belli inscia, ad eam longævā vitam agit, vt fabulæ locus sit eam cum diuis æuo frui sempiterno.

*Elysij cæpi.
Insulæ fortunata.*

Sertorius.

In esperiis regionibus quum imperaret Sertorius, & fama ei illarum insularum percrebuisset, memor etiam Homericis testimonij, de aduendis illis diutius cogitauit, vt dimisso exercitu tandem securè ac quietè ageret, sine ambitione ac magistratu, & sine aliqua bellorum cura. Qui si id egisset, aut aliqua ratione securam quietamque vitam statuisset, non inuitatus à Perpenna per proditio nem in conuiuio tam miserabiliter casus fuisset.

Pompeius vir tanti nominis, tantæque gloriæ, si ante civile certamen se (ambitione relicta) securitati quietique tradidisset, in tam miseram

*Pompeius
perdidit
ambitio.*

seruitutem, diramque mortem nunquam incidit. fer, qui etiam infelicitatem futuri fati præuidit. Conscensurus enim proditorum nauiculam conuertens, oculos ad Corneliam coniugem, & ad filium suum, Sophocleum illud iambicum protulit.

Quicumque in tyranni domum proficiscitur, Illius sit seruus, licet liber sit is.

Non tamen præuisum fatum cauit, sed ad spadonum arbitrium trucidatus est consilio Theodori Chij præceptoris Ptolemæi iunioris, qui ait leonem mortuum non mordere. Pompeius quidem omni exequiarum pōpa caruit, & trāllato funere tumulatus est ad Cassinum Ægypti oppidū finitimum Pelusio, quod quidem Peleus Achillis pater condidit, Iustrare deorū monitu iussus in lacu, qui eiusdem oppidi muros abluit, cum furiis vexaretur post interfectum à se fratrem Phocum nomine.

Sylla hoc solum fœlicitatis mihi habuisse visus est, quod dictaturæ tyrannidem vltro deposuit, & ad quietam vitam se contulit contentus ventione, & aucupio ac rustico ocio.

Alexander quoque Macedo missū ad se oratorem Phocionem Atheniensem rogauit quid sibi vt ageret suaderet. Tum ille, Censeo, inquit, vt arma, atque exercitum dimittas, & securam tranquillamque vitam agas. Alexander risit, nec vlla ex parte illi auscultauit, sed gloria exultans, inchoaram militiam exequi destinauit, verū enimvero quum iam suis etiam formidini atque odio esse cœpisset, veneno ad Babylonem ab Iola ene-

Alexandri
mors.

aus creditur, in medio victoriarum cursu, quum viridi tunc ætate floreret: quartam enim & trigessimam agebat annum, & robore corporis, & animi virtute plurimum præstabat. Aliis autem in rebus Phocioni multum detulit. Eum namque amicum vocabat: & victo Dario, quum magnus ex virtute cognominaretur nulli mortalium salutem per literas dicebat, nisi Phocioni, & Antipatro, quos solos initio literarum saluere iubebat.

Vilis igitur omnibus qui cum imperio sunt, securitas est. Est non modo illa quæ ad vitam beatam pertinet, quæ fœlicitatis effectrix est ex Democriti sententia, verū etiam quotidiana hæc quæ longe minor esse videtur, vultum enim principis hilarem serenūque ostendit, & placatam quietis que animi est index, vultus quidem (vt Cicero in libris de legibus scribit) in nullo animante esse potest præter hominem, cuius mores indicat, & ab animi voluntate fingitur, dicimus enim hominem læto hilarique vultu esse, vel tristi, minaci, iratōve, & ex eo animi habitum dignoscimus, ac subitæ voluntatis mutationem. Magnum siquidem onus inter morales est personam principis sustinere atque tueri, quandoquidem eum non solum hominum animis, sed oculis quoque inseruire decet. Vt enim serenum quietūque cælum maria omnia tranquilla pacatæque reddit, & omnis tempestas omnisque fluctuatio ex illius serenitate quiescit: sic ex principis vultu ac serenitate omnium ciuium animi placantur, & ex comuni spe omnium concordia augetur. Vt ex

Vultus in
homine tan-
tum.

vultu spem prætendi, & bene affectum ostendi doceret Maro, quum de rege deorum atque hominum loquerentur, eiusmodi versus cecinit:

Olli subridens hominum fator atque deorum,
Vultu quo cælum tempestasque serenat,
Oscula libavit nata, dehinc talia fatur.

Princeps verò morosus ac tristis aliorum animos perturbat, anxiosque reddit quid acturi sint. Nec quicquam potest in rebus dubiis atque aduersis periculosus esse, quàm ut ex vultu principis intelligatur rem in præcipiti esse discrimine. Proinde simulando atque dissimulando se præ contraria ut ostendatur oportet.

Hannibal hilariorem mutata fortuna se cunctis ostendebat, ut cordis dolorem tegeret, ne mœrore vultus sui aliis animum præriperet, & ne ab omni spe protinus decidisse videretur. Et Cæsar fleuit quum ei oblatum esset Cn. Pompeij caput cum quo tanto tempore non modo de imperio, sed de vita quoque certauerat. Nunc, res admonet ut huic speciei finem præscribamus.

DE MAGNIFICENTIA.

Titul. xi.



Magnificencia locum suum nunc sibi vindicat: quæ quidem virtus solis regibus ac principibus conuenit. Opes enim singulorum vix tanti sunt, ut liberalitatem præstare possint, quæ mediocritas quædam esse debet. Inter auaritiam & prodi-

gentiam optime Aristoteles liberalem sentit esse eum, qui secundum vires sui patrimonij erogat quibus oportet, & quando, & quantum oportet.

Magnificus uerò à liberali differt, ille enim circa magna & publica: hic autè circa parua & priuata versatur. Atque magnificus ipse longe magis cogitat quemadmodum pulchri aut sumptuosi aliquid agar, quàm quanti constet. Hac animi præstantia Iulius Cæsar, ut compluribus etiam aliis virtutibus plerisque alios anteuuit, tanta enim hilaritate, tantoque splendore elargiebatur, ut quæcunque etiam cum collega ageret, ei soli à populo adscriberentur. Quo circa M. Bibulus qui cum cœdilitatem gesserat, id sibi euenisse dicebat, quod Polluci, ut enim geminis fratribus ædes in foro consecrata Castoris tantum diceretur, ita suam & Cæsaris munificentiam, vnius Cæsaris dixit. Quinetiam (ut Trāquillus quoque refert) hi versus circumferebantur.

Non Bibulo quicquā nuper, sed Cæsare factū est.

Nam Bibulo fieri consule nil memini.

In ea enim œdilitate trecenta ac viginti gladiatorum paria exhibuit, & in spectaculis, pompis, conuiujs, congiarijsque cunctorum superiorum magnificentias superauit hilaritas Cæsarum: in elargiendo gratior erat ciuibus, quàm ipsa munerum erogatio. Prudenter quidem locutus est Dyonysius Halicarnassæus, quum ait, Dona voluntaria dantibus gratiora sunt quàm coacta, accipiētibus autem firmitiora.

Regem suum Isocrates monet, ut in apparatu splendidissimus semper sit, sed magnificentiam

potius in his rerum sumptibus declaret, quæ perpetuum fructum ex se præbent, & munificentiã legè magis exhibeat in amicis cõparandis utrunq; enim fecit Cæsar. Nã (vt opera complura omitã, ne ambitiosior esse videar in rebus Cæsaris recensendis) hoc neutiquam prætermittendum est, quòd bibliothecas græcas latinãque maxima impensã comparari fecerit, data cura M. Varroni comparandarum regendarumque. Sed has bibliothecas fortuito incendio absumptas, diu post Domitianus imperator reparari instaurarique fecit, exemplaribus vndique petitis, missisque Alexandriam vsque vitis cruditis, qui describerent, atque emendarent. Amicos quoque quoscunque potuit sibi conciliauit Cæsar, neque sumptui neque impensæ unquã pepercit. Magnificentiã publicorum ædificiorum magnam meruit laudem, in qua Romanus populus sicut in aliis rebus omnes gentes antecellit, adeò vt ridèda Pyramidum miracula, & Labyrinthi vertigines esse videantur. Extruxit enim Cæsar circum maximum longitudinis stadiorũ trium, latitudinis autem vnus quod quidem opus admiratione dignum extitit. Sed præuentus morte maiora quædam opera inchoata reliquit. Aream enim in qua deinde Augustus forum statuit, ipse Cæsar destinati operis gratia magno emerat.

Circus maximus.

*Pantheon
M. Agrippæ
Romæ dicat.
uit.*

Magnæ laudi M. Agrippæ fuit non modo aqueductus & cloacas perfecisse, sed tẽplum omnium deorum, quod Ioui vltori vouerat, & alia multa admiranda opera ei exisse. Cloacarum tamè opus omnium maximum fuit, vt paulò antè dixi fuit.

fossis montibus, & magna ex parte vrbe pensili facta, id inchoatum fuerat à Prisco Tarquinio plebiorum manibus, qui labor & longus & periculosus adeò extitit, vt multi Quirites sibi ipsi laboris tædio mortem consciuerint, quorum cadauera rex crucibus suffigi iussit, & feris volucribusque relinqui vt pudore reliqui affecti à seipsis deinceps manus abstinereut. Non tamen opus perficere valuit. Priscus, fuit enim magni impendij, & diuturni laboris, erat siquidem cauearum amplitudo adeo magna, vt fœni vehemlarè onustam facillè trãsmitteret, vt Plinius refert. Agrippa tandem post tot secula aucto populo, propagatoque imperio cùm ædilis esset, opus illud perfecte consummauit. Sylla proscriptionis & crudelitatis suæ infamiã aliqua ex parte aboleuit, quum theatrum tanti impendij tantæque admirationis perfecit: Cuius triplex scena tot hymetiis columnis nitebatur, & areorum signorum inter columnas tria circiter millia cernebantur & cauea capax erat octoginta millium hominum. Sed si rectè iudicare volumus, nulla monumenta præter literas gratiora aut diuturniora sunt illis quæ ex nouorum operum splendore comparantur.

Antiqua sanè fuit hæc magnorum ædificiorum gloria, quam à priscis temporibus regum Egypti Diodorus Siculus recenset. Et de sepulchro Simandij regis adeo admirãda quædã enarrat, vt fidem veritatis transcendere videatur, & præcipuè in aureo circulo cuius ambitum trecentorum sexaginta quinque cubitorum fuisse dicit. Soliditatem autem vnus, in quo per singulos cu-

*Plin. ca. 19.
lib. 36.*

bitos descripti erant singuli dies anni, & omnes astrorum ortus atque occasus, & quicquid futurum ab illis significaretur. Sed omnem magnorum ædificiorum excellentiam præuertit statendarum urbium magnitudo, que Romulum ex pastore fecit regem, & complures alios magnos splendore illustrauit. Hanc gloriam multi antiquorum regum quæsiuerunt. Tithonus Memnonis pater urbem statuit, & eam à matris nomine Casiam (ut Æschylus tradidit) nuncupauit. Eam diu post Cyrus regiam sibi fecit, & mutato nomine Susiam esse voluit. Babylonem statuit Semiramis regina, quum successisset Nino. Miletum Nelus, Smirna Amazonum regina quum Ephesi regnaret, Smyrnam condidit Homeri patriam. Priem ad Mæandri ostia Philotas Teiūm Athamas, vnde Anacreon lyricus eiusdem urbis indigena eam Athamantida vocat. Teucet alteram in Cypro Salaminam pulsus à Telamone patre. Antiochus Soter Antiochiæ. Sardanapalus rex ille ignauissimus, ut volu- ptati desidiæq; deditus, quamuis famæ suæ prodigus esset laudēque contemneret, hanc tamen gloria carere noluit, duas enim vno eodemque tēpore vrbes ædificauit, Anchialem & Tharsum, eamque rem titulis sepulchri sui inscribi iussit. Ammianus autem Marcellinus aliter putat, dicit namque Tharsum urbem præclarissimam quæ Cydno flumine aluitur, Perseum Danaes & Iouis filium condidisse. Alexāder regis virtutibus affatim cōcinnatus, ne huius quidem magnificentie laudis expertem se esse passus est, nam vrbes complures condidit, quarum præcipua fuit Alexan-

Ex Strabo
lib. 15. Titulo
748.

dia iuxta Pharum insulam, cui dimetiendæ Dincratem Macedonem architectū peregrinum præfecit, & eam à suo nomine nuncupari voluit. Artaxata Armeniæ pone Araxem ab Hannibale rege Artaxiæ constituta fuit. Romani innumeras colonias per vniuersum terrarum orbem deduxerunt & multas vrbes à solo alicuius utilitatis gratia fundauerunt: vt Aquileiam sinui Adriatico proximam, quam incubentibus Rhetis barbaris opposuerat. Ciues etiam Romani aliquas vrbes condiderunt, vel privati, vel qui cum imperio erant. Nam Nicopolim Augustus in sinu quoque Adriatico statuit, & à victoria naualis pugne contra Antonium è cōspectu illius loci nominauit. Ea est ad Actium promontorium, illi templum Apollini dicauit, & ludos auxit, quæ actia dicuntur. Marcellus multo ante Cordubam condiderat, & T. Labienus Cingulum in agro Piceno. Ancon vrbs in eodem agro à Siracusanis condita est, qui Dionisij tyrannidem fugiebant. Multi Romani consules quod loci vadimonia constituebant, vrbes ædificabant, & à suis nominibus nuncupabant. Hinc Forum Liuij, Forum Iulij, Forum Pompilij, Forum Cornelij, & Forum Sempronij dicuntur. Sed non omnibus datum est, vt vrbes condere possint. Idcirco magnificus quiuis esse poterit secundum opes ac potentiam suam, dummodo animum ex virtute promptum ad benignitatem beneficentiāq; habeat. Genus enim illud magnificentie omnes præstare possunt, quod ex sententia in comparandis, cōciliandis, conseruandisque amicis ac necessariis cernitur, & maximā in ciuili societate utilitatem

præbet. Anaxagoras Clazomenius quum Periclem Atheniensem instrueret, dicebat magnificentiam, & animi grauiorem quandam elationem, ad popularem potentiam capeffendam plurimum valere.

Alexander Protheæ homini facetissimo, quandiu succensuiffet, illi tandem amicorum commendatione conciliatus est, quum multas effudiffet lachrymas. Quod quum impetrasset Protheas, per iocum ait. Quod mihi recõciliati animi pignuserit? Tum rex quinque talenta ei numerari iussit, dixitque, En tibi recõciliati animi sponsionẽ, vt facilius honestiusque deinceps agere possis. Idem Alexander, Mazei filio, cuius nuper defunctus pater amplissimæ dignitatis fuerat apud Darium alteram adiecit præfecturam, quum vnã antè ille haberet. Tum adolescens ait, Darius olim vnicus erat, tu verò muneribus tuis complures Alexander facis.

Magnificentia quidem pristinam gratiam facile concillat diuturnamque facit, at graue odium pristinis seculis exarsit inter Romanorum populum, & regem Thuscorum, contractum inde cum primis, quod Tarquinium superbum bello & armis exactum vrbe, restituere conaretur: auctum deinde multis iniuriis vtro ciròque illarum acceptis. Sed tandem postquam longi atque periculosi belli peractum est, gratæ pacis conditio conuenerunt. Tum Porfena, vt animo ciuium Romanorum sibi beneuolos redderet, magnificentiam animi sui eis ostendere destinavit, iubet igitur omnibus qui in exercitu suo erant, vt reli-

ctis

ctis omnibus aliis rebus, arma tantum accipiant domumque redeant: & sic castra sua omni supellectile, omni que comœatu referta Romanis dono reliquit. Quæ res populo Romano tam grata fuit, vt morem diutius seruauerit, quoties publica rerum venalium auctio fieret, vt primæ quidem partes per præconem semper Porfena denuntiarentur.

Bellum Æthruscum antiquis Romanis maximæ formidini fuit, quo ingruente nemo à militia immunis esse poterat, sicut etiam in Gallico tumultu: & id tum propinquitate agri, tum multitudinæ hominum ac virtute. Quin etiam prima literarum disciplina in omni Italia apud Æthruscos fuit & vulgò Romani atque Latini partes pueros eruditionis gratia in Hetruriã mittebant, antequam græcæ & aliæ transmarinæ doctrinæ in Italiam transmississent. Gelo Syracusanus quem accepisset Romæ magnam annonæ caritatem esse, maximum frumenti numerum populo Romano dono misit, vt innitam paulò antè amicitiam, benignitatis ac magnificentia officio accumularet.

Est etiam quam maximum, gratiam bene de nobis meritis referte, quam qui omittunt, non modò ingrati, sed & iniusti omnino habèdi sunt. Est enim ingratitude quam græci ἀχαριστία vocant, pessima iniustitiæ species, & humanæ societati inimica. Exhaurit siquidem clementiæ veritatem, & omnem benignitatem perimit. Idcirco ex Persarum legibus ingrati grauissimis pœnis afficiebantur, nec iniuria. Inhumanum quippe, barbarum ac ferum est, committere vt bene-

SC

ficio indigni esse videamur. Quod quidem non solum ingrati homines faciunt, verum hi quoque qui benignitate se vinci patiuntur. Praclare de se ipso Cicero, qui se gratum & videri & esse volebat, ait, Sed quum omnibus virtutibus me affectum cupiam, tum nihil est quod malim, quam me & gratum esse, & videri. Hæc est enim vera virtus, non solum maxima, sed omnium virtutum reliquarum mater. Fuit enim Cicero non modo in referenda gratia, sed in promerenda etiam liberalis, ex patrociniis quidem causarum nullam neque stipem, neque mercedam accepit unquam, sed omnis eius opera gratuita semper extitit.

Hac virtute Pyrrhus Epirotarum rex omnes ætatis suæ reges anteiuit. In rependenda namque gratia diligentissimus fuit, unde quum de morte Æsopi, quo familiariter usus fuerat, accepisset nuncium, grauitè indoluit, non quod ille mortuus fuisset (humana siquidem cum tulisse sciebat) sed quod tardior fuerat in referenda ei gratia dum viveret. Non enim idem esse aiebat, in eo qui pecuniam & in eo qui gratiam debet. Nam qui pecuniam viuo creditori non persoluit, satis quum eius hæredibus pensauit, fecisse videtur qui vero benignitatem accepit, nisi viuo accumulauerit, negligentior haberi potest, & minus satis fecisse videtur, quando mortuus officij recompensationem non sentiret. Huius excellentissimi regis (quem Trogus constanti omnium opinione cunctis regibus atque illustribus viris iustitia & vitæ modestia, prætulit) sententiam sequamur oportet, si iusti, grati, ac magnifici iudicari volumus.

Magnificus quidè vir in referenda gratia datur semper vt excedat oportet. Pari enim mensura reddere quæ mutuo acceperis, iusti hominis est, accumulatiore autem, liberalis. Improbiores tamen nonnullos videamus, qui præ nimia quadam auiditate ita ingenium comparatum habent, vt antiquorum beneficiorum protinus obliuiscantur, nisi nonis quotidie afficiantur. Hi quauis multa acceperint, pro quibus perpetuo obnoxij obligati que sibi videri debent, gratiam tamen omnem subuertunt. Nam si quid minimum eis negetur, id solum meminerunt quod negatum fuerit. Eiusmodi homines ingratisissimi habendi sunt, & sibi ipsis aliisque nocent. Reddunt enim bonos viros ad gratiam promerendam tardiores, & malignos pro benignis eos faciunt, & inofficiosos pro officiosis. Pulchris rationibus Arist. ostendit illum qui beneficium contulit, magis deligere eum qui accepit, quam is eum qui dedit: imprimis, quia qui accepit debitor est ei qui contulit, ille autem creditor, & qui pecuniam mutuam debent cupiunt plerunque eos quibus debent, aboleri: ac contra hi quibus debetur, de salute eorum qui debent solliciti sunt: & gratiam contulerunt, eos viuere quibus benefici fuerunt, vt parem ab illis gratiam consequantur: secus illi. Cupiunt nanque eos mori, ne diutius eis obnoxij sint. Qui beneficia contulerunt, amant eos quibus contulerunt quasi opus suum, & vt artifices suo opere delectantur. Quod etiam in poetis cernimus, qui libros à se editos quasi proprios: filio mira beneuolentia complectuntur. Beneficium itaque contulisse,

Aristo. li. 9.
Ethico. ca. 7

pulchrum est, accepisse autem seruire. Illud certe honestatis est, hoc verò utilitatis. Honestas diuturna est, utilitas caduca. Et maior labor est dandi, accipiendi: maior autem labor maiorem conciliat amorem. Vnde matres, quarum laboriosior est partus, magis filios amant, quam patres, quia magis sciunt esse suos. Hæc sapienter Aristoteles. Nos autem ne ulterius vagemur, ad calcem fermonem nostrum perducamus. Concludamus igitur maximam in regibus principibusque virtutem esse magnificentiam, à qua quicumque abest, vix quipiam dignum laude agere potest, & in auaritiæ crimem facile incurrit, detrectatoribusque obnoxius redditur. Illud quidè Herodoti regibus omnibus documento esse debet, qui ait Persas Darium institorem appellasse, quando apud eos regum primus tributa instituisse: Cambysan autem dominum, Cyrum vero patrem: quoniam Darius omnia quæstui exposuit, Cambyfes asper ac difficilis imperio extitit, Cyrus autem mitis & facilis, deque Persis semper bene mereri cupiens. Et hæc satis de magnificentia, quam plerique græcorum μεγαλοπρεπείαν appellant, vt quæ magnos quosque ac præstantes viros deceat, quasi magnidecentiam.

DE CONSTANTIA.

Titulus XII.



Constantia nunc sequitur quæ virtus proprie dolori resistit, cui opponitur muliebri quædam molities, quæ inconstantia dicitur. Sunt tamen qui similem constantiæ continentiam, faciunt, dicantque

constantiam esse, per quam cupiditas consilio ac ratione regitur. Aristoteles autè has duas virtutes clarissimo intellectu discernit, vt constantiæ proprium sit dolori resistere, cõtinentiæ verò, voluntatem cupiditatemque superare. Proinde quum maius sit superare quam resistere, quando illud sit vincere, hoc autem non uinci potiorum esse ducit constantiam, quam continentiam. Constantiam Cicero *Arist. c. 7. et amici sanitatem esse putat. quod quidè ex hoc cert. 2. li. 7. Et hi* nitur. dicit enim, Stultitia est animi incõstantia, id *co.*

est animi sanitate vacare. Præclara virtus est constantia, & regia fortitudine dignissima. Atqui vt hanc virtutem imprimis contra dolorè exerceamus, Necessarium est corporis ægrotationem, cruciatumque omnem forti, ac cõstanti animo perferre.

Varicosus erat C. Marius, & id iniquo ferebat animo. vtque sanaretur, secundum crura medico præbuit, & non modo non ingemuit, vocemve aut clamorem edidit, verum etiam immotus stetit quasi non crura, sed lignum aliquod fabro dolandum præbuisse.

Constantians valde fuisse videtur Cæsius Scæua, qui enulsam cum sagitta oculum ad Dyrrachium excussit, vt in pugna forti animo perstaret. Et Artilius qui ad Malliliam amputata dextera nauem sinistra tenuit.

Videmus tamen nonnullos fortes in bello, qui *Plin. ca. 23. deinde in corporis doloribus inconstantes sunt. lib. 7. et A. Galli pugnacissimi habentur, moliter tamen ægrotant, & paruo dolore muliebriter languescunt. li. 5. politico.* Græci autem contrà ignaui sunt in bello, in lecturum. *rum.* lis, verò suis constantè ægrotant.

Hanc constantiam quidam veteres corporis patientiam appellant unde Plinius ubi doctissimus duo patientiæ exempla ponit vnum Leænæ meretricis, quæ diu contra nunquam indicavit Harmodium & Aristogitonem tyrannidas, Alterum autem Anaxarchi Abderitrani. hinc quum à Nicocreonte Cyprio tyranno deprehensus fuisset, sibi infensus quoddam in cœna Alexandri magnifica omnia esse dixisset, sed oportere iam caput cuiusdam satrapæ apponi, Nicocreontem intuens, hocque ille audito indignabundus edixisset, ut Anaxarchus vinciretur, & ferreis malleis in concavo saxo tunderetur, constanti animo ait, Tunde tunde Anaxarchi vasculum, Anaxarchum autem nihil teres, quo dicto commotus tyrannus linguam ei præcidi iussit. Tum philosophus ridens præcisam illam dentibus & commanducatam in tyranni os ita patens expuit. His addi etiam potest Zenonis Stoici exemplum, qui ut mentiretur quædam, à Cyprio rege diuinius laceratus est. Sed ut ei omnem mentiendi spem eriperet, emulsam sedibus suis linguam cum eruento sputamine in oculos interrogantis impexit, ut Ammianus Marcellinus refert.

Constantiam quoque aliter plerunque accipimus, Postquam enim à prudentia, iustitia, temperantia moniti sumus quid ex petendum aut fugiendum sit ut rationem sequamur, non satis est id intelligere tantum sed stare etiam oportet præsentia ac constanti animo in eo quod deliberatum indicatumque sit. Nec committere ut illecebris voluptatis allecti turpia aliqua agamus, aut dolore

percipi à rectis actionibus distrahamur. Et hæc est constantia illa, quæ nunquam ab honesto discedit & in ciuilibus actionibus plurimum præstat.

Age, ut exempla maioris constantiæ omittam, nõne tibi laudandus iure optimo esse videtur Pompeius ille, qui in pugna quæ contra Mitridatē Lucullo duce iusta est, interceptus fuit? Nã quum vir esset insignis, & vulneribus grauius sauciatus, ductus est, ad regē qui ut primum eum conspicatus est, Dic quæso (inquit) si per me diligenter curatus fueris, nõquid eris exinde mihi amicus? Tū pōponius, ero, inquit, tibi amicus, si & tu populi Romani amicus fueris. Sin secus, me quoque inimicum habebis. Tum Mithridates magnam viri constantiam admiratus ab omni iniuria hominem prohibuit, iussitque ut quam diligentissimè curaretur.

C. Fabricius, quum in Italiam accitus tyrannorum Pyrrhus Epyrotarum rex transmisisset, ad eum à Romanis legatus missus est, ut ab iniuria belloque abstineret atque ab Italia decerneret. Tum Pyrrhus, ut erat animo excellenti, præclara auri ac argenti munera ad eum misit, quibus ille spretis, legationis responsum petebat. Postridie eius diei Fabricium Pyrrhus aduocat, comiterque eum amicis verbis affatur, & inter loquendum ingentem Elephantum clam post eum dimitti annuit, qui supra Fabricii caput adsistens, elata promulcide hortendā emisit vocē: ille autē nullo metu perterritus constanti animo ait, Neque heri pecunia me corrupisti, neque hodie elephantis barritu cōterrui. Quasi tacitè inferret, quid sit agendum,

vide. Paulo vero post superato fugatoque Pyrrho & eius exercitu in fugam conuerso, docuit Fabricius non minore animi fortitudine se in bello atque acie versari, quam contra cupiditatem a terrorem constanter constitisse.

Sed fortitudinem constantiamque Romanorum Pyrrhus etiam quum aliquando superior extitisset, probauit. Nam inspecta in reparando instaurandoque exercitu eorum celeritate, ait, Plane video me Herculeo sidere progenitum, cui etiam necessarium sit cum Lernæa Hydra pugnare. Cæsis enim tot hostibus, ex eorum sanguine plurimi renascuntur. Et cum animaduertisset eorum qui in acie ceciderant, fortitudinem, exclamauit. O quam facile fuerat, aut mihi orbis terrarum imperium cum Romanis militibus inuadere, aut illis me eorum imperatore ac rege. Hanc virtutem tanti Cicero fecit, ut in libris de felicitate & miseria contra Epicurum disputans, affirmet multos per eam beatitudinem fuisse adeptos, & M. Attilium Regulum imprimis, quem non tam superiore gloria, quum bis fuisset consul, & semel triumphasset, quam ultimo illo casu quum vigiliis fameque cruciaretur, propter promissæ hosti fidei voluntariam constantiam. Ait enim Non hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate & constantia sunt beati.



Olerantia deinceps se nobis offert, quæ præcipue labores perpetitur non fugiendos, quas tamen ærumnas tristi verbo (ut ait Cicero) prisca appellauerunt de quibus supra quum de perturbationibus animi tractauimus, abunde diximus. Tolerantia virtus est, qua quidem affecti, quæ difficilia aut laboriosa sunt, decori honestique gratia toleramus. Huius verbi primam syllabam poëtæ corripunt: sed circo non erit fortasse alienum putare eius originem græcam esse, quamuis non omnes literæ conueniant *τολμάω*, enim quod etiam *τλήμυ*, & detractis prioris verbi literis *τλάω* quoque dicitur, sustinere, audere, & tolerare significat. Hinc descendit *τόλμημα*, quod pro tolerantia & audacia sumitur, & pro voluntaria quadam patientia, sicut apud nos tolerantia ponitur. Sed de verbo non est hoc loco disputandum, quum sit hæc virtus præclara, & in laboribus necessariis functionibusque honestis maxime eluceat, nec minus in ferendis æquo animo quæcunque aduersa aut dura & molesta quotidie accidunt.

C. Marius militares imperatorisque labores magna tolerantia pertulit. Cibarium panem cum militibus semper comedebat, in solo nihil præter ceteros sibi substernens iacebat, vallo, fossa, aggregibus, machinis, reliquisque laboribus pariter cum gregariis militibus insudabat. Quibus ex rebus militum primum sibi beneuolentiam conciliauit,

deinde famam per omnem Libyam adeo auxit, ut omnes vulgò dicerent finem nunquam habitura bella in barbaros, nisi C. Marius exercitui proficeretur, quod quidem ut primum Romam perlatum est, Marius consul designatur omnium penè suffragiis, homo novus, & per solam virtutem cognitus, sine vlla maiorum commendatione. vnde exclamabat, diuitum nobiliumque molliem consulatus virtutem rapere, se autem vulneribus laboribusque gloriari, non autem maiorum monimentis aut imaginibus, quorum tamen maiores progenitoresque conscendum est non propter generis claritatem, quæ principio rerum Romanorum nulla fuit, sed propter fortitudinem, & egregia gesta gloriam fuisse assecutos.

Ferunt plerumque iniquo animo nobiliores, quòd noui ciues etiam per virtutem afferantur, ac reipublicæ muneribus honestentur, ut qui longe plura ac maiora generi ac nobilitati tribuant, quam par sit, aut ratio exigat, ut fecerunt iuvenes quidam Rom. eo tempore quo Cn. Flavius homo humilium sortis prætor designatus fuit, repulsis ingenium nonnullis competitoribus. Còplures enim indigne ferentes, aureos anulos abiecerunt, & equorum ephippias ac phaleras dimiserunt. Sed quum dolorem atque iram suam tam temere ostenderet, eos optimi ciues grauius obiurgabant, docebantque eos æquo animo semper ferenda esse, quæ à populo statuerunt, cui nunquam succensendum esset.

Patientissimus etiam laboris fuit Sertorius, &

famem, sicut hyemem, æstum, puluerem, & alia in commoda militaria facillè honoris deorsumque gratia tolerabat: quibus ex rebus Celtiberi homines fortes ac pugnaces illum cunctis aliis ducibus præferebant, & alterum Hannibalè audacia & promptitudine vulgò esse dicebant. Hannibal tolerantissimus laborum præter alios summos duces atque imperatores habitus est. Cuius corpus (ut Linius refert) nullo labore fatigari, aut animus vincipoterat. Caloris ac frigoris patientia par, sibi potiusque desyderio naturali non voluptate modus finitus vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora, id quod gerendis rebus superest, quieti datum. Ea neque molli strato ac silentio accersita. Multi illum sæpe militati sagulo operum humi iacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Equitum pedumque idem longè primus erat. Princeps prælium imbat, vitinus conferto prælio excedebat. Literarum quoque monimentis proditum est, eum noctes insomnes, & dierum inedia sæpe tulisse.

Fabius maximus hac virtute etiam præstitit, & præcipuè intolerandis aduersis hominum moribus. Proinde sæpe dicebat, oportere eum qui aliis imperat, non verbis verberibusve sæuire, sed tolerando mulcendoque homines in suam sententiam pellicere. Absurdum videri asserens, quum ceruimus feras cibo & blanditiis cicures fieri, & canes atque equos diligentia, victu & familiaritate potius quam verberibus & catenis mansuescere, sperare homines sæuitia mollire, quum per patientiam ac tolerantiam longe facilius in rectam

*Titus Linius
li. i. in prim.
cip. 3. deca.
secundi bel.
p.*

sententiam redigantur. Hanc opinionem veram esse docuit Cinna, qui ab exercitu suo, quem inuitum cogeat naues deducere contra Syllam, casus extitit. Et Fimbria præ nimia sua sæuicia ab exercitu destitutus, qui ad Syllam transuerat, seipsum percussit, & cum animo ac viribus deficeret, à seruo quodam suo, vt se occideret impetravit. Iniquum habebatur apud Romanos, non modò liberos, sed seruos etiã male habere, atque in illos nimium sæuere. Vnde non paruorum populi Romani fauorem promeruit Adrianus Cæsar, quum Vmbriam quandam matronem in quinquagenarium relegauit, quòd ex leuissimis caulis ancillas suas atrocissime tractasset. Et Iupiter Romano populo succensusse creditur, quòd Antonius seruum suum crudeliter verberatum, patibuloque constrictum, ante spectaculi commissionem per Circum egerit. Proinde opus fuit ad propitiandum deum ex senatusconsulto ludos instaurare & diem bonum Circensibus addere, vt facinus illud expiaretur.

DE STABILITATE ET PATIENTIA, *Titul. XIII.*

Stabilitas, & patientia duæ reliquæ species sunt quæ fortitudinem comitantur. Patientiam Cicero definit rerum arduarum ac difficilium uoluntariam perfectionem, honestatē aut utilitatis causā. Hæc quidem virtus perutilis est omnibus in rebus agendis. Impatientia verò

ac leuitas quædam multas bonas actiones sæpe peruertit, quum aut iracundè respondemus, aut inclementer in alios loquimur, vel minima etiam in nos dicta atrocius refellere volumus, & paruas qualesque iniurias propulsare atque vlcisci. Qui varios hominum mores nequit tolerare, aut nimis delicatus est, aut à communi mortalium consortio se extrudit. Optime heros ille tragico cothurno seipsum comprimit, quum ait, Perpetere ô cor, nam tu longè aliàs grauiora tulisti. Sed de patientia satis diximus ex auctoritate Plinij, quum de constantia tractaremus. Stabilitatem verò rectè dicimus conseruatricem bonorum consiliorum, bonarumque actionum. Parum enim admodum esset bene deliberare, benèque incipere, nisi perseverantia stabile iudicium, stabilemque actionem præstaret. Verum enim illud est quod Hannibal sæpe in re militari dicere solebat, Vincit omnia pertinax virtus. Ex huiusmodi sententia plerumque fit, vt pertinacia pro stabilitate ponatur, ac nomen virtutis vsurpet, & pro insigni laude accipiatur.

Legimus quidem Romanum imperatorem Seuerum, piũ, pertinacemque honoris gratia fuisse cognominatum. Varro in libris de origine latinæ linguæ, quos ad Ciceronem scripsit, Pertinaciam à pertendo dici putat, quum in eo in quo non oportet manere quis pertendit. In eo autem in quo oportet persistere, quum quis perstat, perseverantia rectius, quàm pertinacia dicatur. Sed nonnunquam vitiorum nominā pro virtutibus ex similitudine quadā vsurpamus, vt quũ sæuum

pro se uero ponimus, & auarum pro parco dicimus. Sic seuitiam pro seueritate, & auaritiā pro parumonia, & profusionem pro liberalitate & audaciam pro fortitudine.

Sed pertinaciā rationem eleganter declarauit Cæsar in oratione qua Afranio respondit misericordiam petenti. Accidisse enim eis (ait) quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, ut eò recurrant, & id cupidissime petant, quod paulò ante contempserint.

Pertinaciā non dissimilis est periuicacia, quæ est nimia quædam vicissitudinis contentio, quum opere vel sermone magis quàm par est pertinaciter cõcertamus, idcirco rarò virtutis speciem præ se fert, sed frequentius pro uitio accipitur. Perseuerantiā virtutem, quæ recta consilia, rectasque perficit actiones *επιμονή* optimo verbo Græci philosophi appellant, Nos satis commodè uerbum è uerbo exprimentes, longanimitatem dicere possemus, quamuis in rato sit usu apud eos qui castigatius latinèque loquuntur.

Hæc perseuerantiā uirtus optima fortitudinis comes habetur, sine qua nemo prudens, aut perfectè sapiens dici potest. Sunt enim qui subito iudicio recte ac prudenter sapere uideantur, sed adhibita longiore cogitatione ambiguo & accipiti cõsilio mutant, & uel pauculis uerbis in contrariū sensum auditis, à uera illa ac deliberata sententia facillè deturbantur, & à uirtute discedunt, parùmque sibiipsis constant, recedunt enim à se & in sententia sua non persistunt.

Magnam ingenij leuitatem & puerilem inconstantiam ostendit Vitellius Cæsar pluribus quidem in rebus, sed præcipuè quum postulante exercitu ut libertum suum Asiaticum nomine equestri dignitate donaret, inhonestam adulationem compescuit, & paucis interiectis diebus inter secreta conuiuij ultro largitus est, honorauitque scædum mancipium & malis artibus ambitiosum anulis aureis, & omni equestri dignitate.

Pyrrhum quidem Molossorum regem amplissimus laudibus omnes scriptores efferunt, regibusque cunctis eum præferunt, unum tamen ei defuisse fatentur, quod parum stabilis, firmiq; cõsiliij fuerit. Proinde egregius in acquirendo erat, in conseruando autem minus idoneus habebatur. Et hoc quidem instabilitati eius tribuendum putabant, ut qui noua semper bella adnectens quæcunque quæsierat spe eorum quæ nondum possidebat, amitteret. Quem Antigonus rex aleatori similem esse dicebat, qui spe futuri lucri proprias opes prodigit, nec unquam contentus est eo quod in alia uicerit, se quæcunque collusoribus super sunt, magna auiditate cupit, inque ea relictis omnibus solum inhians, quæcunque ante quæsierat, profundit. Sic Pyrrhus quoque faciebat, nouas enim spes aliis inuoluens, stabile iudicium peruertebat, nec victor unquã nec victus quiescebat.

Sextus etiam Pompeius magni Pompeij filius instabilis quoque consiliij habitus fuit, prælia enim satis forti animo inuadebat, sed ut primū

hostem in fugam conuersum conspicabatur, ab instituto prælio desistebat, & contentus vana umbra veram victoriam negligebat.

Encyclopa-
dia. De fortitudine & eius comitibus satis dictum esse arbitror: nunc autem in sequenti volumine ex instituto ordine de iustitia dicendum erit, & de his virtutibus quæ illam comitantur, vt absolutum virtutum numerum, quasi *εγκυκλιον περὶ ἀρετῶν* perficiamus.

Libri septimi finis.

EIVSDEM DE EADEM RE
LIBER VIII.

DE IUSTITIA.

Titul. I.

Iustitia se-
des in Zo-
diaco



Nigidius cognomento Figulus, philosophus peregrinus, & in astronomiæ scientia Romanorum peritissimus, quum de poetarum figmentis quæ in signifero cælo finguntur scriberet, ait aspectum Bootæ inter leonem & libram Virginem esse quæ iustitia siue æquitas appellatur. Addit præterea hanc à mortalibus quondam recessisse, & ad superos remeasse, vt quæ solita esset in hominum cœtu versari, eisque præcipere ne à recto atque honesto discederent: quibus monitis donec paruerunt, securi sine anxietate aut sollicitudine victarunt, Sed postquam mandatu

mandata eius contempserunt, luxuria, auaritia, cupiditasque inualuit, & inuidia, ac mutuis odiis exarserunt, tunc dolos atque insidias inter se neciter cepserunt & alter alteri imponere, ac vulnera cœdesque inferre. Tum dea quum nullum sibi in terris locum relictum cerneret, in cælum se extulit sempiternumque pietatis suæ præmium accepit.

Hæc figmenta mihi animo volutanti, occurrit cogitatio veteres poetas, (qui primi omnium philosophati sunt) putasse iustitiam cœlestem esse virtutem: cuius semina hominum menti à deo indita sint, vt postquam adoleuerint, eidem pietatis manera persoluant, & sacrificia libationesque faciant venerentur, adorantque eum, tanquam rerum omnium opificem, auctorem ac dispensatorem, & inter mortales æquitatis iustitiæque officia excellentem: quod Homerus ostendisse videtur, quum ait reges discipulos summi Iouis esse, à quo iustitiâ in primis ediscant, quam deinde inter mortales obseruet, & eam omni studio omnique diligentia tueantur. Plato philosophorum summus, iustitiâ bonorum omnium maximum esse ait à deo hominibus datum. Proinde deum ipsum iustitiæ auctorem, causam, ac principium multis in locis asserit, & precipue in libris de republica, ac etiam de legibus. M. quoque Tullius Platonice philosophiæ lector atque æmulus in libris de legibus eiusmodi verba inferuit. Sed omnium quæ in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto præstabilius, quàm plane intelligi nos ad iustitiam esse natos. Eius iustitiæ partes sunt duæ, deum pietate omni honorare, & hominem dili-

Tt

gere veluti fratrem. Ex hac sanctissima sententia monemur in primis iustitiam partiri, (non enim facile est omnia definire, ut Aristoteles docet) nam sic singularum partium determinatio clarius patebit. Nonnulla enim sunt, quæ nisi in partes vel species diducantur, vix unquam declarari possunt, unde scripturus Cicero de officiis, ante eorum species secrevit, deinde eas singulas suo ordine definiuit.

IUSTITIÆ PARTITIO, ET de diuina iustitiâ.

Titul. II.

Iustitiam in primis quadrifariam partiemur. Primam quidem diuinam appellabimus, secundam naturalem, tertiam civilem, quartam verò iudicalem. Diuina iustitia illa, cuius participes à deo facti sumus, nos compellit deum agnoscere mundi rerumque omnium opificem, separatam ab omni concreatione mortali, principio ac fine carentem omnia mouentem, omnia sentientem. A quo singula quæque animalia vitam ducant. Quique nos solos ex omnibus mortalibus diuinæ mentis participes esse voluerit, & rationis orationisque compotes. Et quum reliqua animalia prona ad terram, & inclinata ad pabulum reddidisset, nos solos ad cæli aspectum erexit, ut ostenderet nos sui contēplatores imitatoresque esse velle. Et sicut hominem sibi quali peculiare animal creauit, par-

ticipemque iustitiæ, ac reliquarum virtutum efficit, sic ei reliquas omnes animantes, subiecit quarum quidem dominorem ac dominum hominem esse voluit, ut diuerso vsui pro corporum habitu eas sibi subigeret, & quæ esui essent, libere ac sine iniuria mactaret, illisque impune vesceretur.

Horum numerum quum solus homo particeps sit, nonne iure optimo deo gratias immortales agere, & perpetuò habere debet, atque illum colere, venerari, atque adorare omnibus rebus posthabitis, quæ in etiam omni pietate curare, ut ei semper optime conciliatus sit? Cui nihil gratius iustitia, pietate, fide, innocentia, veritate, sanctitateque esse potest. Hæ sunt virtutes illæ quæ nos simillimos deo faciunt, quas quum sequimur & secundum eas agimus, felicitatis viam affectamus, vitamque assequimur sempiternam. Hæc diuina iustitia illa est, quæ recta ac firma summi dei ratio dici potest, iusta iubens, iniusta prohibens, & præmiis iustos afficiens, iniustos autem pœnis vitæ. *Explin. ca. 7. lib. 2.* Democritus dixit cuncta gubernare, beneficium scilicet, & pœna: quibus ex rebus Solon ante eum dixerat omnem rempublicam contineri. Atqui hæc ipsa iustitia est quæ cum diuinis mentibus sociatur, illisque perpetuò scedere iungitur, & à perpetua operis sui continuatione non deflectitur.

Tt ij



SECUNDA iustitiæ pars naturalis appellatur, hæc quidem apud omnes semper eadem est, & nusquam gêtiū, terrarum, locorūve variatur. Sed natura congruit & stabilis perpetuaque habetur. Et sicut superior illa deo optimo maximo debetur, sic hæc naturæ omniū parenti atque educatrici. Proinde illa ex omnibus animalibus soli homini competit, hæc autem in quibusdam rebus cum mutis animalibus soli homini competit, hæc autem in quibusdam rebus cum mutis animalibus, beluis, ac feris communis habetur. Huius imprimis est se ipsum alere, tueri, gubernare. Quæ qui agit, secundum naturā, iustus haberi debet, qui autem negligit, iniustus. Nam qui seipsum destituēs per inediā aut incuriā perit, aut sibi met vim affert, is iniustus est, & naturæ etiam infensus. Alere deinde ex se natos, eos tueri, ac speciem suam per posteritatem cōservare, eiusdem iustitiæ munus erit. Hæc & his similia communia nobis sunt cum mutis animalibus, beluis, ac feris omnibus. Parentes verò, matres ac necessarios omnes senio morbōve affectos, vel alia necessitate laborantes alere, & eos venerari, tueri ac defendere, nepotes, posterorūque diligere, atque adiuuare, eis consulere, opitulari, adesse, & his similia agere, solius hominis est, non autē brutorum animalium, aut ferarum, quæ eiusmodi officia non agnoscunt. Humanitatem quoque cōservare, hominique prodesse, huius etiam natura-

is iustitiæ munus est, quod ad solos homines pertinet: cui contrarium est hominē perimere, hominique nocere, quæ si vere homines esse & haberi volumus, omnino facere prohibemur. Nam si fecus ageremus, inhumani ac feri diceremur.

Læstrygones qui alio nomine Cyclopes vocantur & Busiris Ægyptiorū tyrannus, ac diomedes Thrax de quibus in fabulis agitur, & alii cōplures qui in exitium hominum nati esse videntur, non tam secundum naturam homines quàm leones, tigres, vrsi, lupi, serpentes & aliæ truculentissimæ feræ quæ in communem mortalium perniciem viuunt, habendi sunt.

Hæc itaque virtus, vt naturā ducem sequamur monet. Natura enim à vitis abhorret, recta autē & honesta sequitur. Nam (vt quibusdam Stoicorum placet) virtus nihil aliud est, nisi absoluta ac perfecta natura, summūque bonum putauerūt esse secundum naturam agere, vnde quidam veteres Socratici hanc naturalem iustitiam dicunt esse scientiam boni & æqui, naturali rationi congruentem, qua qui per sese utitur, vir bonus est quum verò aliis communicat, tunc bonus fit ciuis, quia non sibi soli sed aliis prodesse nititur.

Principia quidē naturalia, quæ ἀρχαὶ φύσεως à Græcis dicuntur, omnes philosophi inter magna naturæ bona cōnumerant. Nonnulli autem sūt qui in illis summum bonū collocent. Hæc duæ iustitiæ partes, seu rectius species appellemus, nequaquā alienum bonum videri possunt sed eius solus qui secundum eas agit. Neque in his verum est quod à plerisque philosophorum dicitur, iustitiam so-

Iam omnium virtutum alienum videri bonum, ut quæ ea agat, quæ non sibi, sed aliis conferant, ut principi aut reipublicæ, aut singulis quibusque. Quod si ita ut aiunt, res se haberet, optimus habendus esset iustus ille, qui non ad seipsum solum, sed ad alios quoque virtutis munere vteretur. Hinc sumitur quod iustitia illa quæ pro aliis agitur, non tantum pars aut species virtutis habenda est, sed tota atque integra virtus, cui contraria tunc non iniustitia sit, sed tota turpitudine, vel virtiofitas, si sic dicere licet: quod quidem Aristoteles clare testatur.

DE CIVILI IVSTITIA.

Titul. III.

Iustitia nunc pars sequitur, quæ civilis iustitia dicitur. Hæc quidem aut principis est, aut eius viri qui in republica, aut in hominum societate versatur. Cuius virtutis proprium est multitudini consilium, vires tueri, civitates regere, homines ab iniuria prohibere, socios providentia protegere, unicuique reddere quod suum est: honores, magistratus, ac commoda distribuere secundum cuiusque dignitatem. Hanc iustitiam Cicero dicit esse habitum animi communi utilitate conservata tribuentem suam cuique dignitatem. Aristoteles autem eam dicit virtutem animi esse cuique secundum merita distribuentem. Hanc comitantur morales omnes virtutes, quas etiam civiles di-

mus, quibus quasi in consilio adhibitis sine scripto determinat quod honestum, quodque turpe sit, & qui mores probandi, quique improbandi esse videantur.

Morem Varro dicit esse consuetudinem in animi iudicio, quam sequi debeas. Iulius verò Festus quum de verborum significatione scriberet, ait Morem esse institutum patrum pertinens ad religiones ceremoniasque maiorum. Hinc fas oritur, hoc est religiosa quædam permissio, quæ tandem valet donec à iure scripto prohibeatur, quod tunc fas esse desinit, & fit nefas, unde quum vellet ostendere Maro rem & per religionem & per legem loqueretur;

Quippe etiam festus quæ exerceat diebus
Fas & intra sinunt,

Fas ergo est lex divina ab ipso deo vel à natura constituta: Ius autem humana lex, quæ tantum ex moribus conitatur. Transire per alienum fundum fas est, iure autem non permittitur, ire ad prostibula nefas est, attamen per leges licet, fas (ut opinor) græcam habet originem, proinde in vetustissimis codicibus per ph. scriptum frequentius inuenitur *φάειν* enim dicere, & annuere significat, & *φάειν* dictio & permissio est. Huius contrarium est nefas, quod per religionem non esse permissum ostenditur. Nec putemus hinc nefarium deduci, quum à farre dicatur, auctore Varrone, ut Nonius Marcellus testatur & Alconius Pedianus optimus antiquitatis scrutator affirmat. Est enim nefarium sacrilegus, vel qui propter sceleris turpitudinē indignus vita esse videatur.

Georg. lib. 2.

tur, sed prohibeatur à sacris, idest à farre adoro, quo fiebant sacrificia, ne sacra pollueret, quæ quidem communia erant, & farreacea dicebatur. Celebrabantur enim farre puro, & saliente mica, vt poeta ille ait.

Hæc iustitiæ pars præter reliquas omnes regi cõuenit, qui censor magisterque morum habetur. Quoscumque enim mores probat ac seruat, hi ab omnibus probantur, & in illis quisque excellere nititur, quos verò improbat, omnes fugiunt. Optinè Plato mutationem principis mutationem totius ciuitatis esse ait. Vt enim bonus princeps exemplo probitatis magis quàm ipsa probitate prodest, sic malus exemplo turpitudinis magis quàm ipsa turpitudine obest. Deterrimi enim homines quicquid exemplo principum faciunt id iure factum esse existimant. Similiter artes quos amat, magnum quamprimum accipiunt incrementum, iacentque semper, quas oderit. Proinde Isocrates regi suo præcipit, vt artes & opificia utilia amplectatur, inutilia autem reiiciat.

Sapienter Plato tales reliquos ciues solere esse dicebat, quales principes essent. Ptolemaici reges Mathematicas scientias coluerunt. Eorum igitur temporibus complures egregij Mathematici claruerunt. Xerxes verò voluptates mirifica quadam cupiditate perquisiuit, & eas tanti fecit, vt non contentus solitis voluptatum illecebris magna præmia proposuerit his qui nouas inuenisset: quæ ex re regiones quibus imperat, omni turpitudinũ genere infecit, hominẽsq; omnes turpiter efformauit, cuius disciplina qualis fuerit ex eũtubello

rũ quæ gessit, facile apparuit. Nero quod citharodos minos & histriones summa beneuolentia cõplectebatur, complures nobiles iuuenes earũdem artium studiis pellexit. Nec id admirationi cuiquam esse debet, non enim ludorum ac fabularum spectator tantum extitit, sed & actor, cantauit siquidem Herculem furentem, & quum ex argumento fabulæ vinciretur, catenisque oneraretur, occurrit tyro quidam, qui ad custodiam aditus positus fuerat vt ei opem ferret, quæ ex re quicunque aderant, in cachinnos effusi sunt.

Probet igitur rex optimos mores, de terribios autem exagitet: & sic ex artibus bonas probet, malas autem reprobet atque explodat. Curet etiam ne ciues iniuria afficiantur, propulsetque eis ab aliis illatas, atque vlciscatur, ne lepidum illud Publij Syri qui iudicio Cæsaris Laberio in Mimis prælatus fuit, dici possit:

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Videat deinde rex vt optimos viros magistratibus præficiat. tales enim principes existimentur, quales sunt illi qui eorum vices gerunt.

Naturæ suæ morbum indicabat Vespasianus Cæsar, quum rapacissimum quemque ad amplissima munera, magnosque magistratus promouebat, quò locupletiores factos, deinde maiore pecunia emungere atque exhaurire posset. Iure igitur vulgo dicebatur Vespasianum amicis pro spongiis vt qui siccos madefaceret, turgidos verò exprimeret.

*Amici pro
spongiis.*

Demum videat rex ne corruptela malæ consuetudinũ in vrbes irrepat. inducit enim vitia, &

virtutes omnes exigit. Optimè apud Persas capitale per legem fuit, novos aut peregrinos mores inducere. Et Cretenfes sanè quum populos aliquos diris execrationibus deuouerant, semper imprecabantur vt mala consuetudo eorum vrbes inuaderet. Lycurgus autem magis oportere dicebat custodire ne vrbs improbis moribus completur, quàm ne morbidis, contagiòsi que corporibus extrinsecus venientibus inficeretur.

*Luxuries.
Romano-
vnde.*


Conqueritur Luius peregrinam luxuriam in urbem inuectam à victore Asiae exercitu inde primum lectos aratos, vestem stragulam præciosam, plagulas, textilia omnia, monopodia, abachos Romanam aduectos. Tunc psalterias, Sambucistras fuisse impræcio, & ludionum oblectamenta, que cenarum voragine excitarent. Tunc coquus vilissimum quondam mancipium æstimatione & vili magno licitari coëptus, ad eò vt quod vile ministerium fuerat gratissima ars effecta sit.

Xerces iratus aliquando Babylonis constituit deinceps arma ne ferrent, sed canerent, tibia verentur, versarentur in prostibulis, ganeis, ac popinis, & sinuosas vestes ferrent. Qua ex consuetudine ita turpes & scelesti eualerunt, vt nihil in vniuerso terrarum orbe Babylone corruptius inueniri potuerit, neq; ad inuitandas illecebras instructius. Nam parentes & mariti ipsi liberis coniugibusque permittebant vt vulgò cum hospitibus coirent, modò præcium flagitij acciperent. Boni ergo mores, bonæque consuetudines perpetuò seruandæ sunt, vnde Galba imperator vel ex hoc perissimè laudatur, quòd vetustum morè semper ser-

uauerit, vt bis quotidie liberi, seruique frequenter adessent, & mane saluere, vesperi autem valere ei singuli dicerent. Sed de hac ciuili iustitiæ parte hæcenus dixisse satis sit.

DE IUDICIALI IUSTITIA.

Titul. v.

VARTA iustitiæ pars iudicialis siue legitima dicitur, quæ in iure dicundo præcipuè versatur. Hæc primùm per leges decernit quid iniustum sit, & præsertim in rebus in quibus ab initio nihil interit, hoc alio modo essent. Talia autem Epicurei dicunt non natura, sed sola lege constare, vt iusta vel iniusta sint, idemque opinatus est Archelaus Atheniensis. Socrates magister, qui iustum & turpe non natura, sed sola lege secerni ait, Recte itaque Modestinus iureconsultus dicit, omne ius aut consensu fieri aut necessitate constitui, aut firmari consuetudine. Sed ex Academicorum sententia iustum aliud natura, aliud ordinatione ac lege dicimus. De naturali iusto iam dictum est, nunc de legitimo loquemur, à quo iudicium fieri oportet. Est enim iudicium recta iudicatio iusti atque iniusti. Scitè Alconius Pedianus optimus Ciceronis interpretes iudicium à præiudicio secernit, vt esset iudicium res quæ causam litemque determinet, præiudicium verò res quæ quum constituta fuerit, affert similibus in rebus iudicaturis exemplum. Omnia quæ à legibus proficiunt, iusta habenda sunt: nam secundum aliquam virtutem

constitutas eas esse oportet. Ne miles locum in acie deserat, fortitudinis est præceptum, ut pactis promissisque stetur, & fides ac iusiurandum seruetur, iustitiæ: sicut ut quisque ab alienis manus absteineat, nequis incestum, stuprum, vel adulterium committat, temperentiæ, nequis hominem cædat, pulset, verberet aut violet, humanitatis ac mansuetudinis: ut quisque rectum consilium principi, rei publicæ aut amicis afferat, prudentiæ. Vnde ille Senariolus Romæ canebatur consilium malum consultori præssimum est, quod ex Hesiodi versu expressum fuisse putat Gellius ἡ δὲ καὶ βελτίον βελλεύσαντι καλῶτη. Leges quidem omnes sicut virtutes iubent, sic etiam vitia prohibent. Modestinus iure consultus legis virtutes esse dicit, imperare, vetare, punire, permittere. Cic. in li. de deorum natura ait, Legem esse recti præceptionem, prauique depulsionem. Iustus & equus est, qui secundum legem ait, fraudem aliquam legi per versutiam innectere nititur: qui verò contrarium facit, iniustus atque iniquus habetur. Ille enim contra legem facere dicitur, qui id facit quod lex prohibet: ille autem in fraudem, qui salutis verbis legis sententiæ eius circumuenit. Mali interpretes iuris, qui per calumniam causas agunt pessimi hominum habendi sunt in omni populo, & maiorem inuidiam contrahunt, quando iustitiam profiteri videntur, ac deinde sub specie recti hominibus quos tueri debent, callidè imponunt. Hi non dissimiles sunt medicis illis qui mortiferum toxicum iis diluunt, quibus per pharumacum salutem pollicebantur. Sed nunc ad iusti-

tutum redeo. Quia iustus ferè aliis, non sibi laborare videtur, idcirco iustitia alienum bonum dicitur. Proinde hanc partem optime definit Vlpianus inreconsultus, quum ait. Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Dispositionem quidem & habitum complecti videtur, & præcipuè quum addat, Iuris præcepta sunt hæc, honeste viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere, vnde consequens esse videtur quod Cælius refert, Ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. *Cælius in li. i. ff. de iust. & iur.* Habitus enim iusti est res iustas agere, iniusti autem iniustas. Bonitas æquitatque nihil aliud est quam iustitia ipsa, ut Cic. libro primo de legibus scripsit. Iudex quasi animatum ius habendus est, magistratus verò custos iusti & æqui, non enim ut homo dominatur, sed ut ratio: idcirco veluti rex habendus est. Nam si dominaretur ut homo, tyrannus esset. Veteres pictores (ut Chrisippus Stoicus scripsit) scitè atque elegatè iustitiæ faciem pingebant, Eam namque virginem faciebant aspectu seuro ac formidabili, peracri oculorum acie, vultu verecundo, cum dignitate ac maiestate, sine atrocitate aut humilitate, ut ostenderent iudicem grauem esse oportere, seuerum integrum inadulabilem, inexorabilem, immobilem, & virtute, veritate, maiestatiæque verendum. Tres oratores Romam ab Atheniensibus missos fuisse diximus oratorum ut multam eis illam pro vastatione Oropi oppidi, quod iuris Romani erat, remitterent. Erat enim talentum quingentum. Eorum quisque seorsum in Senatu luculentam

orationem habuit: & tria dicendi genera Romanis adhuc incognita, diuersis orationibus, vt tres diuersarum disciplinarum philosophi erant, ostenderunt: eaque vario stilo texuerunt, Exemplo Homeri, qui Vlyssi vberem, Menelao gracilem, Nestori mediocrem orationem tribuit: Cuius imitationem etiam tenuerunt tres diuersi inter se Graeciae populi, vt essent Asiatici vberes & inflati Attici pressi & integri, Rhodij verò medium quidem tenerent, imitati potius Aeschineum quàm Demosthenem, aut Hieroclem & Menoclem fratres, quos Cicero Asiaticorum rhetorum principes fuisse affirmat. Primum dicendi locum habuit Carneades Academicus, & vberi orationis genere vsus est cum quadam dignitate & amplitudine. Secundum Diogenes Stoicus qui gracili cum scita venustate ac subtilitate. Tertium Critolaus Peripateticus, hic mediocri stilo vsus est cum modesta vtriusque participatione. His ex tempore responsum dedit Calpurnius senator qui acuminis ingenij tantam cuiusque eorum ex imitatione similitudinem assecutus est, vt non minus his tubus philosophis, admirationi fuerit quàm vniuersis senatoribus. Aderat in frequenti senatu seuerior ille Cato, quem propter mortuum grauitatem omnes venerabantur, & iniquo animo tulerat tantam dicendi diligentiam nonnullisque senatoribus clam dicebat dimittere eos quamprimum esse Graecos oratores, si rempublicam saluam vellent, ne dicendi lenocinis ciuitatem inficerent. Deinde domum rediens ad filium ait, tunc imperium Romanum periturum quum se ciues Graecis lite-

Ex Plin. ca.
30. lib. 7.

rarum studiis traderent. Timebat ne graecis illecebris iuuenes illecti, gloriam rei militaris amitteret.

Sed ad Carneadem redeo. Is dum Romam esset, acerrime de iustitia disseruit, eodem Carone & Galba Censoribus audientibus. Postridie autem eius diei orationem inuenit ostentandi ingenij gratia & contra iustitiam grauiter inuectus est. Principio suauiter sermone orsus, ait iura sibi homines pro vtilitate sanxisse, & ea varia quidem ex diuersis gentium moribus, quae etiam pro temporibus saepe mutarentur. Ius naturae nullum esse aiebat, omnes & homines, & animantes reliquas ad vtilitates suas ducere natura ferri. Proinde nullam esse iustitiam, quoniam sibi noceret ipsa alienis commodis consulens. Dicebat enim bonus vir si seruum fugitiuum, vel domum in salubrem vendat, vtrum ne proficebitur fugitiuum seruum ac pestilentem domum se vendere? an celabit emptorem? Si proficebitur, bonus quidem, quia non fallat, sed tamen stultus iudicabitur, quia vel paruo vendet vel omnino non vendet. Si celauerit, erit quidem sapiens quia rei suae consulat: sed idem malus, quia fallat. Rursum si reperiat aliquem qui aurum vel se putet vendere quum sit illud aurum: aut plumbum, quum sit argentum, racebitne, vt in paruo emat? an iudicabit, vt magno? Stultum plane videbitur magno malle emere, quod vili posset. vnde intelligi volebat, & cum qui iustus ac bonus stultum esse, & cum qui sapiens malum. Et tamen sine pernicie fieri posse fatebatur, vt homines sint paupertate contenti dicebat deinde iustitia est hominem non occidere, & alienum proflus non attingere. Quid ergo iustus faciet, si

Cic. in offic. lib. 3. forte naufragium fecerit, & aliquis imbecillior viribus vt enatet tabulam de naufragio conscenderit, nonne illum à tabula derurbabit, vt ipse conscendat, & illi innixus euadat, quum maxime sit nullus medio mari testis? Si sapiens est, faciet, alioqui enim ipsi pereundum est, nisi, fecerit. Si autem mori maluerit quam manus alteri inferre, iam non iustus ille, sed stultus est, qui vitæ suæ non parcat, dum parcat alienæ. Item si acie suorum fusa hostes insequi cœperint, & iustus ille nactus fuerit aliquem saucium equo infidentem, ei ne parcat vt ipse occidatur? an deiciet ex equo illum vt possit ipse hostem fugere, si fecerit, sapiens erit, sed malus, sin secus, iustus, sed stultus. Hanc disputationem inducit Carneades, non quòd ignoret iustitiam virtutum omnium maximam esse, & ab innocentia prudentiâque non posse seiungi, & quod ex iniquo aliquod semper habere videtur exemplum, quod contra singulos pro communium utilitate statuitur: sed vt ex præscripto suo ostenderet veritatem alias habere radices, & in abdito obscuroque penetrati latere, ac etiam vt disputaret in vtrâque partem, vt sapius consueuerat. At v.

Ciceronis libri de rep. cum aliis compluribus perierunt, reliqueruntque nobis triste desiderium hi nos magno labore profusus liberarent, & iustitiam reliquâque virtutes clarior edocerent. Hanc enim in illis disputationem inducebat, & Furium contra iustitiam ex Carneadis obiectis disputantem, Lælium autem pro iustitia respondentem faciebat, & ei summa prudentia patrocinantem, vt virum eruditum ac sapien-

tem

tem decet. Sed disputatio hæc inchoata est, non tamen perfecta ad summum. Malo enim fato desiderati libri sunt, & pauca, quæ diximus, testimonio aliorum scriptorum quicquid inducunt, habemus. Concludendum tamen est iustitiam ab innocentia atque prudentia nequitiam separari posse. Proinde iustus nullius utilitatis causa quæpiam faller, neque permittet vt aliquis seipsum decipiat: morique mallet, quàm violentas manus alicui inferre. Et si nactus fuerit socium equo infidentem aut imbecilliorum illum in naufragii tabula natantem, morietur potius quàm viam alicui afferat, aut aliquem interimat. Quinetiam idem ipse Carneades dicere solebat, Si iustus viderit quæmpiam cuius etiam mors ei emolumento futura sit, imprudenter iuxta aspidem affidere, iniquè fecerit nisi eum monuerit, vt vitæ suæ caueat. Concludendum igitur rursus erit, iustitiam maximum bonorum nunquam stultitiæ nomen, quod sapientie contrarium est, subire posse: nec ab innocentia virtutum omnium clarissima vnquam seiungi, cum virtus ipsa sit, ac singulare hominum bonum, & bona omnia omnèque virtutes in se vna complectatur.

QVID CVM LEGIBVS

rex agere debeat.

Tit. VI.



Vari plerumque solet, quid cum legibus rex agere debeat? Et primo quidem dicendum erit vt bonis legibus pareat, vt illius exemplo alii omnes libentius alacriusque illis obsequantur. Iniquum

Vu

enim esset ius aliis præscribere quo ipse non uteretur. Optime Ægyptiaci reges agebant, qui patendo legibus putabant se fieri beatos, atque omnium felicissimos, ut Diodorus Siculus testatur. Isocrates regi suo præcipit, ut leges emendet, novas condat ad concordiam, utilitatemque civium & ad lites dirimendas.

Eiusmodi præcepta Isocratis ætate necessaria erant. adhuc enim (ut dicitur) in tribus ac ratibus navigabant, & tuguria atque humiles casas habitabant. Pauca erant leges Cretensium, Atheniensium, ac Lacedæmoniorum, ad quas perdiscendas ex Senatusconsulto Sp. Postumius albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus oratores Athenas, & per omnem Græciã missi sunt, in quorum reditu decem viros legibus scribendis Senatus præfecit, nequid quod ad civilem sapientiam pertineret, populo Romano deesset. Hi fuerunt Appius Claudius, T. Genutius, P. Sestius, L. Verrius, C. Iulius, A. Manlius, P. Sulpitius, P. Curtius, T. Romulius, Sp. Postumius, viri ingenio doctrina, ac genere præcellentes. Nec vberibus illa vitiorum copia adhuc orbem terrarum pervaserat, nec avaritia totos tunc pandebat sinus, ut Satyricus noster ait, nec luxuria, & mensarum voracitas tanta ingluvie terra marique grassabatur. Castiora profus erant secula, nec tanta cupiditate ac libidines homines rapiebantur. Sed quanto plura vitia exarserunt, tanto pluribus legibus opus fuit. Bonæ enim leges ex malis moribus oriuntur, ut in veteri proverbio dicitur. Romani autem ut armis uniuersum terrarum

orbem subegerunt, sic iudiciis, legibus, moribusque eundem emendarunt. Verum enim vero nisi tantum Græcis tribuerimus, quasi Helladia antiquior nobis sit quam Italia, plane consensu omnium fateremur iureconsultorum nostrorum libros omnium philosophorum volumina gravitate, eloquentia, doctrina, ac sapientia antecedere Cicero decemuiralium legum libellum, quas Græci δώδεκα νόμους nostri autem duodecim tabulas appellarunt, luculentissimis verbis in libris suis de oratore ad Q. fratrem extulit, & omnium philosophorum bibliothecis anteposuit. Quibus vix dici potest quantum deinde additum sit ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, ac responsis virorum prudentiorum, quos iurisconsultos dicunt, in quorum numero & Cicero & reliqui omnes doctissimi Romanorum extiterunt.

Sublatus igitur erit regibus nostri temporis labor scribendarum legum ab his maximis voluminibus, quibus populus Romanus regū ægētium omnium victor ius civilis sapientiæ uniuerso terrarum orbi præscripsit. Laborent reges ipsi, ut optimos quosque viros, & doctrina ac virtute præstantes iuridicundo præficient, qui leges ac iura non modò custodiant, seruarique ab omnibus faciant, verum ipsi quoque nihil contra leges agant. Exemplo Lycurgi, qui nihil aliis edixit quod non antè ipse seruauerit. Sanctissimum habendum est Romani prætoris edictum illud, & pro fortibus uniuersumque curiæ semper scribendum. Quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse quoque

eodem iure utatur. Hoc quamvis ad privatos etiam spectare possit, ad legumlatores tamen principaliter pertinet, & ad omnes quicum potestare atque imperio sunt. Qui enim aliis vadimonium constituunt, si ire etiam debent se omnibus illis iuris vadimonii vadatos esse.

*Appius
Claudius.
Ex l. 2. ff. i-
nritium se-
cessionis. ff.
de origine
iur.*

Turpissimum fuit Appio Claudio, contra ius quod in duodecim tabulas transtulerat, amore virginis, quam sibi servitutem vindicare volebat, fas & nefas miscere unde illius pater Virginium graniter indignatus, virginitatem castitatemque filiae vitae quoque ipsius praefendam esse putavit arreptoque furio culto filiam transegit, ut virginis morte iniuriam ac dedecus stupri arceret. Phæ quæ cæde relenti adhuc madens euestigio ad exercitum redit, & commilitonibus suis rei ferriem exposuit. Tunc legiones decemviralem violentiam ac tyrannidem iniquo ferentes animo quoddam ipsi foris pro cõmuni libertate decernerent, illi qui ad custodiam urbis relicti erant, liberos suos per vim in servitutem conarentur alserere, relictiis ducibus signa in Aventinum montem transtulerunt, & confestim omnis urbane plebs illuc se contulit: & ita populi consensu Appius Claudius & reliqui decemviri partim in carcere necati sunt, partim in exilium acti, & sic res publica constituta est.

Sed ad magistratus diligendos redeo, quibus census aut genus, sed sola virtus suffragari debet. Genus enim sine moribus superbia & ignavia opulentia verò sine virtute insolentiam improbitatemque plerumque parit. Venatores & equi

tes non canis aut equi sobolem quærunt, sed canem atque equum celeritate ac ferocitate eximium. Norunt enim prolem facile mutari, & plerumque in deterius rueret. Tellus (vt in fabulis vulgo dicitur) eodẽ partu Gigãtes peperit & simias. Eleganter Lyricus noster Flaccus, Ætas, inquit, parentum peior auiis tulit nos nequiores, moxque daturos progeniem vitiosorem.

Errabit igitur rex, si magistratui aliquem praefecerit, nisi diligenter prius inuestigauerit quibus moribus quibusque virtutibus ille praeditus sit, sed hoc fecerit fretus memoria generis ac parentum illius. Recte Lacedæmonij degeneres homines omni probro omni que ignominia insectabantur, & praecipue eos qui hebetes ingenio, nec redẽ se, nec accipiendæ rationis capaces erant, & nonnullos ex regibus suis legitima successione prohibuerunt, aut regno exegerunt vt ignavos ac degeneres. Iustis eorum loco ex eisdẽ regniis familiis melioribus: vt ostenderent non se cum sanctissima regum dignitate pugnare, sed sine virtute genus omnino despicere. Regna quidem prisca seculis non posteris eorum qui regnabant, tradebantur, sed eis tamen qui per virtutem plurimum de hominum vita merebantur. Vnde apud Ægyptios, eorum omnium quæ ad vitam pertinent, soli reges inuentores fuisse dicebatur. vt Diodorus Siculus scribit. Quum verò vtrinque cõuenit, vt & genus & virtus sit in vno homine, tunc recta consonans viri harmonia habenda est. Iure igitur optimo volente populo Romano Q. Pompeius prætor urbanus Fabium nebulonẽ illum impurissimum paternis auribusque

bonis interdixit, ne in ganeis ac lustris per luxum ac libidinem pecunia illa prodigeretur, quæ per domesticam ac militarem virtutem quæsitæ fuerat. Eius namque pater Q. Fabius maximus, vir omni laude dignissimus, de Allobrogibus Gallis triumphauerat, perpetuæque dignitatis argumentum meruerat: & eius maiores per omnem ævum optimè de repub. meriti illustres semper habitæ fuerant, diuinumque genus ab Hercule recensebat. Scitè admodum Iuuenalis eiusmodi hellaonem satyrica libertate ab omni nobilitate exturbat. & in viciniam plebis facè immergit. Cornelia quoque gens, quæ decus Romani imperij semper extitit, degenerem superioris Africani filium monstro cuiuscunque immanissimo, quam parenti similiorem, ut prætura (quæ maiorum commendatione adeptæ, omni sortido flagitio polluerat) se abdicaret cõpulit, egitque ut nec sellam poneret, nec ius diceret. Quinetiæ è digito eius anulum detraxit, in quo caput Africani sculptum fuerat, ne ex facie illa, quam vitæ turpitudine contaminauerat ostendere posset se filium eius esse, qui virtute & armis imperium Romani populi stabiliuerat. Idem dicere possumus de his qui ex parua aliqua doctrina plus sibi arrogant quam par sit, & deinde flagitiorum labe se polluant. Hi ab omni dignitatis munere extrudendi sunt, ut discant veram disciplinam ab honestate nunquam sciungi posse. Sapienter Agesilaus Lacedæmoniorum rex dicere solebat, maiorem se censere miseriam esse, virtutem ac bonas actiones à doctis atque eruditissimis viris negligi, quam ab indoctis atque ignatis.

Contenti igitur sint reges ac principes legibus Romanorum, & eorum ciuili sapientia, ut qui tot seculis vniuerso terrarum orbi morum ac ciuili vitæ præcepta præscripserint, nec vllæ per omnem ævum mortalium leges diutius permãserint: quocirca eas sempiternas fore sperare possumus, aut cum vniuerso terrarum orbe perituras. Indlytæ illæ Lycurgi leges, quæ vnus tantum mœnibus seruatae sunt, vix annis cccc. viguerunt, quibus tamen dum obsecuti sunt Spartani, maximi omnium Græcorum extiterunt. quum autem eas antiquari atque obliterari permiserunt, imperium eorum corruit, & propriam libertatem amiserunt. Sed si propter hominum improbitatē, nouaque in dies flagitia atque scelera mutandum instaurandumque aliquid esset, quid ad maiestatem imperij, remque pu. pertineat, tunc rex edicto caueat imperetque quid factum aut non factum opus sit, sacra ceremoniasque pontificibus sacerdotibusque permittat, ciuilia autem Senatoribus.

Videat autem rex ne dum nouas Senatores statuunt leges non tam iustitiæ quam litigandi vias præbeant. Cogitet quoque, ne, cum iustitia firmentum sit humanæ societatis nouis inuētis eam diruat. Virtutes enim non solum ex oppositis exturbantur, sed & ex quibusdam vitis quæ specie similitudinis nos decipiunt. Prudentia sicut contrariam habet imprudentiam, sic similem astutiam. sic constantiæ inconstantia contraria est, similis verò pertinacia. Et fortitudini contraria est ignauia, similis temeritas. Iustitiæ contraria videtur, sed crudelitas speciem

Seueritas.

quandam similitudinis eius præstat. Seueritas in-
stitiæ quasi quædam perseuerentia à quibusdam
putatur dicta, à seruanda ueritate. Sed facilè in-
fauitiam falsa quadam similitudine prolabitur. Ele-
gantè L. Columella rustico suo ait, Sic agere de-
bes cum subiectis, ut magis vereantur seueritatem
tuam, quàm ut fauoriam detestentur. Quibus ex
verbis docet, alterum perseuerantiæ ac uirtutis
esse, alterum autem crudelitatis ac uitij.

Nec regem pudeat præceptum à rustico sume-
re, præcis enim illis seculis omnes rusticabantur,
& reges ipsi tanquam digniores pastores erant,
vnde apud Homerum Rex aliquando ποιμαυεὺς
dicitur id est pastor.

Seueritas quidem regem plurimum addebet,
maiestatem quandam præstat, & dignitatem au-
get, redditq; eum inter morales quasi diuinum ali-
quod numen, quod homines non modo uene-
rantur, uerum etiam adorant. Perutilis est hæc uir-
tus omnibus in rebus agendis, & præcipuè in iure
dicundo, & in plectendis sentibus, uera est enim
Menandri Comici sententia, quum ait. Salutaris
seueritas vincit inanis speciem clementiæ. Saui-
tia autem tyranni est, nec uitium vllum tam tetrū
tam detestabile, atque inhumanum est, quàm cri-
delitas. Improbis est qui contra legem peccat,
inofficiosus contra merita, qui uerò sauius, cōtra
deum, contra pietatem atque humanitatem de-
linquit, & hominis nomen perdit, efferatque ani-
mi uitio in terram truculentamque beluam con-
uertitur. Romulum Senatores, quos ipse desi-
gnauerat, quum sauior morosiorque factus esset,

discerperunt, ne ex rege tyrannus fieret, & ex se-
uero sauius.

Sylla Romanorum omnium sauius, hostium
capita licitabatur, maximis propositis premiis illis
qui proscriptos interemisset, & supplicii ac mor-
te damnatis his qui occulta sent, & in delinquentium
numero non modò eos qui cōtra eum se-
ferant, habuit, sed & necessarios, amicos, hospites
clientes, & beneficia illi dantes accipientesque,
quibus etiam ne dolore quidem pro aliis licebat
impune, quod libertatis genus nec seruis etiam
uquā ereptum est, quibus ut gauderent, dolerēt
timerent, sperarēt, semper liberū fuit De Sylla aut
quid sentiat Cic. lege hæc uerba actione quinta in
uerrem. Vnus adhuc fuit post Romam conditam,
Dij immortales faxint ne sit alter, cui res publica
totam se tradidit temporibus coacta, & malis do-
mesticis, L. Sylla. Hic tantum potuit, ut nemo
illo iuuito nec bona, nec patriam, nec vitam reti-
nere posset, tantum animi habuit ad audaciam,
ut dicere in concione non dubitaret, bona ciuium
Romanorum quum venderet, se prædam suam
vendere. Syllam Dionysius Halicarnassæus scri-
bit, xl. millia Romanorum ciuium uoluntario
iudicio peremisse, præter illos qui eius ductu in
præliis ceciderant.

Crudelis quoque ab inenante ætate fuit Osta-
nius, Nam in triumuiratu primo collegis aliquan-
tulum restitit ne qua proscripcio fieret, sed deinde
ea incepta utroque se acerbis exercuit: solus, ne
cui ignosceretur contendit victor deinde in splen-
didissimum quemque captiuum uerborum etiam

*Occisorum
numerus à
Sylla.*

*Ostanius
delicias.*

Antonij fili-
lius Atyllus
occiditur.

acerbitate ac contumelia grassabatur, ad eò ut eni-
dam sepulturam suppliciter deprecanti respondisse
dicatur. Iam iste in volucrum potestate erit. Nec
cum puduit in imberbem ætatem scuire, quam
violare etiam hostes nefas omnino esse putant;
sed innocẽtem Antonij filium vixdum primæ pu-
bertatis, ante oculos suos iugulari iussit, & Cæsa-
rionem, quem Cæsar, & Cleopatræ filium esse
sciebat, fugæ subtractum, nullo respectu paternæ
memoriæ habitu, supplicio affecit. Sed fausta ac
felix huius imperatoris fortuna, qua quidem mor-
tales omnes antevit, vel potius divi Cæsaris inte-
rempti gloria, tantum potuit, ut illius vitia virtu-
tum prætextus obregeret, & e ignoto adolescen-
te ac materno tantum genete claro ad imperij tu-
blimitatem proueheret. Erat enim Octavius fi-
lius filia sororis Cæsar, & testamento in filium
adoptatus, sed in Apollonia literis indulgebat
quum Cæsar occideretur. Itaque is quamprimum
Romam à suis reuocatus peruenit. princepsque à
populo Romano institutus est, ut indignū scelus
vilesceret. Sed ut Plutarchus ait, magnus illo
Cæsar, genis maria ac terras tandiu peragravit,
donec percussores illius omnes, & consilij etiam
confcios in stragem dedit. Quid autem Octavius
in Ciceronem patriæ atque eloquentiæ patrem
egerit, taceo, ne multus in historia recensenda esse
videar. Cuius quidem caput licitanti, Antonio
propinquo sanguine tradidit. Octavius enim Ci-
ceronẽ Antonio, Antonius verò Octavio L. Cæ-
sarem auunculum suum interimendum præbuit.
Et sic homicidia homicidiis inter se mutua per-

dia commutarunt. Potius tamen rerū Octavius,
victis que hostibus, mitior clementiorque in dies
evasit, ad eò ut secundo populi rumore diutius re-
gnauerit. Sed civilium bellorū vsque ad eò pertæfū
fuerat, ut facile omnes conquirerent, ne e fumo
in flammam se (ut dicitur) præcipitarët. Et hæc præci-
pua causa fuit cur pop. Rom. post Octavij mor-
tem nõnullos imperatores tulerit, quorū vitas quū
legimus, inter mōstra potius eos, quàm inter homi-
nes censendos esse arbitremur. Crudelior hæres
Octavij Tiberius fuit, & nulla virtute illustris: qui
Parthorū regem, (qui pulsus à suis in fidẽ populi
Romani cōfugerat) Antiochiæ ingenti gaza spolia-
tum occidi iussit, & militem prætorianum ob sur-
reptum pavonem capite puniuit. Nullus ei (ut Sue-
tonius Tranquillus testatur) à pœna hominū ces-
savit dies, nec religiosus quidẽ, nec sacer. Multi ab
eo dånati cum liberis, vxoribusque extiterunt. In-
terdictumque ne capite damnatos liberi propin-
qui velugerët. Omne crimen pro capitali ab eo re-
ceptū est, etiam paruorum simpliciūq; verborū.
Non igitur admittendum est morte eius tam insol-
enter exultasse populū Rom. ut diras atq; impre-
cations in eū vulgò iactaret, essentque etiam ci-
ues qui palàm orarent terram matrẽ, deòsque ma-
nes, ne mortuo sedem vllam nisi inter impios da-
rent. Circumferabantur quoque Artabani Par-
thorum regis ad eum literæ, quibus parricidia,
cædes, ignavia, luxuria, & turpia omnia ei obiicie-
batur, monebatürque ut voluntaria morte, maxi-
mo iustissimòq; civium odio quamprimum satisfac-
eretur, e mediò que discederet, ne sua contagione

alios inſiceret. Nullum profecto crimen magis animos mortalium exacerbare ſolet, quàm crudelitatis atque ſauitiae, cuius memoria diuturna eſt, & odium immortalē. Eius quidem animum reconciliare & difficillimum eſt, qui per iniuriam atrocitatem aliquam perulit.

Sæuos, ac ſanguinarios principes diis odio fuiſe, etiam ſuperſtitioſi veteres putauerunt. Scribunt ſi quidem Domitianum Cæſarem per quietē vidiffe Mineruam, (quam religioſè colebat) ſacrario quod ei auguſtè ac ſanctè dicauerat, excedentem, dicentemque ſe non poſſe amplius eum tueri, vt quæ exarmata à Iouè eſſet, qui ei grauius ſuccenſerat præ nimia ſauitia atque atrocitate quam in homines quotidie exercebat.

Sed ne vltius vagetur ſermo, iuſtitiam reges ac principes colant omni ſtudio, omnique diligentia, quam manſuetudine, humanitate, atque clementia moderentur. Permittantque ea ſibi perſuaderi à doctis atque optimis viris, quæ iuſtitia ſunt. Plato rogatus à conciuibus ſuis, vt ad rem publicam accederet, reſponſum attulit ſe id nequaquam eſſe facturum, quandò Athenienſes nequaquam quæ iuſta ſunt ſibi perſuaderi ſicerent, & ſe non poſſe eos compellere: & ſi poſſet, nefas omnino eſſe, patriæ aut parentibus vim afferre: proinde tantum contendendum in republica eſſe quantum probare ciuibus poſſis. Et generaliter de iuſtitia hæc dicta ſufficiant. Nunc verò dicendum erit quæ virtutes in primis eam comitentur deinde ſeorum de vnaquaque earum breuiter diſſerendum erit.

Platonici ſeptem virtutum ſpecies iuſtitia præſtare aiunt, videlicet innocentiam, amicitiam, concordiam, pietatem, religionem, affectum, humanitatem. His nonnulli facilitatem addunt. Sed & fides quoque his ſuperioribus adiicienda eſt, quæ conſenſu omnium maxima virtus haberi debet, ſine qua reliquæ inanes habendæ eſſent, & ſplendorem ac dignitatem omnem amitterent.

DE INNOCENTIA.

Titul. VII.



Innocentia prima harum virtutum ſe nobis offert, quæ, vt Peripatetici aſſerunt, eſt habitus animi ita informatus, vt nocere nemini. Hic habitus ſive affectio, ſive diſpoſitio (de nomine enim non pugno ne aliquam philoſophorum diſciplinam in me prouocem) magnam certè vim habet, quando homini nihil melius, nihil tutius, nihil tranquillius eſſe poſſit, quàm nemini nocere. Cicero innocentiam eſſe ait animi affectionem quæ nemini nocere velit. Aſſerit quoque apud græcos hanc virtutem vſitatum nomen non habere, poſſe tamen ἀνεξιχώρητον ἀνευδυνίαν dici opinatur. Homo quidem innocens non legem non teſtem, non accuſatorem, non delatorem, non iudicem, nõ vindicem formidat. Nemini obnoxius eſt, nemini parer niſi legitime imperanti, iuſtæque & honeſta iubenti. Nulla tutela, nullis armis nulloque defenſore eget innocens, nec ſibi nec alteri nocet, vitia enim declinat, virtutem autem amplectitur: & ſic

vitam prudentia & cōsilio instituit, vt neque peccet, neque iniuriam alicui inferat.

Hoc sentiens Plato, in libris de republica ait, virum probum ad recte viuendum sibi ipsi sufficere. Recte autem agere nihil aliud est, nisi cum virtute & officio viuere, & sibi suisque prodesse; alienis verò nō obesse. Ille sibi nocet, qui vel per avaritiam necessaria vitæ suæ demit, suam defraudas genium, vt Comicus ille ait, vel ex contrario per luxum, atque libidinem omnia prodigit, nihilque ei satis esse potest. Stoici optime sentiunt, qui diuites omnes illos esse aiunt, qui cælo & terra vii possunt. Et Flaccus Lyricorum nostrorum princeps ait.

*Horatius
flaccus ode
9. lib. 4.*

Non possidentem multa vocaueris
Recte beatum, rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati,
Peiusque letho, flagitium timet.

Ille etiam sibi ipsi iniuriam infert, qui libidinis illectus bona animi perdit, nullis bonarum artium studiis indulget, ignaviae socordiaeque deditus, aut inter oscitates degit, aut in ganeis, popinis, iustisque latitat, omnesque impuritates in se admittens, crapulam exhalat, vinum euomit, & reliqua omnia agit quæ libero homine indigna sunt.

Hæc & his similia qui facit, sibi nocet, iniuriusque est, aliisque exemplo ac contagione obest. Ille autem iniuriam alteri facit, qui hominem credit, pulsat, violat, conuicio obiurgat, aut aliqua

turpitudine vitam cuiuspiam inficit, remve alterius interuertit. Hic contra iustitiam peccat, cuius primum munus est neminem lædere. Hic humanam societatem dirimit, quum iustitiæ obiectum in primis sit hominum seruare consortium.

Eiusmodi iustitiæ sponso homines à solitudine auocauit, & in multitudinis cœtum pagos, villas, oppida, vrbesque induxit, vt securi à ferarum incurfu; & ab omni alia vi essent, nemoque eis nocere posset. Innocentia, & præcipue in genus suum, naturæ munus est. Leo in leonem non facit, nec pardus in pardum, nec draco in draconem: sed quæque animalia in suo genere congregantur, dimicantque communibus viribus contra dissimilia. Homini verò insidiæ semper & complura ab homine mala imminet: adeo vt solus ex omnibus animalibus in suo genere tutus esse non possit. Verum est illud Aristotelis oraculum, cum ait, vt optimum omnium animalium est homo, quum rationi pareat, sic deterrimum, cum rationi non obsequitur.

Magna virtus in homine est innocentia, & quam neminè lædit, nemini que iniuriam affert, & quum à turpitudine ac flagitio abstinet, Hic est ille, quæ ab omni periculo tutum etiam solum & incernem Flaccus cecinit.

Integer vitæ, scelerisque purus
Non eget mauris iaculis, nec arcu,
Nec venatis grauida sagittis
Fusce pharetra.

Animus innocentiae suæ conscius, nihil timet. Verè profectò Cic. ait. Magna est vis conscientiae

*Arist. lib.
1. polit. cap.
22. lib. 1.*

*Horatius
flaccus ode.
22. lib. 1.*

Pro Milone.

iudices, & magna in vtrunque partem, vt neque timeat qui nihil commiserunt, & pœnam ante oculos versari putent qui peccauerunt. Innocentem virum omnes homines mira benevolentia complectuntur, & se & sua omnia tutè credunt. Hic civiles rixas dirimit, seditiones, discordias, inimicitiasque consiliat, iurgia cõprimit, & dissidium iram atque odium ad benevolentia integratiorem redigit. Hic est virille, cui tutè fidendum esse Plato ait, & quum Theognis poëta Siculus testem inducens, affirmat omni auro omni que argento esse potiore.

Archilochus.

Innocentem damnare, maximum penè omnium criminum habetur: quod quidem diuinum numen, & probi etiam homines vsciscuntur. Archilochum poëtam, qui nihil in eum commeruerat, sola invidia clarioris carminis occidit Archias, & quia cœdes sine arbitris peracta fuerat, nulla in eum suspitio erat, verùm quum solennia de morte Apollini celebrarentur, frequensque populus in templum conuenisset, clara Apollinis voce Archias, quòd recenti innocenti poëta cœde pollutus esset, vt templum egrederetur iussus est. Qui quidem egressus (sic deferente deo) pœnas dedit, vt obrutus à concurrente populo saxi, vel (vt alij scribunt) ad sepulchrum poëta ductus iugularis, que inferias innocenti vati sanguine parentauerit.

Cecilius Metellus in iuste.

Innocentem lædere tanti est, vt omne ante acta vitæ decus obscuret. Cecilius Metellus, quum

Dalmacis bellum mollet.

consul esset, nihil delinquentibus Dalmacis vltro bellum intulit, triumphandi solum cupiditate pellectus, Et quamuis amicè ab eis susceptus in vrbe

corum

eorum Salone hyemem transegisset, multis que muneribus ab eis affectus extitisset, tamen quum Romam rediisset, triumphum per ambitionem ei delatum sine vllis meritis egit, in quo & à militibus per ludibrium contemptus est, & ab vniuerso populo irrisus Atqui per omne tempus notior extitit, quòd innocentes læserit, quàm quòd præclarum aliquod facinus domi forisve pro republica gesserit.

Gloriantur etiam homines ob id quoque quod rectum putant innocentes vlcisci. vnde Dido apud Virgilium ait,

Vita virum, pœnas inimico à fratre recipi.

Et non modo illustres atque ingenui homines innoxij sanguinis vindictam inter laudes suas connumerari volunt, verùm etiam quoque obscuro, & in seruitute constituti. Hasdrubal Hamilcaris gener Hispanum quendam virum clarum & innocentem iniuste interemerat, eius seruus nactus occasionem, neutiquam vitæ suæ parcens Hasdrubalem gladio transegit. Verùm à satellitibus, quibus ille stipatus erat, comprehensus, inter tormenta risu exultabat, lætitia perfusus, quòd vltus innocentis heri interitum trucidaretur.

*Serui heri
sui mortem
vlti patientia.*

Præclara quidem virtus est innocentia, quæ & vindices semper paratos habet, & tam sublimem quàm humilem fortunam exornat. Regis finem dicimus (ex Platonis sententia) similitudinem dei imitari, & virum illum felicitate magis præstare, qui per similitudinem magis deo adhæret. Deus in primis gloriam ex innocentia assequitur, vt qui nullis malis mortales vnquam

XX

afficiat, ut non modo sacri libri, sed vetustissimus et a poeta Orpheus cecinit. Sicut enim deus auctor atque artifex omnium bonorum est, sic rex quoque efficiat, ut pro sit omnibus, noceat nemini. Reges qui ab innocentia absunt, manifestas poenas luunt, nec unquam quieto animo esse possunt.

Attalus.

Attalus Asiae regnum innocentium amicorum ac cognatorum cede fecerat, qua ex re in vasaniam vecordiamque conuersus, barbam submitit & capillum, reorum in modum: non in publicum prodire, non se populo ostendere, ut quasi amentium manibus interfectorum poenas pendere videretur. Omnia deinde regni administratione, hortum fodiebat, deinde arariae fabricae se tradidit, morbumque ex solis ardore contraxit, quo septima die decessit, populumque Romanum heredem instituit. Cuius opes Romam perlatæ iniuria Asiatica uniuersam civitatem infecerunt. Equitate testamenti gratias Romano populo rependit, & Asiam, quam ab eo dono acceperat, moriens deinde eidem legauit.

C. Cæsar.

C. Cæsar innocentiae laude non caruit, cui quasi peculiaris virtus clementia extitit, quæ cum innocentia optimum habet commercium. In eius exercitu maxima aliquando seditio insurrexerat, & in principes seditionis, concitatoresque tumultus omnino ut animadueteretur opus erat. Proinde iussit quosdam se uri præcuti, ut paucorum supplicio reliqui quiescerent. Sed quidam ex illis quum duceretur, se innocentem esse exclamauit. Tum Cæsar re diligenter cognita, eum liberum intactumque dimitti iussit, & illum qui eundem perpetam per-

calumniam accusauerat, fustibus casum interim, ne suo iudicio innocentem quempiam damneret.

Maxima innocentiae laude Euagoras rex Cyprus claruit: ut qui quandiu vixit, neminem unquam iniuria aliqua affecerit, & in omnes semper iustum imperium exercuerit. Epaminondas quoque Thebanus multis quidem virtutibus excellit, sed innocentia omnes ætatis suæ duces antecit.

Nemini siquidem iniuriam intulit, hosti nunquam imposuit, & aperto Marte semper certauit. Innocentissimus quidem fuit maior Africanus, & vera animi virtute ac probitate principes omnes omnium gentium præuertit. Is tantum ab iniuria absuit, ut ne captiuo quidem corpori unquam illuserit, malueritque ciuem bonum seruare, quam hostes plurimos perdere. Nec minus decorum putabat hostem clementia quam armis superare.

Qui quum repetundarum post victoriam Romæ per inuidiam postularetur, possitque inimicos longe superare, voluntarium exilium subire maluit, patriæque cedere quam inrestina clade ciuitati nocere. Is ab ineunte ætate miram semper innocentiam in dolem præ se tulit. Erat enim alloquio blandus, perfacilis in audiendo, suavis in respondendo, & mirus artifex conciliandæ gratiæ. Quinetiam ab eius congressu nemo discedebat, quin fateretur se plurimas ei gratias debere. Scribit Plutarchus Scipionem ad Antiochum regem missum, venisse cum Hannibale in sermonem, & inter multa eum rogasse, quæ maximam imperatorum omnium fuisse censeret? Tum Pœnū respondisse, Alexandrum Macedonum regem primum sibi videri, Se-

*Abophrag-
ma Aphri-
ciani mado-
ris.*

*Hannibalis
iudiciū de
Scipione.*

cundum Pyrrhum Epirotam, Tertium seipsum esse putare. Tum, quum leniter arrisisset, Scipionem dixisse, quid arbitraris Hannibal, si me vicisses? Tum audacter illum respondisse, Præferrem me omnibus Quo quidem iudicio lætus Scipio, intellexit se neque post habitum, neque incomparationem adductum, sed punico ingenio, quasi occulto quodā iudicio se longe aliis omnibus suis se prælatum nec in similitudinem inductum extitisse. Neque immeritò Hannibal id iudicium protulit. Nam si Fabius & maximus dictus est, & servator restitutorque reipublice quodā bellum detrectando, cunctandòque iuvenilem extirpantiam Hannibalis represserit, quòd cum eo non pugnaverit, quid de Scipione dicendum erit? qui Hannibalem magno prælio fuderit bellum confecerit, & eius patriam subegerit? Nam Carthaginenses ipsi, qui fugatis cæsisque tot Romanorum exercitibus, subacta penè omni Italia, urbeque obfessa iam sibi orbis terrarum imperium destinaverant, illuc rerum perducti sunt, ut de propriis laribus anxij nullo pacto mœnia se tueri posse confiderent, nisi hostis clementia impetrata à quo & pacem suis lachrymis implorarunt, & servitutis conditiones non recusaverunt.

*Pomponius
atticus.*

Pomponium Atticum innocentem admodum fuisse Cornelius nepos scribit, ut qui neminem nec dicto laceffuerit, nec facto proteruo laeserit. Memòrque accepti beneficij semper extiterit. Hominibus quoque nō fortunæ erat amicus. eius quoque liberalitas non callida fuit. Non enim florentibus se venditabat, sed afflictis ac miseris

sedulo succurrebat. Dicit etiam illum ad hastam publicam nunquam accessisse, nulliusque rei prædam, neque in ancipem factum fuisse.

Phocion Atheniensis pro sua mirifica innocentia gratissimus fuit regi Alexandro ad quem orator missus fuerat ab Atheniensibus, quum ille victoria elatus propter captas a se Thebas ad supplicium posceret Demosthenem, Lycurgum, Hyperidem, & Charidemum oratores præclarissimos, qui contra eum in senatu Atheniensium locuti fuerant. Phocionis verò dignitas atque auctoritas tantum valuit apud Alexandrum, ut Athenienses æquis conditionibus ei consiliauerit, & magnos illos ciues à deditioe atque supplicio liberauerit. Sed iam res postulat, ut de amicitia disseramus, est enim secunda species earum virtutum quas iustitia pollicetur.

*Phocion a
Atheniensis.*

DE AMICITIA.

Titulus VIII.

AMicitia est virtus reciproca benevolentia, æquitate quadam similes inter se moribus ac virtute concilians. Hæc definitio à veteribus Academicis manat. Sed Pythagoras brevius exponens dixit amicitiam esse æqualem congruentiam. Cicero autem voluntatem esse ait erga aliquem bonarum illius causa quem diligit, cum eius pari voluntate. Et alio in loco dicit amicitiam esse diuinarum humanarumque rerum summa cum benevolentia & charitate consentionem. In libro verò secun-

Amicitia.

*Cic. de a.
micitia.*

Cic. l. 2. de
fini. bo. &
malorum.
Arist. 3. li. 8
ethicorum.

do de foelicitate & miseria ait. Quid autem est amare, ex quo nomen amicitiae dicitur est, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis, etiam si ad se ex his nihil redeat? Optime Aristoteles perfectam amicitiam non nisi inter bonos viros posse esse affirmat. Similitudo enim virtus efficit ut mutua benevolentia inter se homines teneantur, quando quidem boni sunt, proinde diutius permanet. Virtus enim constans & perpetua est, optimaque fundamenta charitatis iacit; & ex quotiliano usu virtutis, amicitia semper incrementum accipit, & mutuis animis mutuisque officiis in dies arctius necitur, debetur enim amicitia bene meritis quasi naturae munere, iureque ipso naturali. Nihil enim minus humanum esse videtur, quam non respondere in amore his à quibus prouocetis. Videndum tamen est, ut nihil simulatum, nihil fictum, nihil occultum in amicitia sit, sed omnia aperte ad veritatem ac virtutem dirigantur.

Alcibiades optimus artifex conciliandarum amicitiarum habitus est, non autem seruandarum. Tegebat enim vitia sua leporis atque eloquentiae clypeo, quae deinde quum apparebant, amorem ac benevolentiam in odium malevolentiamque conuertebant.

Amicitia imprimis haec praestare debet, ut inter amicos voluntatum, studiorum, sententiarumque magna sit consensus. idem velle, atque idem nolle, optimum benevolentiae vinculum habetur. Amor ille amicitiae artifex quum honestate proficiscitur, princeps est ad necessitudinem consuetudinem benevolentiamque augendam,

quae deinde confirmatur beneficiis vltro citroque datis acceptisque, & assidua quondam consuetudine alitur. Non frustra ductum esse puto. Absentiam plerumque obliuionem benevolentiae inducere, & silentium multas amicitias dirimere. Sed haec inter eos dici possunt, qui non vera virtute, sed leui quaelam umbra, si tunc simulachro inter se coniuacti sunt. vera enim virtus non incerta, labilis, caduca, aut mutabilis est, sed altissimis insita radicibus nulla vi labefactari, dirui, auelli locove dimoueri potest. Stabilia enim firmaque sunt omnia quae ex ea necuntur, nec paruo momento impelluntur ac corruunt.

Amicitia quae virtute nititur, nulla locorum intercapedine obliteratur, nulla temporis diuturnitate senescit, nulla taciturnitate minuitur, nulla suspitione dirimitur. Prudenter Stoici veram amicitiam sapientium, nexum ac vinculum esse arbitrantur firmum ac stabile, & omnino indissolubile, quod nulla consuetudine, nulli quoque conuictu indigeat, sed absens semper quasi praesens sit, & in alto etiam silentio loquatur. Idcirco affirmant, sapientes sapientibus (quos nunquam etiam viderunt) benevolentia coniunctos esse, firmaque amicitia teneri. Boni bonos amant vel hoc ipso, quia boni sunt. Probitas enim illa est, quae inter eos necessitudinem conciliat. Nihil est enim amabilius virtute, ut ait Cicero libro primo de deorum natura, quam qui adeptus est, vbiunque gentium erit, à nobis diligitur.

Consuetudo inter malos amicitiae nomen usurpat

Absentia
obliuionem
parit

quum sit conspiratio vel coniuratio quædam vitiositas aut voluptatis causa, que eos ex improbis assiduo vsu deterrimos nefariosque facit. Ut enim boni bene agendo ex mutua consultatione meliores fiunt, sic mali male agendo seseque inuicem adiuuando deteriores semper euadunt. Omnis profecto beneuolentia à voluptate aut utilitate suscepta tan diu permanet, quandiu vsui aut libidini est. Eadem ratio quæ amorem conciliabat, si tollitur, dilectio illa quamprimum concidit: & ut sæpe cernimus, amor ille in odium conuertitur. Hæc est nimia illa amicitia quam Theophrastus diffidij causam plerumque esse dixit. Honestus autem amor nihil studet, nihilque cupit, nisi eum bonis quam maximis affici, quem diligit, etiam si ad se ex his nihil redeat. Nam qui sua causa bene aliqui vult, is non amicum diligere, sed utilitatem suam quaerere videtur. Si enim amicitiam ad fructum ac commodum nostrum referamus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum nostrarum. Greges quidem & armenta non pecoris gratia, sed quod ex his fructum percipimus, diligimus, hominum autem beneuolentia & amicitia gratuita semper esse debet. Ciuilis præterea institutio atque coniunctio non recte amicitia dicitur, sed societas communis utilitatis gratia instituta. Inter complures siquidem quorum studia diuersa sunt, ætates inæquales, & artes dissimiles, vix amicitia vlla esse potest.

Ex Cic. de
fin. bon. &
mal. lib. 2.

TIT. NONVS 352
TRES AMICITIÆ SPECIES
secundum platonem.
Titulus IX.



Lato tres amicitiae species imprimis facit: Naturalem, ciuilem, hospitalem. Naturalem nostri trifariam partiuntur ut sit prima pietas, secunda indulgentia, tertia necessitudo. Pietas est obseruantia quædam primum erga deum: deinde erga patriam & eum qui legitime imperat: tertio verò erga parentes, maioresque omnes. Indulgentia verò est amor in liberos, ac descendentes nostros, & in eos etiam qui imperio nostro subiecti sunt. Necessitudo autem est Charitas in consanguineos, affines, cognatos, agnatos, gentilesque omnes.

Secunda amicitiae species est, quæ ciuilis vel socialis dicitur. Hæc voluntas est erga aliquem rerum bonarum, illius causa quem diligimus, cum pari eius quoque voluntate. Quæ quidem imprimis ab electione proficiscitur, ex similitudine bonorum morum, conciliatur autem assidua consuetudine. Præstat hæc amicitiae species propinquitati, ex propinquitate enim beneuolentia tolli potest. Sæpe enim accidit, ut ex diuersitate morum affines male inter se conueniant, & tamen inter se affines consanguineique sunt. Ex amicitia autem beneuolentia si tollitur, amicitia ipsa corrui. At propinquitas ipsa remanet, etiam si inter se propinqui illi digrediantur. Tertia hospitalis amicitia vocatur: quæ à superiore non differt, nisi quod illa inter conuiues est, qui ciuili quadam societate

coniuncti esse videntur: hæc autem inter peregrinos & hospites, qui nullo nisi humanitatis iure nobiscum tenentur. Stoici, & Academicorum nonnulli his tribus speciebus amorem addunt, eumque conatum amicitiae esse affirmant. Eorum sententia (vt iam diximus) explodenda est, blande enim Græcorum leuitati, & à grauitate seueritateque Latina longe aliena est. Qui sic amat, lenocinio formæ delectatur: qui verò amantur amantis obsequio. Forma naturæ donum licet peregrinū sit, tamen breuissimi temporis est, quo quidem labante amor etiam corrumpitur. Proinde rursus concludendum erit solam virtutem verā amicitiam præstare, & eadem quoque diutius cōseruare, reliqua omnia ficta & caduca sunt, & paruo momento rapiuntur. Amorem ab amicitia optimo intellectu fecernit Carulli poetæ querela quum ait.

Cogit amare magis, sed bene velle minus.

vt ostendat amorem violentiæ esse, amicitiam autem beneuolentiæ: & alterū insanæ cupiditatis, alterum verò prudentis volūtatis. Sed de amore factis à nobis dictum est supra cū de animi perturbationibus li. 4. diximus, in quo omnes eius affectus expressimus.

Explosa multis argumentis eorum sententia, qui amorem amicitiae conatum esse dicunt: sequamur nunc has tres Platonicas amicitiae species, quas probamus: videamusque quomodo eis regē ac principem vti deceat. Non est enim nostri consilij, species omnes amicitiae complecti, earumque diuersas rationes subdere, sed ea duntaxat libere, quæ ad rem nostram pertinent, & præcipue

quum Græci philosophi complures libros de amicitia ediderint, multis argumentis, variisque opinionibus refertos, quos omnes Cicero vnicō de amicitia libello, sapientia, grauitate & eloquentia superauit.

Decet in orimis regem pietas, quæ (vt Cicero definiit) est virtus per quam sanguine coniunctis, patrieque beneuolis officium & diligentem tribuimus cultum. Pietas in parentes tanti fuit apud Romanos, vt ex ea nonnulli honoreis cognomen tum meruerint, vt Metellus ille qui pius dictus est. Nam quum puer esset, magna cum gratia, ac pudore, & scita etiam verborum facundia pro reuocando patre ab exilio, senatum populūque Romæ exorauit. Cuius quidem restitutio tam grati vniuersis ciuibus extitit, vt integer dies nō satis fuerit, dum ille ad portas vrbs obuios quosque sibi prodeuntes exciperet. Sed hæc virtus longè magis emicat, illustriorque habetur, quum studiū in patriam fuimus, cui officia omnia debemus. Plenæ sunt veteres historiae virorum fortium exempla, qui non rem familiarem modò, verum etiam vitam pro patria effuderunt. Sed vt alios omittam (qui innumerales extiterunt) trium Deciorum, qui se pro patria vouerunt, pietas omnem ex parte admiranda mihi videtur. Pater enim in bello Hetrusco, nepos autem in bello contra Pyrrham, sese quasi hostias Plutoni pro exercitu Romano sponte vouerunt.

Eadem pietate tenetur rex in ciuitates ac populos quos regit, qua ciuis quisque in patriam suam.

Et omnia officia quæ privati parentibus ac maioribus præstare debent, rex ipsa naturali iure subditis suis præstare tenetur, & eandem indulgentiam in liberos, decedentesque omnes. In qua quidem videndum erit, vt præscriptum illud Solonis teneat, Ne quid nimis. Nam sicut nimis morosa severitas in filios plerumque minus prodest, sic nimia illa indulgentia sæpenumero obest. Est enim peccandi non modò illecebra, verùm etiam manifesta licentia.

Admirantur Græci scriptores potius quàm laudant reges illos, qui viui atque incolumes filiis regnum permiserunt, vt illos regnantes viderent, vt fecit Ptolemæus in Ægypto, Ariobarzanes in Capadocia, Seleucus in Syria, qui se regnis abdicauerunt, vt illis filij, dum ipsi viuerent, potirentur. Eiusmodi indulgentia parentibus plerumque discrimini esse solet, & causam nonnunquam parricidio præbuit: vt de Prusia Bithyniæ rege scribentes historici aiunt illum per filium Nicomedem cui regni habenas viuis permiserat, necatum esse.

Darius quoque à patre Artaxerxe viuo rex factus interficiendi patris consilium cepit, Sed facta coniuratione, dum patri infidias parat, deprehensus cum sociis pœnas parricidij deo paternæ pietatis ac maiestatis ultori perfoluit.

Eucratides Bactrianorum rex virtute ac rebus gestis præstantissimus fuit & obsessus à Demetrio Indorum rege cum trecentis militibus tantum, quadraginta hostium millia assiduis eruptionibus vicit, & omnem Indiam subegit. Deinde quum victor in regnum, vt suis gratularetur, se recipere

velleret, filij infidiis, cui vices suas gerendas dederat exceptus, trucidatus est. Nec omnino contemnenda est barbara illa vox, qua dicitur: Nullum regnū sine domestica cæde aut parricidio esse solet.

Decet etiam regem necessitudo in affines consanguineosque omnes. Quo quidem locorursus omnes qui imperant, monendi sunt vt ab omni humano sanguine abstineant, sed præcipue ne suorum sanguine manus polluant.

Multi non solum externorum, sed etiam Romanorum imperatorum, sauitiam immanitatemque in suos exercuerunt, & ex parua quadam suspitione homines sanguine & genere se contingentes peremerunt.

Tiberius Cæsar filios neutiquam paternâ charitate dilexit. Druso enim mortuo, paulo post funus ad negocia rediit iudicio longiore interdicto, vadimonijque restitutus. Et quum necessarios suos magna ex parte interemisset, scelicem Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum extitisset.

C. Quoque Caligula naturam seuam ac sanguinariam habuit, aded vt ne adolescens quidem prohiberi vnquam potuerit, quin pœnis eorum qui ad supplicia ducebantur, cupidissime semper interesset, Quinetiam deinceps quum imperaret nunquam in quenquam nisi crebris & minutis ictibus animaduerti permittebat, dicebatque id fieri oportere, vt sentiat se mori. Turba quoque fauente aduersus studium suum, exclamauit vti nam populus Romanus vnâ haberet cervicem.

De Nerone nihil dicendum est. Nam si carni-

ficinam eius vel leuiter attingere velim, volumeb hoc plenis marginibus etiam vt in tergo exarem opus fuit.

Cruentus Domitianus, cruentus Commodus, sed Cōstantinus horum scuitiam amulatus, omnes alios immanitate superauit, vt Ammianus Marcellinus refert. Multa etiam impietatis exēpla Ægyptij reges dederunt.

Ptolemæus ille qui pulso per fraudem Antigono Macedoniae rex fuit. Cassandram sororem, quæ antea Lyfimacho nupserat, simulato matrimonio, vrbe, quæ ab eius nomine etiam Cassandra dicebatur expulit, filiosque eius Lyfimachum & Philippum, quos sibi aram tenens ante Iouis simulacrum adopræuerat, trucidauit. Nec tamen Ptolemæo scelera hæc inulta extiterūt. Nam deo optimo maximo tot periuria ac parricidia vicescente, repente à Gallis spoliatus regno, captusque vitam ferro amisit.

Ptolemæus quoque alter qui ob impietatem Philopator cognominatus fuit, patre ac matre interfectis, Ægypti regnum occupauit.

Ptolemæus etiam alius, qui à scuitia Phiton dicebatur, filium ex se & Cleopatra sorore ac coniuge sua genitum Tragico scelere trucidari fecit, ne illa filium in Ægypto aliquando regnaturum sperare posset. Eiusmodi facinora nulla vquam religione expiari possunt, & præclara regum imperatorumque gesta ad eò obscurant, vt ex eis nihil perpetuæ memoriæ mandetur, nisi quod turpiter egerunt. Obseruent pietatem, indulgentiam, necessitudinemque reges, supra pri-

uos omnes, meminerintque principum regumque vitam longe magis exemplo, quam virtute etiam ipsa prodesse. Hæc præcipua munera sunt naturalis amicitia.

DE CIVILI SEV SOCIALI

AMICITIA.

Tit. X.

Secunda amicitie species est alia, quam civilem siue socialem appellat Plato. De hac autem tribus modis cogitandum erit. Primo enim dicemus civilem amicitiam esse illam, qua singularum ciuitatum ciues patrio quodam iure inter se coniunguntur. Magnum benevolentia vinculum est eiusdem cœli arisque spiritum haurire, eiusdem terræ fructibus atque alimentis vesci, eandem potare aquam, ab eisdem præceptoribus erudiri, eundem sermonem audire reddere, eisdem artibus ac studiis cōsuescere, eisdem mœnibus munimentisque asseruari, eisdem legibus gubernari eisdem sacris, imitari, eademque religione tueri.

Multa quoque inter se communia habent ciues vt templa, fora, theatra, porticus, & complura alia quæ ad communem omnium vsum sunt constituta, & mirifica quadam charitate ciues inter se connectunt. Hæc est communis illa amicitia, quæ si quis ex hominum vita tolleret. Solem ipsum è mundo expulisse videretur, vt ait Cicero. Hinc fit amicorum illa copia, quam vnam ex rebus honestis atque expetendis Academici vete

res & Peripatetici esse dicunt, quum plures ex ciuibus nostris festiuitate vernaculi sermonis, incunditate morum, vitæque suauitate nobis adfiscimus, & ea benignitate perfundimus, qua sine incommodo nostro multis gratificari possumus. Hac communi beneuolentia qui caret, in solitudine degere videtur, & vitam insidiarum ac timoris plenam semper habere.

Epicurus voluptatis assertor, hanc solam amicitiam ex omnibus probat, eaque à voluptate non posse diuelli affirmat, & ob eam rem maxime colendam esse, quòd sine ea nec sine metu viui possit. Nam præcipuam illam veramque amicitiam quam coniunctione morum & virtutum inter paucos celebrari dicimus, respuere videtur, quum ait, Sapiëtem, amicum nullum esse quæsiturum. Hoc etiã asserere videtur Aristippus Cyrenæicus, quum dixit amicum necessitatis causa cõplectendum esse.

Communis hæc amicitia, quæ inter plurimos celebratur, regi præter cæteras omnes conuenit. Similitudinem namque cum patrefamilias aliqua ex parte tenet, qui liberos, nepotes, cõiugem totamque domum generali quadam beneuolentia complectitur, omnibusque cupit bene esse: & singulos quosque beneficiis afficit. Compensat tamen eadem pro ætate, dignitate, ac sexu. Rex enim in ciuitate vniuersa quasi paterfamilias est, regnum autem paternum imperium habetur, quod quidem ad omnium vtilitatem gubernatur.

Regis cura est, vt qui ab eo reguntur, optima que

que habeant. In distribuendo verò quanuis omnibus profit meritorum tamen seruat discrimen, & excellentioribus plus tribuit honoris tenuioribus autem plus vtilitatis. Virtutis enim præmium est honor, indigentia autem lucrum. Proinde videre debent reges ac principes, vt hi quos aliis gloria ac dignitate præferunt, ab omni lucro abstineant, contentique sint fructibus prædiorum se familiamque suam alere. Qui enim rectè agere cum populo potest ille, qui lucello intectus, publicas functiones negligit, vt rem familiarem auget. Tenuiores verò, solertes industriique, sint & labori incumbant, artibusque insudent, ex quibus victum sibi ac necessariis suis abunde suppetere possint, ne quid eis sit quod ad vitæ commoditatem pertineat. Rex itaque vt æquus omnibus ac par esse debet in iure dicendo, & suo cuique tribuendo: sic etiã in prohibendo quosque ab iniuria, ac violentia. Hæc est illa amicitia, quæ connixa ciuium beneuolentia tutissima custos ac omnes regibus principibusque esse solet, qua quidem dum muniti fuerint, neque externa, neque intestina arma formidabunt. Recte itaque Theopompus Lacedæmoniorum rex roganti cuidam quo pacto regnum stabile futurum esset, respondit, Si reges voluntates suas cum amicis communicabunt, & ciuibus nullam iniuriam afferri permittent.

Yy

LIB. OCTAVI
SECUNDA CIVILIS AMI-
CITIÆ PARS.

Titul. XI.



Altera huius civilis Amicitiae pars est, cuius fundamenta, virtus, & similitudo morum iacit, consuetudo vero assidua deinde perficit. Hæc quum rectè congruunt, perfecta amicitia dicitur, quæ non nisi inter bonos viros, & similitudine morum ac viræ convenientes esse potest. Hi ergo vt simul versentur, simulque viuant opus est vt de se & Scipione apud M. Tullium loquitur Lælius, nec pluribus vnum quempiam esse amicum ex iure huius perfectæ amicitie dat: sicut nec in Veneris illecebris permittetur vt vnus complures amet, aut vna pluribus iungatur. Idcirco raro admodum hæc amicitia esse cernitur. Nam in omni hominum æuo vix tria aut quatuor amicorum paria cum magna admiratione à græcis scriptoribus celebrantur, neque id quidem admirandum esse censeo: difficiles enim ac complures conditiones exigit, nec fortasse pauciores illis quas per syngrapham stipulatur à lena (cui Cleretæ nomine fuit) adolescens ille Argyrippus apud Plautum. Non parua conditio haberi debet ea, quam Euripides tragicus præscribit, *τατων φίλων κοινία*. hoc est amicorum omnia cõmunia, & præsertim nostris temporibus, in quibus auaritia aded̄ plebique inuasit, vt quotidiano cibo ac victu seipsos defraudēt, nemini benigniores sint, nihil amico inopi etiam ex his rebus quæ eis superfluunt impet-

TIT. VNDECIMVS

357

tantur, vix que ab alienis manus abstinẽant. Quin etiam amicitie iam vulgo non virtute, sed utilitate aut voluptate probantur. Vadem quis ad mortem se pro amico dabit, vt Pythagoricus ille fecit Dionysio tyranno? Aut quis dicit se esse Orestem, quum sit Pylades, vt pro amici incolumitate occidatur?

Sed Hæc magna amicitia in optimum regem vix cadere potest aded̄ enim reliquos ciues excedit, vt nulla æqualitas excogitari possit, neque cõparatio, aut similitudo, nisi per summam alicuius hominis virtutem; per quam quidem bono regi optime semper consiliatus erit. Sed amicus multo inferior plerūque adulator fit, vt Aristoteles scribit. Præterea quum familiaris consuetudo, assiduaque conuictus hæc amicitiam perficiant, hæc cum rege neutiquam communicari possunt, quæ communem penè omnibus & esse & videri expedit. Impar igitur maxima ex parte eiusmodi amicitia esset. Nam reges ac principes, homines multo humiliores vix coniuncta consuetudine complecti dignarentur & similes inuenire, cum quibus versarentur, nequiterent. Carebunt itaque hæc perfectiore amicitia, qui imperant, quando inter pares æqualisque agitur. Eiusmodi tamen amicitie similitudinem si optarit rex, virum aliquem virtute præstantem eligat, cuius consuetudine fruatur quum à rebus magnis ac seriis ocium erit. Præstat enim (vt diximus) regis amicitiam commutem esse, vt non vni tantum, sed omnibus bonis ac doctis viris facilis esse videatur. Utilitatem quidem ac dignitatem à principibus complures expectant,

Yy ij

proinde facile quisque sententiam illam Strabonis geographi sibi persuadet, qui ait: Oratione persuadere, non regium, sed oratorium munus esse, regiam enim persuasionem, in donis ac muneribus sitam esse oportere: reges quidem dynastas, hoc est potentes dici, non autem eloquentes. Sed si rectè iudicare, volumus, reges non propter opulentiam, sed propter virtutem observare debemus, ipsi verò eos maiore benevolentia complecti debent, qui per virtutem placere student, quam illos qui divitiis inhiantes eis blandiuntur.

Antipater Macedonum rex dicere solebat se duos Athenis amicos habere, Phocionem, & Demadem, quorum alter muneris à se nihil unquam accipere voluisset, alter autem donis nunquam potuisset expleri paupertatem enim Phocion virtutis testimonium esse putabat, & probitatis suæ decus. Nam ex tot imperiis, regumque amicitiiis nihil præter laudem unquam affectus fuerat. Demades autem multas divitias turpiter quæsitus, per luxum libidinemque prodegerat. libido enim in impotentiam prolapsa, nullum modum feruere in profundendo potest. Sed utri magis putandum est indulgisse regem Antipatrum? Certe Phocioni, quod quidem etiam exemplo docuit. Nam missus ad eum ab Atheniensibus orator pro pace reconcilianda, eiusmodi condiciones impetravit, quas præter eum Atheniensium tulisset nemo, quum in bello Athenienses regi succubissent.

Dionysius inior Platoni sæpe magnam pecuniam dono mittebat, ille autem ex ea accipiebat nihil. aderat aliquando Cyrenæus Aristippus, qui

ait, Tutò Dionysius liberalis est. his enim qui multis indigèt, pauca mittit, Platoni verò, qui nihil accipit, plurima.

Sed ut perdifficile est regibus parem amicitiam inuenire, sic multo difficilius esse videtur priuatis hominibus regum amicitias inire. Nam si virtute aliqua aut fortuna quispiam regis vel principis alicuius animum in benevolentiam suam flectat, præsto aderunt inuidiæ calumniæque flamina, quæ resstantibus ventis benevolentię cursum remittēt, amoremque omnem labefactabunt, & in odium simultatemque conuertent. Testis sit Dathames natione Cares, vir bello strenuus, & animi fortitudine ac corporis robore eximius: quem Æmilius probus fortissimum consultissimumque omnium barbarorum ducum atque imperatorum, exceptis duobus Carthagenensibus Hamilcare & Hannibale fuisse arbitratur. Hic primùm in militum numero apud Artaxerxem accitus regiam tuebatur. Inde in variis præliis habitus athleta strenuus, ab rege dux bello præficitur contra Thynum dynastem Paphlagoniæ, qui ab eo defecerat. Quæ viuum in bello captum cum vxore & liberis ad regem duxit quasi ferum aliquod animal. Quæ ex re laudem ac munera opulentissima à rege affectus est. Paulò verò post vniuerso exercitui præfectus est, quod munus magna cum laude ac dignitate gessit, summamque regis benevolentiam adeptus est. Sed principes qui circa regem erant, Dathamen tanta simultate atque odio persecuti sunt, ut primò eum in fugam timore falsæ simulationis, deinde in Voluntariam mortem compu-

lerint. Næc parvam ex illius intetitu iacturam fecit Artaxerxes. Nam qui per Dathamen magna facinora gesserat, omnibûsque formidini erat, sine eo nihil laude dignum deinceps egit: & contemptui ludibriûsque gentibus omnibus tandem habitus, nullam victoriæ laudem vnquam attigit.

DE SOCIALI AMICITIA

Titulus. XII.



Terria huius civilis amicitie species est, quæ Socialis appellatur. Hæc harum trium habetur minima; nec vnus tantum benevolentiam quærit, sed complures plerunque adhibet. Eam primùm utilitatis causa experimus, deinde in dies vsu consuetudine accumulatio fit, adeo vt remota etiam plerunque utilitate, grata benevolentia & amicitia remaneat. Celebratur hæc societas frequētius inter plures, quia multis simul vtiles esse possumus. Vt inter ciues esse societas hæc videtur, quod manifesta ratione cernitur. Multi enim per se inutil. s essent, nihilque agerent, coniuñti verò alij, & sibi, & illis, & reipublicæ plurimum profunt. Hæc in pace mercatoriam, nauiculariam, institoriam, reliquarumque artium cõmercia adiuvat. In bello autem regi ac reipublicæ pernecessaria est, in pace cum rege nihil commune habere debet.

Nolo equidem regem mercatorem, institorem, artificem, aut quæstuarium vlla ex parte esse, sed iustitiæ, æquitatisque dispensatorem, & summi dei

discipulum atque imitorem eum esse cupio, vt Homerus statuit, cuius poëta ad regum institutionem, & ad virtutem iustitiæque compositum esse dicebat Anaxagoras. In bello verò regem socialem esse velim, vt singulis quibusque societatibus non solum interfit, verum etiam præsit, & comessationes sodalitatesque aliquando non fastidiat, quò gratior omnibus fiat. Nulla enim vox incundior in exercitu atque in omni re militari auditur, quàm quum rex aut imperator aut dux cunctos in bello blando verbo commilitones appellat. Societatem in re bellica Græci *σμμαχίαν* vocant, & *σμμαχοι* dicuntur, qui communem pugnam simul gerunt, siue bellum aliis inferant. Hos nostri propinquo verbo commilitones honoris gratia dicunt. Cum is ab ineunte ætate coniunctissimè versari debet rex, qui conseruandi augendive imperij rationem habet. Nulla enim disciplina aut exercitatio magis ei utilis ac necessaria est, quàm rei militaris ac bellicæ, cui longè totius confidere debet, quàm omnibus opulentiis ac copiis. Rex enim qui ocio gaudet, & armorum strepitum ac laborem exhorret, fortunam suam vt in consilio habeat oportet, quæ ei caucat polliceaturque perpetuam pacem. Sed si vir esse velit, & dignitatem suam tueri, ac posteros ab imperij successione non defraudare, clarissimorum virorum gesta imitabitur. & illorum præcipuè gloriam ac famam æmulabitur quorum laudem vniuersi populi ac gentes celebrant, & nullo ætuo obscurantur, sed sempiterna ac diuina sit, vt ait Hesiodus. Magni duces, & imperatores

semper milites suos summa benevolentia complexi sunt.

Alexander Macedo præstantiores quosque ex militia sua adedè dilexit, ut ad parem sui usque splendorem extulerit, vixque ab eo vestitu & armis dignoscebantur. Hephæstiona tamen, Chratherum præter ceteros omnes amavit, verùm illum Vehementius amplectebatur, hunc autem maiore honore afficiebat, adedè ut omnes dicerent illum Alexandri, hunc verò regis amicum esse. Gratissimum fuisse ei scribunt errorem matris Darij. Nam cum in custodia teneretur, ad eam visendam ac salutandam comiter accessit Alexander, præbant eum (ut moris est) nonnulli ex familiaribus, inter quos erat Hephæstion, incessu graui & purpurea veste conspicuus. Illa quæ regem ignorabat, Hephæstioni, quem regem putabat, procubuit dicentibus deinde satellitibus illum non esse regem, sed eum qui sequeretur, erubuit mulier, & veniam suppliciter orabat. Tum leniter arridens Alexander ait, sibi iucundissimum esse, quod amici sui pro regibus saluarentur.

Dilexit alios complures, & dignitatibus, honoribus, præmiis, opulentisq; adedè extulit, ut post illius obitum quisque eorum regnum affectaret, quod quidem multi etiã assecuti sunt, nec iniuria eiusmodi namque virtutis, ac venerationis erant, ut singuli reges putari possent. Formæ enim dignitas, virtutis gratia, sapientiæ grauitas animi magnitudo omnibus penè par erat, ut non ex vna militia, sed ex toto terrarum orbe electi esse vi-

derentur. Quæ ex re nequaquam admitandum est Alexandrum tam breui vitæ spacio tot regiones ac gentes subegisse, quum non commilitonibus, sed quasi regibus gerendarum rerum ministris vteretur. Militibus quoque grægariis omni pietate omnique benevolentia ac comitate indulgebat. Quod quidem ex hoc exemplo patere potest. Inhorruerat aliquando hyems maximis gelicidiis, & niuali tempestate, attamen ut cum omni exercitu transmitteret, opus erat. Inter eundem quem maturaret solito celerius, vidit alexander militem quandam veteranum vi frigoris stupefactum tum confestim eum manu apprehendit, & blandis verbis compallans in regiam sellam collocauit, ac facete ait, Amice tibi salutare futurum est, quod Persis exitio esse solet, solium scilicet regium occupasse.

Iulius Cæsar mira quoque benevolentia milites suos complexus est, eos namque honore, præmiis, atq; omni liberalitatis genere adedè affecit, ut omnes intelligere possent se diuitias non voluptatis aut amplitudinis gratia bello cumulare velle, sed ut illis vteretur ad communem militum vtilitatem, & ad præmia virorum fortium, tunc enim opulentiorum se fieri putabat, quum diuitias inter milites pro eorum virtute partiebatur. Quinetiam eos tanta pietate amplectebatur, ut audita clade Tituriana barbam submiserit & capillum nec antè dempserit, quàm illam atrociter vindicasset.

LIB. OCTAVI
DE HOSPITALITATE.

Titulus XIII.

SUPEREST nunc tertia illa Platonicæ amicitiae species, quæ à Græcis *Ξενία* à nostris verò hospitalitas dicitur. Est enim benevolentia illa quæ cum peregrinis & aduenis contrahitur. Hæc quidem præclara virtus est, idcirco (vt Cicero ait) rectè à Theophrasto laudatur. est enim (vt mihi videtur) valde decorum, patere domos hominum illustrium hospitibus. Huic contraria inhospitalitas dicitur, quæ est opinio vehemens valde fugiendum esse hospitem, eaque inhærens, & penitus insita quæ *ἀξενία* seu *ἀμξία* Græce dicitur. Prouerbum tamen vetus est, neque nimis hospitalem hominem esse oportere. neque omnino inhospitalem, Et Homerus vt ostenderet hospitem inuitandum, non autem compellendum cogendumve esse, ait, Oportere hospitem volentem accipere, nolentem verò dimittere. Hospitales admodum extiterunt Germani, vt Cæsar in commentariis suis refert, Nam non modò violare hospites nefas esse putauerunt, verum qui quacumque de causa ad eos venissent, ab omni iniuria prohibebant, & sanctos, inuiolatòsque esse volebant. Illis etiam omnium civium ædes patebant, victumque grato animo communicebant. Quanti autem hospitalitatem fecerit Cæsar, ex oratione quam pro Bithyniis egit, cernere licet, in qua quidem his verbis orsus est, Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro eorum necessi-

TIT. DECIM. TERTIVS 361

tate quorum res agitur, aufugere hoc munus non potui. Massurius Sabinus iureconsultorum egregius, quum de ordine officiorum loqueretur, ita ait, Obseruatum esse apud veteres, vt primus gradus tutelæ daretur, secundus hospiti, tertius clienti, tum cognato, deinde affini. Anacharsim Caduidæ regis Scytarum fratrem, Græcam habuisse matrem Diogenes Laërtius scribit. Is Athenas philosophandi gratia perrexit, excitatus præcipue Solonis fama, qui sapientissimus per vniuersum terrarum orbem tunc habebatur. Et vt primum orbem ingressus est, recta ad illius ædes accedit iubetque fores de more pulsari. adest puer. ecquid velit rogat. Tunc ille, dic hero (inquit) Anacharsim proforibus esse, qui eius congressum atque hospitium rogat. Id puer mandata hero perferens. Tum Solon, Refer (inquit) peregrino, in propria patria ac domo quærendos esse hospites, non in aliena. Hæc quum accepisset Anacharsis, domum audacter ingreditur, dicens, at nunc in patria sum, & ad me pertinet hospites facere. Hanc loquendi urbanitatem admirans Solon, hospitem admisit, & deinceps cum eo diutius coniuñctissime vixit. Huius sapientis philosophi monitis docemur, prius oportere hospitem accipere, quàm ei gratias referre. Est enim animi ingenui, aliis potius gratificari, quàm beneficiis affici. Id quidem superantis est, hoc autem superati. Sed si quis te beneficio anteuertit, in referenda gratia benignitatem illius vt vincas oportet, nisi liberaltate inferior omnino esse velis.

Appelles quam Protogenis pictoris eo tempo-

Ex *plim.ca.*
10. *lib.* 35.

re peregrinij hospitalitatem optaret, Rhodum (vbi ille agebat) petrexit, & confestim ad illius officinam properavit, aberat tunc ille relicta anicula quadam, quæ tabulam ingentis magnitudinis picturæ paratam asseruabat. Tum Appelles arrepto penicillo clam vetula lineam ducit à summo ad imum vsque per tabulam mitæ tenuitatis, abiitque, Reuerso quamprimum Protogeni, peregrini aduentum, quieum quærebat, annus nunciat. Tum lineam forte conspicatus, Appellem ex solertia venisse cognouit, nouerat enim in alium quempiam tanti acuminis opus neutiquam cadere. Tunc ducta tenuiore ex alio quodam colore lineam discessit Protogenes, rediit interea Appelles, & vinci erubescens, tertio colore lineas per transfuersum secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus, Appellem magna diligentia perquisiuit. quem tandem inuentum, hilari vultu, ac grato iucundoque hospitio accepit. hæc tabula Romam perlata est, & magna admiratione spectata, in qua tres tantum lineæ cernebantur præ nimia tenuitate aciem oculorum fugientes, quæ gratiores ideo erant, quòd duorum eximiorum artificum hospitalitatem testabantur.

Hospitalitas certè inter principes plerumque perfectæ amicitie locum tenere solet. Testis sit maioris Scipionis beneuolentia cum Masinissa Numidarum rege, quæ imperio Romano perutilis fuit. Masinissæ enim nonnulli scriptores Scipionis victoriam magna ex parte tradunt, Syphacem quoque eius opera victum, captumque exti-

Scipio maior Masinissa.

tisse omnes fatentur, qua ex re summa penè totius belli pendere videbatur; & quum deinde minori Africano ex meritis maiori se etiam hospitalitate coniunxisset, causam delendæ Carthaginis præbuit, ad eò vt tertius duobus illis Africanis seruator vrbs Romæ annumerari possit.

Val. Max.
li. 7. tit. 3.

Alexander quoque hospitalitatis iure plures dilexit, & magnis beneficiis affecit, inter quos Anaximenes philosophus fuit cuius disciplina summo opere delectabantur. Fuit enim aliquando Alexander quàm maxima iniuria laceratus à conciuibus Anaximenes. erat enim Lampfacenus. qua ex re urbem illam expugnauit, & eam quamprimum euertere funditus decreuit. Tum Philosophus hospitalitate illa qua cum Alexandro tenebatur, fretus, obuiâ ei proficiscitur. quem quum intueretur rex, alta voce deierat se nihil facturum quod ille à se peteret. Atqui Anaximenes exclamâs, Peto (inquit) ò rex, vt Lampfacum diruas. Alexander ingenij versutia delectatus, & græcæ hospitalitatis memor vrbi pepercit, & æquas pacis condiciones præbuit.

Octavius Augustus victo atque ad mortem compulso Antonio Alexandriam urbem opulentissimâ intrauit, in qua multa insolentius egit, vt à victoribus plerumque fieri solet. Magna tamen beneuolentia complexus est artium philosophum famam inter Alexandrinos tunc celeberrimum. Ille victoris animum blandis rationibus mulcebat, hortabaturque vt modeste ac clementer secunda fortuna vreretur, & pro multorum salute deprecabatur. Aderat Solstratus orator ad dicendum ex tē

Plut. in vita Antonij.

pore disertissimus, cui octavius propter procacis lingue petulantiam, morumque perversitatem male conciliatus esse videbatur, & iam cum à conspectu suo toruo intuitu abegerat. Sosstratus supplicium aut mortem sibi imminere formidans, mutata veste barbam & capillum reorum more submisit, & Arium quocumque incedebat, sequebatur: versiculumque illum crebris sermonibus vsurpabat, Docti doctos seruabunt, si docti erunt. Hunc quum sæpius audivisset Octavius, Sosstratum ab omni metu omnique iniuria liberum esse iussit, neque id eo egit ut salu i illius consuleret, sed ut Arium ab eiusmodi invidia liberaret.

Gratus fuit hospitibus suis Iulius Cæsar, & præter ceteros imperatores omnes hospitalia iura seruabit non modo in rebus maximis, verum etiam in minimis, ut ex hoc exemplo patere potest. Cœnabat aliquando Mediolani apud hospitem quendam suum Valerium, Leonem nomine, & quum ei Asparagos opponeret, illos non oleo, sed vnguento quodam perfuderat. Cæsar tamen dissimulans ne hospitē perturbaret, nihilominus comedebat, sodales verò reliqui stomacho commoti, illos respuebant hospitēque increpabant, & grauibus obiurgabant verbis. Tum Cæsar, Abstineat, inquit, qui non probat, Rusticus est enim, qui hæc rusticitatem perferre nescit. Quibus ex verbis docuit leuia amicorum, hospitumque peccata ferenda, ac non culpanda esse.

Non dissimile modesta ostendit Antonius Cæsar cognomēto pius, nam quum domum Omuli

diuitis ac fortunati hominis intrasset, mirareturque Porphyretici marmoris calumnias, rogauit unde illæ aduectæ essent, tum Omulus commotior morosiorque factus, horridiore vultu ac voce ait: Cùm alienam domum ingrederis, mutus ac sordus esto. Tulit amici mores æquo animo clemens ac placidus imperator, qui tantę virtutis fuit, ut iure optimo cum Numi Pompilio ab optimis eomparetur.

Complures hospites inuenti sunt officio, fide, ac virtute præstantes: sed fallaces quoque atque infidos nonnullos legimus, qui simulata beneuolentia hospitibus suis imposuerunt. T. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Flauio Lucano insidias per prodicionem ductus à Magone Carthaginiensium equitum ductore miserabiliter cum plerisque aliis militibus Romanis interfectus fuit.

Violatæ hospitalitatis vltor ex antiqua religione Iuppiter esse dicebatur, quem supremum deorum putabant. Hoc etiam Virgilius testatur, quum ait. *Sempronius gracchus.* Iuppiter hospitius nam te dare iura loquuntur.

Est tamen non omnium ciuium, sed diuitum illustriumque virorum officium, hospites accipere. Indiget enim hospitalitas ingenti sumptu, magno splendore, lauta suppellectil:, clarissimis amplissimisque ædibus, & eleganti nitidaque familia. Sed nos de rege loquimur, cuius magnificētia magnanimitatque laudatur non de mediocri aliquo patrefamilias, cuius laus in frugalitate ac parsimonia versatur, dummodo ab auaritatē sordibus absit, à rebus alienis manus abstineat. *Hospitalitas qualis esse debet.*

*Mitridates.
Tigranes.*

Hæc virtus plerunque principes aut populos coniungit, vt societatem ineant gerendi aut propulsandi belli gratia, communi sumptu, communique periculo, vt fecisse videmus Mithridatem & Tigranem reges, qui suscepturi bellum contra Romanos pepigerunt inter se, vt vrbes atque agri Mithridati, homines verò & quæcunque abigi vel auferti possunt Tigrani cederent. Sed Mithridates ipse aded benignus ac liberalis inhospites fuit, vt non modò paternum regnum seruauerit, propagaueritque verum externa quoque regna benignitate ac munificentia quæserit amicorum hospitiumque testamentis, vt Colchos, Paphlagoniam, Bosphorum, Phœnces, Tarquinio regnante, effœti ac macilenti soli sterilitatē fugientes per Tiberis hostium inuecti magnam cū populo Ro. benevolentiam inuenerunt. Hi deinde per mare Lygusticum vecti, Massiliam urbem condiderunt litam inter Ligures & Gallos ad ostia Rhodani fluminis. Massilienses deinde iacta cum Romanis à maioribus suis fundamenta hospitalitatis diutius seruauerunt, quorum legati, qui à Delphis redibant quum accepissent urbem à Gallis captam, rem domi denunciauerunt. Massilienses publico luctu indicto, aurum & argentum publicum priuatumque Romanis dono miserunt, ob quod quidem meritum immunitas illis decreta est, & locus spectaculorum inter Senatores datus, ictumque perpetuum fœdus æ quis conditionibus.

Achæorum quoque ciuitates, quum seorsum singulæ infirmæ essent atque inopes, nequirentque externa bella propulsare, hospitem societatem in-

tem in iuerunt, & quasi vñ corpus atque vnum imperium ex pluribus membris vrbibusque confecerunt, sicque singularum ciuitatum pericula iniuriasque communibus viribus communique periculo vlti sunt.

DE CONCORDIA.

Titulus XIII.



Concordia nunc sequitur, quæ amicitia finitima est, vel cùm ea potius comitem affinitatem habet. Vt enim amicitia duos aut paucos mutuo amore coniungit, sic concordia pleròque aut cunctos ciues benevolentia connectit. Et vt amicitia virtus mutuus paucorum animus esse videretur, sic concordia coniuncta charitas multorum animos concordia voluntate conciliat. Concordiam M. Varro ait dictam esse à cordium congruentia. Hanc græci *ἑνωμίαν* appellant. Virtus ergo hæc in omni ciuitate maximã semper vim habere solet, aded vt vrbium domina ac regina non immeritò à quibusdam philosophis esse dicatur. Et ea quidem parua res crescunt, sine ea autem maximæ dilabuntur, vt Crispus Sallustius ait.

Hæc inter ciuiles virtutes primum semper locum tenuit, & maxima omnium habita est, quum sine ea reliquæ inchoatæ sint, nec de se perfectum officium præstare possint. Proinde nonnulli philosophi de ea libros seorsum scripserunt, quippe qui illam putauerint præclarissimarum omnium

actionum aurigam esse, & maximarum omnium rerum compotem. De concordia quidem Leontinus Gorgias inelytos libros scripsit ad ciuitates Græciæ quæ eo tempore inter se dissidebant, & intestina etiam discordia flagrabant. Sic etiam ciuili discordia laborante populo Romano, Demetrius Magnesijs librum ad Pomponium Atticum scripsit, quem Cicero quum legisset, missum ad se à Pomponio non contemnendum esse dixit.

Concordiæ imprimis vincula sunt beneficium & gratia, quorum alterum corda beneuolentia connectit, altera autem studium stabili charitate confirmat. Communis spes communisque metus maximam concordiam pariunt, altera ex opinione futuri boni, qua animos omnium perfundit suauis quadam incunditate: Altera ex impendentis mali timore, qui tantæ potentia est, ut amicos chariore beneuolentia confoueat, & inimicos gratia & amore conciliet. Quisque enim se satis tutum esse putat, & ab omni metu securum, fruetur cunctorum ope, consilio & auxilio.

A concordia quidem nulla ex parte separari potest clementia per quam ad pristinam gratiam animi etiam in odium concitati rediguntur, & mira quadam comitate continentur. Ex omnibus principum ac regum virtutibus nulla magis concordiam parit, quam moderatio, quæ æqualitatem quandam communem inter omnes præstat, ex qua vera concordia oritur quum quisque parem quibusque alijs æquitatem assecutum se confidit. Hoc Cicero docere vide-

tur, quum ait Cauendum est ne maior poena quam culpa sit, & ne eisdem de causis alij ple-

Lib. i. de offi-
ficiis.

stantur, alij ne appellentur quidem. Nihil iniquius tulit Romanus populus quum a feruissimo imperatore Domitiano gubernaretur, quam quod in eodem crimine deprehensi pauperes capitali supplicio damnabantur, opulentiores uero ac diuites, qui etiam auctores diri facinoris extiterissent, pecunia multati, vel exuti patrimonijs absoluebantur. Moderatione & æqualitate inter illos qui sibi parebant, præter cæteros imperatores ac duces omnes præstitit Hannibal Carthaginiensis: quod quidem ex hoc uel maxime uide-ri potest. Et exercitum nanque longe à proprijs locis ex varia ac multiplici hominum colluione collectum, per inuias alpes, difficiles regiones, ignotas gentes, diuersa pericula, ac tot calamitates duxit, nec tamen factiones seditionesue unquam ullæ extiterunt, neque insidiæ, doli, aut fraudes (ut plerunque fieri solet in collecta ex diuersis hominum generibus multitudine) quanquam magna præmia ab hoste permitterent, si quis eum necaret, desereret, uel ab eo deficeret. Nitebatur enim hostis pollicitationibus, insidijs, perfidiisque id assequi, quod nunquam bello atque armis consequi poterat.

Domitia-
nus.

Græci dum concordēs inter se conuenerunt, nec intestinis seditionibus laborauerunt, magna gloria victores semper extiterunt, & victoriam contra innumerabilem Xerxis exercitum, & contra Mardonium ac reliquos Persas gloriose certaminibus semper assecuti sunt. Verum uictis

profligatisque hostibus, tanto odio tantaque discordia atque invidia inter se exarserunt, ut victores ipsi etiam victis ludibrio contemptuque fuerint. Nam Græcia omnis in duas partes distracta, Lacedæmonis Atheniensibusque ducibus ab externis bellis feriata ferrum in sua viscera conuertit. Et qui duo populi ex Solonis Lycurgique institutis cunctis aliis præstabant bello, inter se inuido concursu certantes ad parem usque exitij finem peruenerunt.

Carthago quoque opulentissima quondam omnium penè urbium extitit, cuius imperium quotidie augebatur terra marique. Etiam Hispaniam, Siciliam & maximam Italiæ partem subegerat, compuleratque Romanos, ut iam promœnibus tuendis solliciti essent. verùm tot rebus secundis cõsuetibus, intestina discordia ac seditio adedò ciuium animos peruasit, ut paruo tempore non modò spem imperij totius orbis terrarum, & quæcunque tot prælijs adepta fuerat, amiserit, sed propriam etiam libertatem, compulsaque tandem est ei populo seruire cui omnium iudicio imperasset, si cõcordes inter se ciues fausta scelicique fortuna vñsciuisent. Regesque etiam orientales dum inter se conuenerunt, concordésque extiterunt, victoria semper potius sunt, verùm cum consanguinei reges mutuo odio flagarunt, omnes orientales regiones à Romanis subactæ sunt. Et de concordia quidem satis: nunc de pietate dicendum erit. Est enim quarta earum virtutum quas præstat iustitia.

Tit. xv.



PIETAS, cuius nomen grauissimum sanctissimùmque semper fuit (ut Cicero in libris de deorù natura definit) est iustitia hominum erga deum, vel est religiosa quædam dei veneratio, ut sentiunt Periparetici. Ut autem Hermes Trismegistus ait, Pietas est notio dei. Hæc notio ex omnibus animalibus solius hominis esse manifesta ratione cernitur. Proinde qui deum ignorat hominis nomen amittit, humanitatemque omnem perdit, & cum feris ac beluis censendus est. Videtur quidè homo ad dei contemplationem natus esse, quod & forma corporis indicat, & mens ipsa diuinorù cõpos ac particeps, quæ semper vigilat, nunquã quietit cogitatione meditationeque humanarum diuinarumque rerum alitur: futura prudenti quadam coniectura assequitur, & ex diuina illa participatione nonnunquam prælagire videtur, & ea sæpenuerò inuenit, quæ à nullo vnquam didicit adedò vt clare iudicare possimus mentem nostram diuinam habere originem. Sed mens & animus ab his qui pure ac larine locuti sunt, indifferenter accipiuntur: sicut etiam apud græcos *νεε και φρη*. Quod etiam verum esse auctoritate Democriti Abderitani cõfirmare possumus. Qui ergo deum ignorat, seipsum profecto nescit. Hoc quidem docere videtur diuinum illud oraculum, quod profetibus Delphici templi scriptum fuit. *γνωθι σε αυτον* hoc est, nosce teipsum: quo præcipitur vt *ipsum.*

diuinitatem (quæ in nobis est) dignoscamus. Ex cuius agnitione deum optimum, maximum, opificem, architectum, effectoremque rerum omnium mente & animo facile cernemus, & cum omni pietate venerabimur, colemus, atque adoremus. Qui quum omnia mortalibus bona affatim tribuat, nihil aliud à nobis exigit, nisi ut innocentiam seruemus: pietatem iustitiamque colamus, & ne ingrati in ipsum, neque inhumani in genus nostrum, id est in hominē vlla ex parte simus, nec putemus nos scelera, flagitia, atque impietates nostras auro, argento, thurēve posse expiare, sed sola innocentia animique sinceritate purgare. Impia & detestabilis omnino esse eorum sententia, qui deum inexorabilem esse dicunt, immutabilisque sententiæ, quum perfacilis sit deus, atque exorabilis, & pro optimis actionibus proque benemeritis duriores sententiam mutet, & precibus, ac supplicationibus flectatur, ut Homerus testatur. Quinetiam Musæus & Orpæus absolutiones delictorum per pœnitentiam & sacrificia à deo impetrari posse arbitrari. Omninoque opinemur oportet, impios, scelestos, improbosque omnes scelerum suorum pœnas vel in vita sua vel post interitū esse daturos. Hoc non modò sanctissimi atque innocentissimi patres nostri, qui diuinas institutiones tenuerūt immortalibus librorū voluminibus testati sunt illuminati vera saluatoris nostri Christi sapientia, ac diuini documentis. sed vetustissimi quoque poëtæ, & præcipue qui Ægyptiacæ Chaldaicæque discipline peritiam aliquā habere. nã & Homerus & Hesiodus, &

plerique alij qui ante eorum tempora pinguiore Minerua cecinerūt, delectati his quæ prioribus tantū labris atigerant, quū non possent homines rudes adhuc & agrestes ad iustitiã æquitatēque, r. digere, & in verã sententiam pellicete, neque ipsi etiã veritatem omni ex parte tenerent, sub fabularum inuolucro ea scripserunt: quæ potuerunt, & tamen si eadē recta mente puròque iudicio intelligantur, à veritate nō vtiq̃ aliena sunt. Vt enim pietatē humanitatēque mortalibus durioribus illis seculis persuaderent, dicebant deum iustis hominibus postquam vita functi essent, latis apud inferos regionibus quercus amœnissimas, dare, quæ in vertice ac summitate plurimas atque optimas glandes iugiter ferrent. in medio autē Apium *Priscorum* examina haberent, quæ perpetuo liquore dulcis. *poetarū sententia de inferis.* sima stularent mella, ex ramis autē ac robore lanarum vellera depecterentur, ad vsum vestiū maxime idonea, funderenturque illic vina suauissima plenis vsque pateris, & nunquam deficientia. Hæc fingebant, non quòd opinarentur vera esse, sed vt ostenderent ex sola iustitia homines scælices fieri, & facile admodū inter mortales agere; at cõtrã iniustos luto perpetuò impeti, atq; obrui, & terebrata vna semper aquã ferre: quasi fabulose docentes iniustos homines turpes ac infelices esse, & frustra inter alios laborare, quum omnibus odio sint, & magna cum difficultate in communi viuentium cœtu degant. Vinum perpetuum præmium viris fortibus apud inferos forte dicebat Musæus poëta vetustissimus, & alia multa his similia, vt duriores atque indociles ad pietatem religio-

nemque redigeret. Nam & impiorum sempiternas pœnas ac tartareos cruciatus canunt poëta, & mitiores etiam manes leuioribus quibusdam culpis adhibent. Sic quoque Elysios campos inducunt, quasi placidiores piorum hominum sedes, in quibus perpetuo quiescerent. Putabant enim post diurnam quietem eos qui iuste ac pie vixissent, diuino quodam decreto in heroas conuertere: deinde quum à terrena labe purgati fuerint, ex heroibus Manes Lemurésve fieri, deinceps quasi mysteriis quibusdam expiatis, omnique mortali contagione ablutos ad cœlestes sedes redire, & illic æuo sempiterno cum cœlestibus diuis frui, & hoc perpetua summi dei iussione fieri ut boni præmiis, mali autem pœnis afficerentur. Qua opinione ductus Deiphilus comicus poëta ait. Tu putas mortuos qui impiè vixerunt, dei iudicium euasisse? Aderit quidem iustitiæ oculus qui omnia cernit. Existimat siquidem poëta hic temporibus suis inclytus eos qui in vita scelerum suorum pœnas non dedissent grauiores multo post obitum esse daturos.

Sed redeat sermo vnde defluxit, Si mites doctissimis illis viris esse volumus, fatebimur eos dixisse quod potuerunt, & dixisse tamen aliquid quod quale esset, nõ adhuc patebat. Veritas enim ante Christi aduentum mortales omnes latebat, quæ deinde per eum nobis illuxit & omni cæcitate depulsa nos diuinorum consiliorum compotes effecit, docuitque homines innocenter pie ac sancte viuere: quibus itineribus nos ad veram felicitatem atque immortalitatem perduxit. Nam

siostquam illius dictis obtemperarunt Persæ, denerunt proprias matres, filias, sororésve nefandis nuptiis sibi coniungere, & Scythæ humanis caribus vesci, ac filios impiis sacrificiis iugulare. Derbices quoque ac Massagetae parentes propinquosque senio confectos aliis eduliis fœdo ac vesano sacrificio miscere. Sic alia quoque gentes vera sanctaque religione imbutæ nefanda impiaque sacra relinquerunt, viamque immortalitatis ac veræ felicitatis affectarunt.

Sed ex omnibus humanis meritibus nullum gratius nullumque acceptius pietate deo præstari potest, & apud veteres etiam ipsos laus pietatis ceteras omnes laudes anteibat, quod ex Virgilio cernere possumus, qui Æneam pium semper canit, conqueriturque.

Insignem pietate virum tot adire labores, quasi asserat solam pietatem innoxiam esse debere, & omnium laborum periculorumque expertem. Quinetiam optimi reges victis hostibus, subactisque regionibus, templis, fanis, delubris, sacrarisque nimirum pepercerunt eorum etiam deorum, quos neque nouerant, neque venerabantur. Sapor Persarum rex sacris Christianis, neutiquam initiatus extitit, attamè quum victor in virgines quasdam Christiano ritu diuino cultui sacratas incidisset, custodiri eas intactas inuiolatásque iussit, & pristino more (nullo prohibente) religioni inferuire præcepit, ut Ammianus Marcellinus refert.

Legimus quibusdam quoque in templis pecunias resque preciosas depositas, omnes saluas & in

tract: s semper etiam ab hostibus extitisse. Solis delubrum in Cilicia fuit, in quo Alexander magnus ingentem pecuniam deposuit, ut illic custodiretur ad aduersos fortunæ casus. Inviolatum etiam templum fuit Samiæ Iunonis, in quo Clisthenes Atheniensis fortis, & magni nominis filiarum dotes deposuit, ne siquid ei accidisset, illæ orbaræ, destitutæ, indotatæque relinquerentur. Deus enim ipse, quorumque nomine pro gentium variis linguis variisque religionibus vocetur, semper augustè sanctèque coli ac venerari à mortalibus voluit: ac proinde sacrilegos impiòsque omnes manifestis poenarum exemplis grauius etiam semper ultus est.

Iunonis Samiæ templum

Cambyzes Persarum rex ille numinum contemptor, qui sacra omnia prophanabat, & ludibrio prædæque militibus suis exponebat, ac sacris etiam simulacris diuorùmque imaginibus impias manus admouebat, diuinam in se iram sensit. Hic in Ægypto multa templa vetustissimi operis violauit, diripuit, expilauit, incendit, euertitque, & præcipue Solis ædem in Heliopoli admittendæ vetustatis ac pulchritudinis: & per Ægyptum, & alias regiones quas inuasit, monumenta impietatis ac recordiæ suæ reliquit. Tempa enim (ut ait Strabo Cretensis) igne ferroque euertit, nec manibus clarissimorum artificum pepercit, simulacra namque imagines, picturas, obeliscos colossosque omnes mutilabat, excidebat, amburebat, ut cum diuinis numinibus, clarisque opificibus, non cum hostibus bellum gerere videretur, sed eiusdem scelera atque immanitates tandem ultus deus opti-

mus maximus. Nam quum potentia, viribus, Victoria atque ætate floreret, quumque se tutum ab hostibus esse putaret, nec quippiam formidaret, & multis quoque satellitibus stipatus incederet semper, ex equo profliens, lapso sponte sua gladio è vagina femur sibiipfi transegit, quo ex vulnere paulò post magno cum dolore interit, poenâque impietatis ac scelerum suorum deo ita volente pertulit.

Xerxes Darij filius malo auspicio inchoatû aduersus græcos à patre bellum profequi instruit, & cum innumerabili exercitu ac classe in Helladiam transmisit, adeò ut vix fides scriptoribus adhibeatur, qui præ magnitudine rerum vani ac mendaces esse credantur, præcipue cum dicunt flumina ingentissima ab infinita multitudine tam hominum quam eorum fuisse exhauista, mōtes in planiciem stratos & diuersa maria pontium iugis coniuncta per vim, iter omnibus præbuisse. Tanti verò exercitus dux, primo in Thermophylis à Leonida Spartanorum rege superatur, deinde Themistocle duce vincitur mox, Nardonio perfecto relicto, amissa classe, & maxima exercitus parte, trepidus in regnum vna tantum naui se recepit. Et quum ex ignauia ac vecordia contemptui neglecti que suis omnibus esset, ab Artabano eius præfecto trucidatur. Sed si & malorum & exitij huius causam quærimus, sacrilegam impietatem fuisse inuenimus. Ante enim quàm nauali prælio cum Græcis congregaretur, quatuor militum millia ad dissiipiendum Delphici Apollinis templum miserat, cum numina etiã bello superare se posse crederet.

Qui milites omnes ad unū usque imbris, procellis, fulminibusque deleti sunt, ut vix nuntius terræ cladis euaserit, ad eum ut facile omnes intelligerent nullas esse mortalium vires aduersus infinitam summi dei potentiam.

Brenus quoque Gallorum dux quum Macedonas magno prælio superasset, inani ac fugi gloria elatus templum etiam Delphici Apollinis aggredi conatus est, Cauillatusque leuiter innumen, dicebat deum diuitem atque opulentum esse, proinde oportere cum bona hominibus elargiri, quibus ipse nequitiam indigeret. Sed quum impium facinus inchoaret, subito terræ motu Galli omnes repente in terram prostrati sunt, & quauis neminem contra se armatum cernerent, multis tamen vulneribus trucidabantur. Inter hæc tempestas quam maxima inhorruit grandine ac pluuia commissa, quæ impios sacrilegosque omnes consumpsit. Dux tanti sceleris Brenus quum dolorem vulnerum ferre nequiret, seipsum pugione traiecit. Quin etiam hoc memoriæ proditum est, militem nullum ex tanto exercitu incolumem euasisse.

Conomachus hominem furacissimum legimus noctu thesauros eiusdem templi conatum effodere, sed repente maximo terræ motu perterritus è templo euolauit effusionemque reliquit:

Antiochus quoque rex nocturnum exercitum ad diripiendum Dodonei Iouis templum duxit. Quæ quidem re agnita, sacerdotes oppidanos omnes magno tumultu euocauerunt, & concurrentibus finitimis, rex lapidibus obrutus est,

& omnis eius exercitus trucidatus interit. Dodonei Iouis oracula omnium templum vetustissima habita sunt, & multo tempore in uniuerso terrarum orbe sola extitere, ut refert Herodotus. Tolosanos quoque milites quum ex impio sacrilegio quaesitum aurum in patriam referrent, subita lues uniuersos inuasit, verum oraculo moniti aurum in lacum demerferunt, sicque confestim ab intolerabili peste liberati sunt. Sed longo tempore post Cepio Romanus consul quum famam rei accepisset, aurum iactis in lacum rebus ferreisque vncis expiscatus est. Proinde ut sacrilegij reus concurrentibus in eum ciuibus, pessime multatus exitit. vnde diutius in proverbio mansit, ut aurum Tolosanum pro infelici viatico diceretur. Idem aurum Narbonense à quibusdam appellatur à prouinciæ nomine. est enim Tolosa vrbs in Narbonensi Gallia.

Sextus Pompeius nauali prælio è Sicilia ab Octauiopullus, ad Lacinias arces delatus est, ibique templum Iunonis veritate ac religione sanctissimum, & regum, ducum, principum, populorumque amplissimis donis opulentissimum, militibus suis diripiendum præbuit: ex quo quidem sacrilegio miserabiles calamitates pertulit. Nam deinceps semper continuis periculis iactatus est, & diuersis casibus vexatus. Demum autem à M. Antonij militibus victus ac mancipatus est, & ad Titum Antonij præfectum ductus impio sanguine pœnas commisi sceleris dedit.

Alia verò ex parte cernimus impiorum vltoras summas gratias à deo atque hominibus prome-

ruisse. Philippus Macedo Alexandri magni pater quum magno odio penè omnibus mortalibus esset, & eius fides fluxa ac labilis vulgo haberetur valde suspecta, quandò nullam vincendi rationem turpem esse duceret, & amicitias artificii dolo semper simulando ac dissimulando fingeret, hac vna tantum ex re nempe pietate, benevolentiam ac gratiam cunctorum penè mortalium sibi conciliauit, regnumque suum non modò latius propagauit, verùm etiam ad spem imperij totius orbis terrarum se erexit. Nam contra Phocenses, qui Delphicum Apollinis templum diripuerant, vltor impij sacrilegij exitit, & Violatam religionem cæde ac sanguine impiorum expiauit: qua ex re magnã apud omnes gentes gloriam ac famam assècutus est. Cuncti enim illum vindicem sacrilegij, & numinum vltorem exitisse prædicabant, meritòq; eundè dignũ victoria & maximo quoque imperio exclamabant. Quæ quidem opinio summopere ei opitulata est ad res omnes præclaras quas deinde gessit conficiendas.

Gethæ piissimi olim omnium mortalium habitus sunt, vt qui optimè ac sanctissimè de immortalis deo sentirent. Complures enim eorum animas dicebant sempiternas, quæ etiam post corporis obitum ad beatiorè vitam transirent, qua ex re longè melius esse arbitrantur mori, quàm viuere. Proinde puerperia lugebant, funera autem lusu ac festo cantu celebrabant. Hactenus de pietate nunc de religione.

Titulus XVI.

Religio huic virtuti optima atque inseparabilis comès accedit de qua pauca dicenda erũt, tum quòd in superioribus libris nonnulla de ea libauimus, tum quòd qui alterutram laudat, vtrámque effert. Quocirca quæcunq; de pietate dicta sunt communia vtrisque esse videntur. Nam si pietas agnitio dei est, (vt diximus) rectè eam comitatur religio, quæ ex opinione multorum philosophorum scientia diuini cultus esse dicitur. Et quum Sextus Empiricus pietatem sciētiam colendi esse dixit, pietatem pro religione posuit. Sic enim philosophi harum duarum virtutum nominibus indifferenter vtuntur, vt poëtæ progrem ac Philomelam mutua denominatione vsurpant. Religionem Seruius Sulpitius (vt diximus in secundo volumine) dictam esse tradit, quæ propter sanctitatē aliquam remora atque seposita sit à nobis quasi à relegando, id est, relinquendo, vt à carento etiam cæremonix dicuntur. Cicero verò religionem esse dicit, quæ superioris cuiusdam naturæ (quam diuinam vocant) curam cæremoniãque afferat. Id etiam in libris de deorum natura religiosos à supersticiosos discernit his verbis. Non enim philosophi solum, verùm etiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos precabatur, & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, supersticiosi sunt appellati, quod nomen patuit postea latius. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum

Religiosi & pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam *superstitiosi* relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, vi eligentes ex eligendo, tanquam à diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso alterum viri nomen, alterum laudis, hæc ille, Ex his postremis verbis Ciceronis discere possumus religionem omni laude dignam esse, suspicionem verò explodendam atque eijciendam, qua qui imbutus est, quietus animo nunquam esse potest. Semper enim mortis, diuinæque iræ timor ei imminet, ceu saxum Tantalus impendit (vt poëtae aiunt) aut nudatus ensis Damodami in Dionysii tyranni aula. Eleganter Quintil. religiosum à superstitioso secernit, eodem intellectu, quo diligens à curioso seiungitur. Qui veram religionem corde & animo meditatur, semper optime agit, omnibus siquidem actionibus suis deum interesse opinatur. Proinde nunquam perperam agit, sed Epicharmi Siculi poëtae sententiam secum cogitatione recenset, qui à Pythagora didicerat nihil clam deo esse posse, quoniam quidem ipse coram omnia cerneret, nihilque ei impossibile factu esse. Virtutem præterea atque honestam sedulo ante oculos habet, quibus comitibus se deo optime consiliari scit. Vicia omnia exhorret, quasi virtuti deoque inimica, quæque hominem infelicem faciant, & turpissimæ cuique seruituti additum Inanes superstitiones & fictas vanasque ostentationes spernit, vt qui malit bonus esse quam videri. Pueriles quasdam formidines, & anilia deliramenta

liramenta respuit, ac bene agendo benèque cogitando optime sperat. Quinetiam omnia pericula se superare posse existimat: quippe qui pro cõperto ducat præmium bonis, pœnam autem malis à summo deo perpetuo statutam esse. Pœnas siquidem turpium delictorum daturus post interitum sceleratos homines, non modò patres nostri sanctissimi, Christi vera illuminati doctrina, verum etiã prisca, qui studiis sapientiæ perdocti extiterunt, affirmant. Vnde Empedocles Agrigentinus eiusmodi sententiam protulit: Dæmones eos qui turpiter vixerunt, æther & pontus expellit, terra non accipit. Sic ab alio in aliud elementum deiectione, miserabiliter admodum vexatur, donec expiati ac purgati ab omni terrena labe ad pristinam cæli sedem, vnde defluerant, redeant & æuo fruantur sempiterno. Democritus autem dixit deum omnia agnoscere, omniaque mortalibus & dare & auferre posse, quippe qui rex omnium solus sit. Sed ne multis lectorem remorer, concludendum esse statuo, decere regem pium ac religiosum esse, nec quicquam agere aut inchoare nisi propiciato deo Christianis cæremoniis. Nam ceteri omnes ritus irridendi sunt, à sanis hominibus contemnendi. Sola enim hæc religio diuina ac cælestia præcepta edocet, quibus ad cultum diuinæ maiestatis instituitur, piè ac sanctè viuere erudimur, & ad cognitionem veri atque vnicuique dei omnium conditoris atque artificis perducimur, à quo plenam felicitatem perpetuam sempiternamque nanciscimur.

Quam deceat regem religionis obseruantia,

Alexander docuit. Nam quum accepisset serum quendam suum, qui in eum grauiter deliquerat, in asylum per religionem inuiolandum perfugisse, ad Megabyrum literas dedit, ut illum, si ex asylo egrederetur, manciparet, & uinctum ad se mitteret. sin minus id fieri posset, in asylo nullam uim ei afferret, quando per religionem non liceret.

Templum quoque Dianæ Ephesiæ ius asylietiam habuit, quod quidem eiusmodi fuit, ut ex eo nemo quouis crimine damnatus educi posset. Hoc templum Alexander ad stadium perduxit, & opulentius compluribus auxit. M. uero Antonius illud etiam mirifice amplificauit. Octavius autem id indigne ferens templum illud funditus euerit, asserens sceleratos homines eiusmodi impunitate in dies magis magisque audere scelera committere, & alios bonos viros labefactare. Asylum primus omnium condidit Cadmus, Thebas quas nuper edificauerat, maiore populo compleret. Huius exemplum imitatus est Romulus quum Romam condidisset, ut incolarum frequentiam auget. id tamen ei posterique perpetuo probro semper obiectum extitit à maleuolis obtrektoribusque Romani nominis, unde illud Iuuenalis.

Esuena. fa-
28. d. in fi. Et tamen ut longe repetas, longéque reuoluas
Nomen, ab infami gentem deducis asylo.



Affectum, seu malum affectionem appellare, iustitia deinde nobis præstat; utrumque enim nomen à uerbis inuenio usurpatum, & alterum pro altero sæpe positum, cum intellectu tamen inter se differant. Est enim affectio generalis quædam inclinatio animi ad dilectionem beneuolentiæque hominum, quorum rebus aduersis angimur, lætatur autem secudis. Affectus autem est, quum hanc dispositionem perducimus ad actum, ut quum adsumus homini etiam ignoto, ducti ac animi bonitate, & præcipue in his rebus quibus facile sine detrimento nostro possumus benigni esse, opem indigenti afferre, ut monstrare erranti uiam, fontem sitienti ostendere lumen patide nostro lumine accendi. Hæc & his similia homini debere uidemur quodam iure naturalis affectionis erga genus nostrum. Sed naturalis ordo exigit, ut antecedat affectio sequatur electio, deinde actus, deinceps uero habitus, quem actuum frequentatio perficit, ut Aristoteles docet. Sumitur etiam pro accidente qualitatis affectio, ut sit animi aut corporis subita alicuius rei causa commotio, ut si quid nobis boni aut iucundi ex tempore nunciatur, tunc repentino gaudio, hilarique lætitia perfundimur, uel si uideamus rem diu à nobis desideratam, uel contra si repente cernimus rem aliquam quæ nobis timorem, formidem, molestiam uel aliquam

incuriat. Hæ omnes affectiones dicuntur, quæ sua parte natura facilè decidunt nisi in actu diutius, persistent, vnde fiat habitus, qui est quasi quædam præceptio qualitatum. Cicero autem ait habitum esse animi aut corporis constantem & absolutam aliqua in re perfectionem, vt virtutis, aut alicuius artis.

Nunc verò ad primam affectionis significationem redeo, quæ ad institutum ordinem nostrum attinet. Affero nanque affectionem erga homines à natura omnium parente mortalibus inditam esse. Diligit enim quodque animal suum genus, & cum sui similibus facilè congregatur. Præterea ingenui hominis & hominem benevolentia complecti, & id ad ineundam gratiam cõciliandâsq; amicitias plurimum conducit. At contrâ angustî peruerfiquè animi est, homines odio habere gauderèque potius malis, quàm bonis eorum lætari, & pro solitudine, æqualium congressum consuetudinèmq; fugere, (quum homo longe mgis animal sociale sit, quàm apes, formicæ, graculi, palumbes) & optare calamitates, pestilentias, sterilitates, bella, & alia communia mortalium mala. Eiusmodi homines *μισάνθρωποι* hoc est olores hominum à Græcis vocatur, quòd perosi sint omne genus hominum. Tales fuerunt nonnulli, quorum veteres meminerunt: qui ex morum magis peruersitate, quàm ex virtute aliqua nomina sua obliuione vendicarunt. Lepidè, ac facetè iocatus est Plato in morosam atque odiosam Timonis Atheniensis vitam, & tamen ex iocis illis ac salibus facilè intelligere possumus Platonem illius

mores exhorruisse, & ea cauillando protulisse, vt ex malis moribus facilius bonos dignosceremus. Virtus enim vix cerni posset, nisi ex vitiiis quæ ei contraria sunt ostenderetur: nec perfectâ satis haberi posset, nisi aduersis in rebus exerceretur. Aurum siquidem igne probatur, vt tritò prouerbio dicitur. Bonum quoque ex malo dignoscitur, & malum item ex bono. Similis moribus Timoni extitit Mison, cui ab odio nomen fuit, is quum inter homines versaretur, semper erat mœstus, in solitudine verò ridebat. Similis vt etiam Apemantus. Sed vt hi omnes homines odio habebant, sic ^{Miso à πῶ} *μισοσῆς* _{ab odio.} communi hominum odio digni sunt, & quasi rationis expertes cum beluis ac feris à ciuitatibus & ab omni hominum cœtu extrudendi ac deturbandi. In hominum enim figura torui, truculenti, atque immanissimi sunt, & animo prorsus efferato. Timon in sepulchro suo pone sterquilinum fieri voluit, eiusmodi versus inscribi mandauit. Hic sum post vitam miserâmq; inopemque sepultus.

Nomen non quæras, dij te lector male perdant. Execratur eos post interitum, quos perosus in vita perdere nequiuerat.

Sunt etiam quidam, qui animi rigore, ingeniique toruitate immites, inflexibiles, inexorabilèsq; esse videantur, & id quidem ex habitu corporis ostendunt, proterui etenim sunt, liuidi, mafilenti, morosi, anxij, taciti, soliuagi, & atra bili semper exuberant: qualis fuit M. Crassus pater eius Crassi qui cum exercitu apud Parthos interit, qui omni vita nunquam ridere visus est, proinde

vulgo ἀγέλατος dicebatur, quasi irrisibilis, quum ex contrario γέλατος à ridendi gratia dicitur. Et Democritus γέλασιος honoris causa cognominaretur. Nos autem his omnibus hominem instituiimus qui non modò plenus sit humanitatis, verùm aliis quoque iure optimo praesit, & benevolentia ac gratia omnes complectatur, ut quos locupletate liberalitate ac magnificentia nequeat, saltem ab omni contumelia atque iniuria tueatur.

DE HUMANITATE

Tit. xviii.



Humanitas affectioni coniuncta est, quam quidem conservare debemus, si homines rectè nuncupari volumus. Homo enim qui naturæ obsequitur, homini nullo pacto nocere potest, Natura nobis hoc praescribit, ut homo homini semper prosit. Quæ virtus tanti fuit, ut deo digna esse videretur. Scribit enim Varro Herculem honoris gratia, ἀλεξίπτερον, hoc est malorum averterem cognominatum existisse, quòd semper hominum adiutor ac defensor esset, & siquidem ἀλάλχειν tueri adiungere, & hostem arcere. Unde nomen etiam Alexandri dictum putant. Ingenui quidem animi est homines adiuvere, eisque quibuscunque rebus possumus prodesse, atque opitulari. Qui enim beneficium dant, deum imitari videtur, qui semper omnibus prodest. Qui verò repetunt, feneratorum haberi possunt. Ades Gratiarum apud

Sinceritas.

Romanos in medio fori erant, ut omnes intelligere posset homines omnibus hominibus gratos esse oportere, & in referenda gratia abundantes. Lepide Plautus ille comædus ait, Improbus est homo ille qui beneficium scire sumere, & reddere nescit. Sed ut pietatem ac religionem deo semper debemus, sic homini benignitatem ac misericordiam. Iure optimo igitur Athenienses misericordiam non pro affectu, sed pro dea colebant, ut homines intelligerent se diuina etiam præstare, dum misericordes essent.

Humanitas quidem (ut A. Gellius declarat) est benevolentia quædam ac dexteritas erga omnes homines permixta, quam graeci φιλανθρωπία elegantiori verbo, quasi erga homines amorem appellant. Sed quando humanitatem plurimum adiuuat prima cruditio, & puerilis illa institutio, quam παιδείαν graeci vocant, idcirco pro institutione, doctrina, ac disciplina bonarum artium elegantem eam veteres usurpauerunt, & humanam pro erudito frequenter posuerunt, humanioresque literas dixerunt. Nec id profectò ab re. Eiusmodi enim humanitas nulli animantium generi præterquam homini à natura concessa est. Humanitatis verò comitas illa lepidissima præ omnibus mortalibus regibus ac principibus maxime convenit. Quanto enim opulentiore sunt, tanto pluribus prodesse possunt. Opes autem privatorum tenues sunt, & in paucos, etiã si velint, humaniore quadã benignitate uti possunt, nisi in his rebus quæ dando non minuuntur nec pereunt: & in his etiam quæ à mediis quibusdam officiis proficiuntur.

A. Gel. ca.
15. lib. 13.Literæ hu-
maniores.

Lycurgus vt ciues suos ad humanitatem instrueret, eos assuefecit vt neque optarent, neque vlla ex parte scirent seorsum priuatimque viuere, sed veluti apes omnes ad rem communem conuerterentur, semperque circa regem versarentur. Ad humanitatem vox illa maioris Scipionis pertinet, quum ait male se ciuem vnum seruare, quam mille hostes perdere. Nec minus responsum illud Alexandri ad Darij nuncios, qui ei gratias agebat, quod tam clementer, tam castè, atque humanè se gessisset erga coniugem ac filias eius, quas captiuas haberet, ait enim, Nunciate Dario, omnia que liberaliter atque clementer egi, non amicitia eius me tribuisse, sed natura mee. Bellum cum captiuis ac sceminis gerere nõ soleo armatus sit oportet quem oderim.

Cato senior Senior Cato magnam apud Romanos sapientia laudem habuit. Quidam verò obtrectatores atque æmuli eius dicebant illum quibusdam in rebus non satis humanum esse, & præcipuè in domesticis institutis eum carpebāt, in quibus humanitatis oblitus esse videbatur, vt fieri solet in rebus prosperis. Consensum enim beneuolentiam ac concordiam, & mutuam seruorum, libertorum, & reliquorum familiarium in primis odio suspicionique habebat, proinde illorum discordia ac similitate plurimum lætabatur, ex qua dicebat longe melius rei familiari ac domesticæ cõsultum iri, quam si omnes inter se optime congruerent. familia enim concordiam, conspirationem in partem familias esse arbitrabatur, fatiúsque esse dicebat, vt illorum quisque æmulos veritus, dela-

torem formidaret. Seruos præterea senio affectos aut aliqua ex parte debiliores imbecilliorésque factos quamprimum venundari iubebat, ac si muta essent animalia, quasi imminuta vtilitate quam antea percipere consueuerat, nihil humanitatis eis impendere teneretur, veluti si nõ intelligeret non semper exigenda esse ab hominibus ea omnia quæ iure exigí possunt, sed naturæ, atque humanitatis rationem esse habendam: vt sublata etiam vtilitate, humanitatis clementiaque officia eisdem exhibeamus, quum omnes paulo humaniores viri, ex humana quadam vbertate equis ac canibus senio confectis non modo pabulum ac cibum, verum etiam quãdam senectutis indulgentiam præbere soleant. Indecorum, indignumque esse videtur, vt seruis, aliisq; animalibus veluti calceis utamur, quos abicimus postquam vsu fracti atque attriti sunt, nobisque nihil profunt. Clarus atque illustris vir apud Athenienses, & in omni Græcia habitus fuit Cimon. Is equarum moniméta, quarum opera victor in olympiacis ludis coronatus fuerat, iuxta sepulchrum suum magna impensa collocari voluit, ne ingratus vlla ex parte mutuis etiam animalibus videri posset.

Pericles quoque Atheniensis Anaxagoræ discipulus vir temporibus suis maximi nominis extiuit, & eloquentia adeò clarus, vt cum concionaretur, Poetæ dicerent ex illius verbis coruscationes tonitruaque cieri, & linguam eius fulmen iacere. Attamen ei à plebisque vitio datum est, quod negligentius se gesserit in præceptorem suum. Erat enim reipublicæ intentus. Pericles, & Anaxago-

ras grandior natu inopia angustiaque rei familiaris premebatur adeo, ut iam per inediam mortem sibi consciscere destinasset. Hoc quum rumore ac fama de Perichis aures percerebuisse confestim ad eum perrexit, & supplex effusus lachrymis eum orauit, obsecrauitque, ut si vitæ iam pertasum esset, nec vltimus viuere destinasset, sua saltem causa consilium mutaret, sibi que viuere decerneret, quando eiusmodi consiliorum socio plurimum egeret. Tum Anaxagoras ait, O pericle. Qui lucerna indiget, oleum instillat, Erubuit tunc Pericles, quasi ingratitude atque inhumanitate incessetur, Ac deinceps liberalitatis humanitatisque munera largius benigniusque ei exhibuit, Tenuiores alere, nudos operire, infirmis opitulari, captiuos redimere à carcere.

*Lucerna
qui indiget
infundit
oleum.*

*Phocionis
responsum.*

Homines quoque non omni ex parte noxios liberare, humanitatis munus est peregrinum, Phocion vir apud Athenienses summæ auctoritatis, quum ab amicis obiurgaretur quod improbum quendam in capitali iudicio defenderet inquit, nemo quidem probus eiusmodi patrocinio indiget. Et quum enixe admodum rogaretur ab affinis necessariisque Aristogitonis hominis flagitiosi ac scelestissimi (qui ob sua crimina in carcerem ab Atheniensibus coniectus fuerat) ut ad illum visendum accederet, respondit, non grauatè se id facturum, tum amicis dehortantibus, conantibusque cum ab instituto itinere reuocare. Sinite, inquit, & vbinam loci Aristogitonem iucundius quam in publica custodia visere, ac salutare possumus?

Scribunt etiam Cimonem virum illum illustrem cuius paulo ante mentionem fecimus, comites semper seruos secum habuisse, qui pecuniam deferebant, ut si quem inopem, aut indigna egestate oppressum ceineret, quamprimum illum largi benignitate adiuuaret.

Patere etiam atria locupletum mendicantibus hominibus, humanitati munus est quam maximum. Nec auscultandum Plauto comico poetæ puto, quanquam latinæ linguæ pater propter vetustatem dici potest. Senex enim in magna annonæ caritate operam suam præ inopia pistori locauit, & tres in pistrino scripsit comœdias, ac vendidit, ut Varro ait, Nam tædiis paupertatis affectus, hanc immittit atque inhumanam sententiam effudit, De mendico male meretur qui ei dat quod edat, aut quod bibat, Nā & illud quod dat perit, & illi producit vitam ad miseriam. Longe melius factitabant vetustissimi Romani, qui cœnarum reliquias mendicis semper erogabant. Nam postquam ditiores illi ex prima mēsa cibum sumpserant, accedentibus bellariis, (quam secundam mensam appellabāt) numinibus coronatis poculis libabant vina, & statim atria expectantibus ante fores tenuioribus aperiebantur, ut ederent, vnde ab inopum clamore, qui sodales deuocabant, ortum est verbum panditur, quasi panis datur. exinde vsu venit, ut pro verbo aperitur, panditur dicerent. Multi etiam eo tempore palam in propatulo vescebantur, ut frugalitatem suam omnibus ostenderent. Neminemque aduenientium à sua mensa arcebat. hoc exemplo ductus Iuuenalis quum

*Plauti ino-
pia.*

*Iuuenal.
Sat. 1.*

menſarum ſui temporis voraginem ſatirico more carperet ait,

Quis ſercula ſeptem Secretò cœnavit auus?

Deinde oſtēdit iudiciale quoddam veſtigal penſitatum fuiſſe, & in ſportulam redactum, quod pauperibus erogaretur, conqueritūque quodā diuitibus diriperetur idcirco addit.

Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hic eſt,

Et panis fumūſque domi?

Antiqui reges ac principes tibiis præcinentibus cœna ſigna dabant, quum menſæ ſternerentur, apponerētūque ſercula, vt inopes ad eſum properarent. Vnum ſibi perſuadeant reges, ac principes oportet, excellentis animi munus eſſe tenuiores alere, omnibūſque benefacere, etiam ſi ab eis nihil vnquam accepturi eſſent, hoc Caius cognomento Caligula, quum imperaret, vel ex hoc comiter egiſſe laudatur, quod tenuiores quodam ſæpe inuitaret. Et in epulatione quadam iucundum cōiuuiſ fuit, quod equiti Romano contra ſe hilarius iucundiūſque veſcenti partes ſuas de menſa benigne admodum tranſmiſerit.

DE FACILITATE.

Titulus, XIX.



Facilitatem ſunt qui putant ad humanitatem accedere, quæ vel ſpecies eius ſit, vel comes, & quaſi germana ſoror. Facilitas virtus eſt in rege omnium gratiſſima ad inuendam gratiam, beneuolentiāque

Facilitas.

ſeruandam. Nihil iucundius his qui reguntur, eſſe poteſt, quàm quum intelligunt aures illius qui regnat, eis parère, nec querelis eorum clauſas eſſe. Facetus quidam ſcurra inter iocandum dicere ſolebat, male ſe cæcutienti quàm ſurdalſi domino inferuire. Nam ſi ille minus cernit quæ facit, magis è re ſua eſſe poteſt, quàm ſi minus audit quæcūque dicit. Princeps qui facile audit multorum iniurias cohibet. Multi enim qui gratiores acceptiorēſque ſunt principi, iniuſtiores iniquiorēſque ſiunt, quum cogitent rem poſſe dominum latère. At quum ſecum muſſitant, quid ſi reſciuerit? facile enim aurem præbet, extrudemur, minus nobis fidei habebitur, pœnas dabimus: tūc abſtinent, & mitiora meliorāque cogitant. Sed nimis multa audire cogitur is cui tota commiſſa eſt reſpublica, nec aliter facere poteſt, vt ſapienter ait Cicero, accedit tamen ad ſapientiam & virtutem multos audire. Monemur enim ſæpenumero aliorum dictis, & ea perdiſcimus quæ nobis obſcura ſunt, mutamūſque ſententiam in melius, & errata noſtra, ſiqua ſunt, corrigimus.

M. Antoninus cognomento pius, qui ſapientiæ *M. An. pius.* ſtudiis, & vitæ innocentia Cæſarum omnium optimus habitus eſt, ſæpe ſapientes atque optimos viros clam accerſiri iubebat, & ſeorſum remotis arbitris ab eis ſciſcitabatur quid de ſe quiſque ſentiret, loqueretūve, & ea emendabat quæ iure optimo reprehenſa eſſe viderentur: & cautiores meliorēſque reddebat eos qui ei in conſilio aderant, verebantur enim ne ille extrà ab aliis quæreret quid factò opus eſſet, & ipſi haberentur

aut minus prudentes, negligentēve, aut versuti
nimis atque infidi. siue assentatores adulatorēve,
qui se putarent obsequium præstare si consilia e-
ius probarent, & mores ac vitia imitarentur.

*Dinocrates
architectus*

*Ex Viruio
lib. 2. de ar-
chitectura
in prim.*

*Dinocratis
commentum.*

Facilitas Philippi Macedonum regis multarum
ciuitatum amicos ei conciliauit, aded vt plures
benevolentia quam armis subegerit. Principes ve-
ro qui cum Alexandro eius filio militabant, illum
nonnunquam difficultatem reddebant, quod qui-
dem eiusmodi exemplo cerni licet. Dinocrates
Macedo architectus fuit ætate sua omnium maxi-
mus, & in mathematicis scientiis eruditissimus ha-
bebatur. Is quum aliquando principem aliquem
quæret animo & potentia ingenio suo parem, li-
teras à conciuibus suis impetrauit, quibus princi-
pibus illis cōmandaretur qui Alexandro gratiores
erant, rogabatque vt ei ad regem aditus pateret,
illi Dinocrati officium pollicebatur, verum lon-
gis frustrationibus eum illudebant. Hoc ille quum
animaduerteteret, nouum commendationis genus
commentus est, quum literæ ei neutiquam pro-
desse. Erat enim corporis forma dignitate con-
spicius, toris ac membrorum lacertis Herculis i-
maginibus persimilis, proinde quum cerneret Ale-
xandrum in magna hominum frequentia ius di-
cere, vestem qua amictus erat, exiit, & nudus leo-
nis pellem, quam parauerat, induit, & accepta in
manu dextera claua, grati incessu, & toruo tru-
cique aspectu concionem illam circumire incipit.
Nouus itaque hominis habitus, & seuera facies,
multorum ora, atque oculos in se conuertebat.
Hoc quum cerneret Alexander, insolita re permo-

tus, hominem ad se perducere iussit, & quisnam
esset, quæue de re accessisset rogauit? Tum ille
Dinocratem architectum Macedonem se esse ait,
affertque ad eum meditationes suas voluisse dignas
tâto rege, & victore orbis terrarum, sed quum ab
eius aspectu prohiberetur, nouum hunc habitum ex-
cogitasse, vt ad eum admitteretur, quum nulla
literarum commendatio satis sibi profuisset. Risit
Alexander, & grato hilarisque vultu eum accepit,
bonoque vt animo esset iussit, ac etiam donis eum
muneribusque prosecutus est, & deinceps multis in
rebus eius opera usus & præcipue in dimentione
Alexandriæ, quam illius iussu statui atque edifica-
ti voluit. Hæc de facilitate satis.

DE FIDE.

Tit. xx.

Fides superioribus virtutibus sine præ- *Fides.*
scribat, est enim ex his speciebus quas
iustitia præstat, vltima quidem, sed
tanto splendore præfulget, vt sine ea
omnes regum ac principum virtutes obscurio-
res fiant. Ab ea enim singulæ sic lumen accipiunt,
vt à sole luna, sydera, ac stellæ omnes. Prudentia
sine fide vana ac mendax esset, & vafra quædam
versutique calliditas. Temperantia, tristis ac vere-
cunda: fortitudo, ignaua ac torpida: iustitia autem
sæua ac sanguinaria. Quid laudis, famæ, aut glo-
riæ princeps habere potest, qui vanus, mendax,
aut infidus est? Quid turpius aut fœdus esse po-
test, quam fidem fallere? promissa non præstare,
aut dictis conuentisque non manere?

Sexti Pompeij fides. Menodorus
 Coenantibus in naui ad Puteolos Antonio & Octauiio apud Sextum Pompeium magni Pompeij filium, qui tunc conciliati societatem iniuerant, Menodorus Pompeianæ classi præfectus per internunciū Pompeio significauit, tunc tepestiuum esse parentis ac fratris iniurias vlcisci, quod si occasionem sumere vellet, se operam daturum vt è nauibus euadat nemo. Cui Pompeius, refer inquit, Menodoro, ei sine me id facere licere, qui iam, peierare consuevit: mihi autem nephas esset, qui fidem fallere nescio, quæ quidem vox & decora fuit, & magni Pompeij filio digna.

Parmenioni quoque suadeti quippiam Alexandro, quod præter fidem ac decorum esset, respondit Alexander, Facerem id quidem si Parmenio essem, verùm Alexandro neutiquam licet. Nec id iniuria dicebat Alexander. nouerat enim vir animi tam excelsi, qui sibi orbis terrarum imperium polliceretur, nihil esse posse quod magis gloriã suam obscuriorem redderet, quàm si promissam fidem aliqua ex parte falleret. Fides namque quam quispian conceptis verbis hosti quoque iurauerit, præstanda est, licet minus sit è re eius qui pepigerit, Nulla enim utilitas, nulla potentia, nulla victoria tanti est, quæ cum iurifurandi religione æquari aut conferri possit. Veteres dixerunt fidem esse promissorum conuentorũque fidam obseruantiam, vel mutua stipulationis exhibitionem. Fide verò iurisque iurandi sponsores deos inuocabant. Quocirca apud Comicos poetas sæpe dicitur, Dii vestram fidem, quasi deos fidei sponsores appellent, vt sibi opem auxiliũque afferant per fidiamque

Dii, fidei sponsores.

fidiamque vlciscantur. Quem sermonem Romanietiam vsurpauerunt, vt ex veteribus eorũ poetis, oratoribus, atque historicis cernere possumus. Solenne erat Epirotarum regibus ineunte vere Ioui pugnatori sacra facere, hostiasque complures cedere, illic mutuum inter se iusurandum dabant Reges & populus, accipiebantque, Reges asserabant se legitime imperaturos. Epirotæ autem se omnia regibus exhibituros, quæ per legem deberent, qua religione astricti, magnam inter se concordiam seruabant.

Periuri apud Ægyptios capitali pœna puniebantur, vt Diodorus Siculus testatur, quando & pieratem in deum violarent & fidem inter homines tollerent. Palici dij Iouis & Thaliæ filij à poetis fuisse dicuntur, hi periuriorum vltiores à veteribus habebantur, quorum templum in Sicilia fuit, quod Ducetius Siculorum dux statuit, cuius meminit Silius, quum ait:
 Et qui præsentem domitant periura Palici
 Pectora supplicio.

Periurium capite vincabant Ægyptij Palicidij. Ex Macrolii. 5. Saturnalium. Silius li. 14

Sed hanc fabulam Æchylus Siculus tragediarũ poeta longe ante eum celebrauerat. Quæ ex re docemur deum violatæ fidei vindicem atque vltorem esse, vnde idem poeta ait.
 Stant nulla diu deceptis gaudia diuis.

Iouem lapidem iurabant antiqui, & quisque iurans lapidem in manu tenebat dicens, Sic Diopiter salua urbe bonis omnibus eijciat me, si sciẽs fallam, vt ego hunc lapidem eijcio. Cuius consuetudinis meminit Cicero in epistola quadam ad Trebatium.

Iupiter lapidens. Epist. fa. li. 7. epist. 12. Scytarum iusuradum Melpomene

Scythæ per regium solium iurabant, quum maximum iuramentum adhibere volebant, & id quæque fallere capitale erat, ut ait Herodotus.

Videndum tamen est ut iuramentum in rebus bonis, non autem in malis præstemur. Deus si quidem in rebus pulchris iustisque consensum adhibet, non turpiū inhonestarūq; actionum sp̄or accedit, ut Dionysius Halicarnasseus testatur.

Medi & Arabes (ut Herodotus etiam scribit) iniurii fœdera, fidēve desponsuri, missum ē leuiter vulneratis brachiis aut pollicibus sanguinem inuicem lambebant, quasi propriam vitam, quæ per sanguinem intelligitur, pro fide præstāda Deo uerent. Arabes verò in hac sponsione Dionysium Vraniāque inuocabant, ut ex altero orgia sacræque omnia fœderibus adesse ostenderent, (præst enim Bacchus sacrificiis misteriisque omnibus, & pius semper fidesque obseruantissimus habitus est heros ille) ex altero autem cūcta numina fidei sponsionem facere testarentur, quando quidem Vrania sit cælestium orbium consonantia atque harmonia. Cornelius Tacitus huius consuetudinis meminit in vita Neronis, his verbis. Mos est regibus quoties societatem ineunt, implicare dexterās, pollicēque inter se vincire, nodoque persistinere ubi mox sanguis in extremos artus suffuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum.

Romani fœdus firmabāt fœdata per sacrificium porca, hoc est saxo contusa, cum imprecationibus, ut sic caderēt qui rupto fœdere à promissis

fide discederent, quod & Mantuana musa edocet quum ait,

Et cæsa iungebant fœdera porca.

Varro fœdera à fecialibus sacerdotibus, qui fœderibus faciendis præerant, dicta putat, cuius verba penè eiusmodi sunt. Feciales, quòd fidei publicæ inter populos præerant, Nam per hos fiebat ut iustum conciperetur bellum, & inde factum ut fœdere fides pacis conseruaretur. Hi mittebantur antequam susciperetur bellum qui res repererent ab iis qui iniurias intulissent, & per hos etiam nunc fit fœdus, quod fœdus Ennius scribit dictum in re militari. Hac Ennij opinione ductus Fectus Pompeius dixit fœdera ideo dicta, quòd fides in illis interponeretur.

Inexpiabilis religionis est fidū fallere, & nūquam id facinus à deo inultum permittitur. Prusias Bithyniæ rex violatæ fidei prodito Hannibale compulsusque ad necem, miserabiles pœnas dedit. Nam Nicomedes eius filius, rerum habenas vitus permiserat, fauente populo illum regno exegit, & quum nemine ferente ei auxilium, in specula quadam lateret, ab inquisitoribus inuentus, iussu sæuissimi filij trucidatus interiit.

Tarquinij superbi exitium quis ambigit deo optimo ultore contigisse? Occio enim Seruio Tullio socero suo regnum per iniuriam inuasit, quò die scelerata Tullia per patris iacentis cadauer carpentum egit, ut virum suum regem saluaret. Fidem esse regnis etiam præferendam Silius Italicus cecinit his versibus.

Fœdera mortales ne sæuo rumpite ferro,

Sed castam feruare fidem fulgentibus ostro
Hæc potior regnis.

In reliquis deinceps concludit domum, coniugem, familiã, ac vitam eius qui fidem violet, nunquam expertem luctus esse, nec lachrymarum, fidemque læsam semper eum insequi, nec cælum, nec terram, nec maria secuta ei permittere, & Equias infernales consiliis mensisque eius semper adesse, donec illum in Stygiam paludem mergant. Hæc est aurea illa Ciceronis sententia, quum ait. Magnam vim esse conscientia, & magnam in vtraque partem, vt neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam ante oculos semper versari putant, qui peccarint.

Quinetiã tantæ tupitudinis est perfidia, vt virtutes omnes inquinat atque obscurat, præclara gesta obruat, animi, corporis, fortunæque bona perimat, & nullis quoque meritis vnquam mitigari aut expiari possit. Quis præstantior civis Bruto? quis virtute, moribus, doctrina, genere, dignitate illum anteibat? Aderat etiam quædam honestatis species, vt libertatis vindex ex maiorum suorum imitatione haberi posset: artamen popululum vniversum, & complures clarissimos viros in vltionem Cæsaris contra se armauit. Audi quam sententiam in eum proferat Valerius maximus, M. Brutus suarum prius virtutum quàm patriæ parentis parricida fuit. vno enim factò & alias in profundum præcipitauit, & omnem nominis sui memoriam inexpiabili detestatione perfudit. Et quamquam magnifice ad Ciceronem per epistolam loquitur, & se liberatorem orbis terrarum ap-

*Li 6. de gra
uiter dictis
& factis.*

*Epistola 16.
Lib. epistola
rum ad Bru
tum.*

pellat, dicitque seruitutem & contumelias patrius se odisse malis omnibus aliis, crimen tamen suum fateretur, quum scripsit in quadã epistola, cuius meminit Plutarchus vir doctissimus, & acerrimus rerum Romanarum scrutator, bonum virum fuisse Cæsarem, sed maiores suos ita institutos extitisse, vt ne bonos quidem dominos perferre possent.

Cassius quoque quid de Cæsare sentiret, indicauit, quum ad Ciceronem scriberet, quo tempore in Hispania Cæsar contra Pompeium iuniorem bellum gereret, ait enim, Quid in Hispaniis geratur, rescribe. Per eam nisi sollicitus sum, ac malo veterem & clementem dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri. Scis Cneus quàm sit fatuus, scis quomodo crudelitatem virtutem putet. Si Cæsar vincit, celeriter me expecta. vale. Atqui deus ipse huius perfidia vltor extitisse videtur, Nullus enim ex Cæsaris percussoribus, aut ex his qui consilium dederant, vltorum manus euasit. Nam aut cõpulsis sunt ad vim sibiipsis inferendam, vt Cassius, qui eodem pugione quo Cæsarem cõfoderat, seipsum transfegerit: & Brutus sibiipsum mortem post acceptam cladem consciiuit, aut hostili ferro perierunt, & imprimis A. Trebonius, qui in Asia à Dolabella per ludibrium & contemptum trucidatus est, nec immerito. diutius enim cum Cæsare militauerat, à quo honore, præmiis, ac dignitate maiorem in modum honestatus fuerat. C. quoque Octavius. & Lentulus Spinther qui operis se participes extitisse ostenderent, quum re vera nihil egissent, ab Antonio & Augusto deinde interfecti sunt & vanæ iactatiæ pœnas dederunt.

Magni quidem viri non modò perfidiæ criminæ, sed culpæ etiam suspitione vacare debêt. Candida omnino sit fides, & nullis salsurris calumniisve obnoxia maior Aphricanus quum nauè Carthaginensium in qua diuites ac fortunati viri deuehebantur, in potestate haberet, liberam intarctamque dimisit, dicebant nanquè illi se ad eum oratores à Carthaginensibus missos esse, Et quauis ei satis compertum esset illos vitandi periculi causa legationis nomen commentos fuisse, tamen Romani imperatoris fidem decipi maluit, quàm minima ex parte suspectam haberi.

*Thraciæ verus
sustit in Bœ
otios. ex Ci.
offi. i. de in-
iustitia.*

Thraces (vt Ephorus scripsit) cum Bœotis inducias certò dierum numero pepigerant: noctu autem, quum securius illi agerent, agros eorum populabantur. At quum illi violatam fidem conquererentur, negabant se perperam egisse, quum induciæ dierum pactæ essent, nò autem noctium. Sed non agit ex fide bona, qui eiusmodi signemtis se tuetur.

Perfidia nonnunquam dissimulatione vlciscenda est. Polemon rex cum Aspurgitanis, qui inter Phageriam Gorgopiàm que habitât, vt facilius tutiusque eis imponeret, amicitiam simulabat, illi dissimulabant se fraudem intelligere, ac proinde clam instructi armati que, vt rex securus se adoriretur expectabant, ille verò, putans se eos facile in prouisos opprimere posse, ré audacter aggreditur Aspurgitanti inuadentem Polemonem forti animo cum omni eius manu prosterunt, & captum crudeliter trucidant, ac sic male simulatam amicitiam vlciscuntur.

Apud Parthos verò dicti promissique nulla est fides, nisi quantú eis expedit. Nam tumidi omnes sunt, seditiosi, infidiosi, fallaces, subdoli, & procaces admodum: aiuntque violètiã virorum esse, mansuetudinem autem foeminarum. Taciti semper miro silentio omnia consilia regunt, & ad inuadendum hostem per insidias ac dolos semper promptissimi paratissimi que sunt.

Romanorum autem fides apud omnes gentes sedula, sancta, firma atque augusta habita est. Vera enim virtute non fraude aut dolis hostium victores extiterunt. Priscis enim temporibus apud eos sanctituu fuit, non aliena iniquitate, sed propria virtute magnum fortèmque ducem militare oportere.

Hinc Furius Camilus Iudi literarij magistrum, qui principum filios ad se duxerat, vt per proditionem vt victoria potiretur, victum, verberibusque ab eisdem pueris cæsum obsessis Falicis remisit. Qui statim vltro non armis, sed tam clementi iustitia victi, se in potestatem illius dediderunt.

Eadem virrute etiam præditus Fabricius Pyr- *Ex vale.*
rho regi, hosti Romanorum acerrimo, vt à vene- *maximo li.*
no caueret monuit, ne si quid ei accideret, suo con- *6. de iustit.*
silio putaret factum, quoniã Romanis non pla-
ceret venenis aut dolis pugnare sed virtute & ar-
mis. At postquã cum infidis ac barbaris bella gere-
re cœperūt, dolos infidiãsq; vt cauerent opus erat
& vim vi, dolos, dolis vt uincerent necessarium e-
rat, præcipuè contra eos, qui eisdem artibus ute-
bantur. Tunc vera esse sententia illa Plauti visa

est, qui in Bacchidibus ait. Nullus frugi esse potest homo nisi qui & bene & male facere tenet: bonus sit bonis, malus sit malis: vtrunque res sit, ita animus habeat.

Fallaces valde fuerunt Numidæ qui per dolum plerunque ultro cedebant: ac mox ubi hostes vagabantur, tardiùsve insequabantur, prælium de integro instaurabant, & mira celeritate conuersi maiore impetu quàm si ex prouiso hostes inuadebant.

Sarmatæ perfidia & dolis semper nitebantur, & ad latrocinia potius quàm ad bella intenti, eos quos ex vsu castrabant, ne quum in insidiis lateret ab illis proderet, si ex affectu scæminarum ferocius profilirent. Remissa enim Venere cantherij taciti fiunt, & longè magis mansueti.

*Cantherius
equus ca-
stratus.*

Amphiri omnes infidi mendaces, subdoli, veruti, ac fœditragi (vt ait Ennius) semper habitus sunt. Ipse quoque Hannibal ingenio scæuus atque immanis & callidus fuit, & à teneris annis disciplinæ militari consuevit, ex qua humanum diuinumque ius contemnere didicit, nulliusque dei metu tenebatur, nullum iusurandum, nulla fides, nulla religio eum coercebat. Bella enim, cædes & hostiles prodiciones solum tractare didicerat, quin etiam hostibus deceptis semper lætabatur: & quos aperto Marte æquare non poterat, dolis se præuerrere gaudebat. Proinde nequaquam admirandum est missum fuisse Flaminium ad Prusiam Bithyne regem à Senatu oratorem, qui hannibalem ad supplicium deposceret. Et tamen plerique Romanorum ciuium postquam de

nece Hannibalis acceperunt, Flaminium crudelitatis incessabant, quòd auctor fuisset tam præclari imperatoris interimendi per scelus, à quo nullum vltierus periculum reipublicæ immineret, quæ iam victrix esset penè omnium gentium, & ille grandis natu, & animi virtute corporisque viribus destitutus, neque opem, neque auxilium aut consilium à quoquam sperare posset. Sed longè melius Carthaginensibus extitisset, de Hannibale Hanno viro grauissimo credere, qui de eo in senatu ad hanc sententiam dixit: Ego Hannibalem iuuenem domi tenendum sub legibus, sub magistratibus censeo docendum viuere æquo iure cum cæteris ciuibus, nequando paruus hic ignis magnum exuscitet incendium, quòd quidem verè vaticinatus est, vt ex euentu omnes facilè intelligere possunt.

Sed magna profecto laus est seruatae fidei. Nulla victoria tanta gloria affecisset M. Attilium, Regulum, quanta eum extulit seruata fides, seruatumque iusurandum, & si raptus est ad modici temporis supplicium, perpetui nominis fama illum ab omni obliuione vindicauit.

Fides Romani populi perfidis etiam hostibus exploratissima habebatur. Duellius Cornelius Asina in primo Punico bello exercitum in Sicilia habebant: verum ab Hamilcare & Hannone, qui exercitui Carthaginensium præerant, præstita fide ad colloquium vocatus per dolum interceptus est, in vincula coniectus. Sed quum aduerso Marte Carthaginenses terra marique bello succumberent, placuit vt de petenda pace ageretur, résque

Hamilcari & Hannoni à Punico senatu deman-
data est. Hamilcar memor violatæ fidei Cornelio
Asinæ, ad consules ite formidabat. Hāno autem
Hamilcar. Romanorum fide fretus, audacter ad Consules
Hanno. perrexit. Et quum in eum tribunus quidam mili-
tium obstreperet, perfidiæque eum in Cornelium
Hisinam accusaret, vterque consul silentium ei in-
dixit, Hannoni que ait, Isto quidem te periculo fi-
des Romani populi liberat

Ptolomæus Ægypti rex agnita Romanorum fi-
de, quum moreretur, Romanum populum in-
fanti filio, cui regnum debebatur, tutorem testa-
mento reliquit. Senatus verò, nequa ex parte ille
spe sua frustraretur, Æmilium Lepidum pontifi-
cem maximum, virum grauem atque integrum
ad tutelam eiusdem gerendam Alexandriam mi-
sit, qui summa virtute, summaque diligētia pue-
ro indulgit, & moribus virtutibusque regis instru-
xit, regnumque non modo conseruauit, verum
etiam auxit, decorauitque.

Lycurgus quoque legumlator fidem inuio-
tam seruauit. Nam quum fratri Polydectæ regi
Spartanorū superstes esset, regnumque sibi (cui-
bus etiam poscentibus) vendicare posset, Charilao
filio eius, qui posthumus natus fuerat, vt primum
adoleuit, summa fide restituit, vt omnes intellige-
rent eum longè pluris fidem quam amplissima re-
gna plurimæque opulentias facere.

Proditores sanè omnibus odio sunt, & nō mo-
dò his quibus profunt, abominabiles ac detestabi-
les esse videntur.

Legimus in antiquis fabulis, Scyllam Nisi filiam

Minoi (cuius amore flagrabat) Nisatam patris re-
giam prodidisse, & ab eo in profundū maris præ-
cipitem esse datam in præmium proditiōnis, cum
ex pacto connubium expectaret.

Tatius quoque Sabinorum dux, Tarpejæ virgi-
ni (que sibi Capitolium prodiderat) aureas armil-
las, quas læuo brachio Sabini gestabant, proditio-
nis munus pepigit, eique poscenti dari iussit, acce-
ptus deinde, armis obrutā necauit, vt pacta mer-
cedē non defraudaretur, sed morte proditiōnis
pœnam lueret. Propertius autem poeta non ar-
millas, sed matrimonium Tarpejæ Tatium spo-
pondisse affirmat his versibus:

At Tatius (neq; enim sceleri dedit hostis honorē)

Nube, ait, & regni scande cubile mei.

Dixit, & ingestis comitum super obruit armis,

Hæc virgo officii dos erat apta tuis.

Eiusmodi exēpla secuti sunt Romani: quod quidē
vel ex hoc patet. P. Sulpitius, qui cum C. Mario &
L. Silla Romani populi hostis iudicatus est, quum
in quadam villa lateret, indicio serui proditus oc-
cisus est. Seruus (vt promissum indicij præmium
haberet) à prætore manumissus est, & propter
scelus proditi domini è saxo præcipitatus. Cæsarē
dixisse Plutarchus ait in thracem Rhumitaleum,
qui ei opportuna quædam oppida per proditio-
nem tradiderat, placere sibi proditiōnem, prodit-
torem verò se odio habere. Aqua sententia nō ab-
fuit Antigonus rex, qui dicere etiam solebat se pro-
ditores amare dum proderēt: vbi verò prodissent
eos omni odio prosequi, nec immerito. Quomodo

enim sperandum est eum in alienos fidum fore, qui in suos perfidus extitit?

Facete Philippus Alexandri pater, quanquam decepto hoste semper gaudebat, conquerentique Latheni Olynthio quod milites eum proditorem vocarent, quando is patriam Philippo prodidisset. Noli admirari (inquit) hebetes enim ingenio sunt Macedones, & agrestes admodum, ut pote qui scapham etiam scapham vocent. Quo verbo rex prudentissimus docuit proditores omnibus ludibrio contemptisque esse debere.

Vera fides in rebus aduersis maximè spectatur, in prosperis siquidem fidem seruare, genus quoddam aucupij est. Illis enim homines nimirum fidi sunt, à quibus beneficia maiora sperant. Prudenter ait Ouidius.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Imitatus Ciceronem, qui in Lælio ait, Ita amicitia & fides hominum aduersis probatur ut aurum igne. Sed ne ultra metas procurramus (ut dicitur) concludendum erit. Fidem nunquam violandam esse, neque vlla ex parte labefactandam. Eiusmodi enim turpitudinis nota, nulla vnquam obliuione deletur. Peierati quoque iuris crimen nulla religione vnquam expiari potest. Alia autè ex parte proditores omnes (ut diximus) exhorreat quicumque regnat, & quoscunque deprehenderit, omni fœditatis exemplo vlciscatur, memineritque illius Romanæ veteris sententiæ, de qua paulo ante diximus, Oportere ducem propria virtute, non autem aliena iniquitate victorem

fortémque esse.

Et hæc de perturbationibus animorum euellendis, vel leniendis, & de virtutum generibus, earumque speciebus dicta sufficiant. In sequenti volumine, quoniam satis de his quæ ad regem instituendum pertinent diximus, de officio eorum qui reguntur, dicendum erit. Sicut enim respublica ex ciuibus qui cum imperio omnibus præsent, & ex aliis qui æquo animo obsequuntur, constare debet: sic regnum ex optimo rege, qui iuste imperet, & ex reliquis qui illius dictis omni studio omnique diligentia vltro obsequantur. Sed vt omnia virtutum præcepta quæ regibus præscribuntur, communia cum ciuibus esse videntur: sic quæ maxime hæc quæ de fide dicuntur, quæ quidem non modò his qui regunt, singuli ciues præstare debent, ne infidi, impij, ac maiestatis rei fiant: verum etiam aliis quibuscunque hominibus stare enim promissis oportet, & conceptis verbis pactam fidem nunquam fallere. Nullam crimen inter mortales grauius perfidia habetur, quod semel admissum, nunquam aboleri potest, aut religione vlla expiari, perpetuam ignominie notam vniuersis Græcis inussit. Cicero pro Lucio Flacco ait: Ego Græcis tribuo literas, concedo multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingenium, acumen, dicendi copiam: veruntamen hoc dico, testimoniorum religionem & fidem nunquam ista patio coluit. vnde illud est, Da mihi testimonium mutuum? num Gallorum, num Hispanorum putatur? totum istud Græcorum est. Quibus ex verbis col-

ligere possumus multa animi ornamenta à sola perfidia obscurari.

Libri VIII. finis.

INCIPIT LIBER NONVS.

DE OFFICIO EORVM QVI
REGIS IMPERIO PARERE
debent. *Titulus I.*



Heopomptus Lacedæmoniorum rex dicenti cuidam idcirco Spartam optimè seruari quòd reges bene imperare didicissent, scite profecto respòdit, quin potius quia ciues regis dicto vltro audiètes essent. Sed si rectè considerare volumus, vtrumque est necessarium in regno bene constituto. Qui enim parère quispiam ei potest, qui imperare nescit? Subiectorum enim obedientia à principis prudentia atque doctrina proficiatur oportet. Itineris duces, qui rectè antecedunt, ex suis vestigiis hoc præstant, vt qui eadem terunt, nunquam aberrant. Qui verò errabundi ducunt, & seiplos perditum eunt, & alios in præcipitium rapiunt. Atque vt equestris munus militiæ habetur, mansuetum equum reddere, nec respuentem frena, nec duriore ceruice oblectantem, sic regium officium est, populum vltro obsequentem reddere, & gratia, beneuolentia, æqualitate, benignitatèque sic homines sibi deuincire, vt sponte sua parere studeant, nec imperata detrectent, aut iniquo animo obsequantur.

Contrà autem videndum erit, ne ciues princi-

pis facilitate abutantur. Fit enim sæpenumero vt peruersa ciuium petulantia, humanitatem benignitatèque principum in sæuitiam parsimoniamque conuertat. Sic qui mites ingenio principio erant, quum se contemptui haberi cernunt, acerbiores fiunt, duriusque imperare coguntur.

Mitissimus fuit Alexander, donec Darij opes euertit, quum verò à victoria magni cognomen accepit, tunc præ imperij magnitudine singulos quosque suorum procerum ex nimia eius benignitate in spem regni erexit, qua ex re nonnulli in eum licentius oblatrabant: & alij diuturnam ac longam militiam conquerebantur, alij orbitatem suorum parentum, & se omni posteritatis spe destitui insimulabant: alij se promissis defraudari dicebant, & sic variis susurriis regem accusabant. Hinc conspirationes, coniurationes, nocturnique còuentus fiunt, quibus delatores intenti, principis aures in vltionem sollicitant, & sic qui paulo ante comis, mitis, placidusque fuerat, sæuus, crudelis, ac sanguinarius fit, non tam sua quàm eorum culpa, qui illius consuetudine ac facilitate abutuntur. Princeps enim dum sibi cauet, clementiæ ac misericordiæ obliuiscitur.

Expedi igitur, vt ciues optimo sint animo, & freti propria virtute potius quàm principis moribus, quæcunque optant se assequi posse confidant. Idcirco si hucusque satis diximus quonam pacto oporteat regem se gerere in populos ac ciues quibus imperat: non alienum etiam videbitur priuatos quoque paucis instituire, qua

ratiōe regi obtemperare debeant: quibus ex rebus & rex gloriam atque immortalem famam consequetur, & priuati omnes ad quietem ac beatitudinem dirigentur.

QVA RATIONE PRI-

*nati omnes regi parere
debent. Tit. II.*



Præmissis considerare debent qui reguntur, nullum imperium regno esse præstantius, nullumque deo similis, Proinde eleganter à poëta summus deus rex hominumque deorumque appellatur. Vt enim Deus in vniuerso omnia mouet, sic etiam rex in regno sibi permissio per similitudinem quandam efficere dicitur. Sed ut ad minora descendamus, nullum imperium magis humanæ naturæ congruit. In animi enim nostri partibus, ratio dominatur, in membris autem corporis cor, in quo principalis animi sedes esse cernitur, quod ex metu & gaudio demonstrari Epicurus opinatur. Proinde concludere debemus (vt supra manifeste docuimus) naturale impetium vnius regis esse, qui ad communem omnium vtilitatem gubernat, cuius imperium paternum est, non autem dominicum. Contenti idcirco ciues esse debent, & regem venerari ac colere, eiusque documentis obsequi, consiliiisque eius auscultare.

Cogitent præterea regem quasi theatrum esse, in quo omnium virtutes præbentur, vitia autem explodantur. Magni quidem momenti est, res præclaras

præclaras coram eo agere, penes quem præmij peneque arbitriū sit. Quod vel maxime in re militari cernitur. Ante oculos enim sui quisque regis aut ducis ardentius dimicat, & opera virtutis fortius ac diligentius exhibet, morique mauult, quam aliqua ex parte de gradu cedere.

Idem quoque exercitus qui sine rege cædi fugaque expositus esse videbatur, adueniente illo quamprimum victor euadit. Philippus Priscus Macedonum rex, qui ex magnis atavis Alexandri fuit, immatura morte dicens Europum vix anniculum filium vnicum quem habebat, regni successorem reliquit. Illyrici verò populi eo tempore ferocissimi, in re bellica strenui, cõtemptra infantis regis ætate, Macedonas bello aggrediuntur, quos primo prælio superatos, compluribus cæsis in fugam conuertunt. Atqui quum anxio animo, quid agerent Macedones essent, moniti sunt à peritis rerum diuinarum, eos idcirco succumbere, quoniam regis auspiciis carerent. Tunc verò instaurato bello regem suum pusillum (vterat) ante aciem statuerunt, & conferto rursus prælio, quasi regio ductu, magna virtute ac fœlicitate pugnam ineunt, & Illyricos plurima strage edita in turpem fugam conuertunt: & qui modo victi de propriis mœnibus tuendis cogitabant, victores magna cum gloria euaserunt planèque docuerunt regem non uirtutem eis in superiori prælio defuisse.

Athenienses quoque quum infœliciter pugnarent contra Dorienses, oraculo moniti sunt id eis accidere quoniam regis auspiciis destituti essent. Proinde Codrum Tracum regem imperatorem

elegerunt, cuius auspiciis ac ductu bellum instaurauerunt. Et quanuis non ciuis Atheniensis, sed peregrinus & aduena esset, hic Rex tamen tanti Atheniensium victoriam fecit, postquam cognouit numinis responso exercitum illum fore victorem, cuius imperator ab hoste caderetur, ut mutato confestim habitu pannosus mendici in morem, & sarmenta collo baiulans, hostium castra penetrauerit, illic à milite (quem astu falce vulnerauerat) interfici non ægrè tulerit. Dorienses verò ut primùm Regis cadauer cognouerunt, omisso prælio discesserunt, sic Athenienses regio auspicio à difficili bello liberantur, in quo pares per rempublicam esse non poterant.

Iucundum quoque ciuibus esse debet, regem iudicem habere potius, quàm multitudinem, ut in rebus publicis fieri solet, in quibus suffragia numerantur, non autem expenduntur examinanturve, sic ad numerum accedit hebetissimi cuiusque ac rustici hominis sententia, ut acutissimi & clarissimi que viri. Nec aliud in republica fieri potest, in qua omnia ad multitudinis dispositionem fiunt: nec quispiam æquo animo fert sibi quẽpiam præferri, sed ad æqualitatem omnia dimittuntur. In qua quidem nihil tam inæquale est, quàm ea ipsa quæ videtur esse æqualitas. Nam quum prudentia inter ciues longe impar sit, ius tamen inter eos compar omnino ut sit expedit. Tessellarum numerus Athenis illustres ciues patria exigebat, & decennali exilio multabat. Non paucorum iudiciũ, qui rectius sentirent. At proinde illis patria carebat, dum prospici aberant, non

autem illi patria, sed parere voluntati multitudinis cogebantur, & tantisper ab oculis ciuium exularent opus erat, donec æmulorum inuidia deferueret, quæ postquã satis refrixerat, reuocabantur in patriã. Regis autem iudicium semper integrum est, non auro argentove corrumpitur eo enim neutiquam indiget.

Non torretur inuidia rex. Pater enim quibus inuideat, non habet, neminem timet, nullius gratiam expetit. Si verò beneuolentia captanda est, gratiã ineunda facilius vnus viri captatur atque initur, quàm multorum, quorum voluntates diuersæ sunt, & studia dissimillima. Facile est à principe per virtutem magistratum assequi, à multitudine verò longè difficillimum. Quanta ambitione opus erat apud Romanos, quum dignitas aliqua per suffragium à populo peteretur. Fatuum sese tantisper fieri dicebat Africanius, dum pro amicis necessariis suis aliquid ambiret. Quot rogandi erant? quod mulcendi? quot etiam prensandi? Verum est vetus illud prouerbiũ, Magno emit qui blande rogat. Nec id difficile fuit posterioribus modò illis temporibus, quibus amicitia perturbabatur, nec modus loquendi nec silentij modestia nec sedendi dignitas seruabatur (aperta enim erant suffragia, & cõcionũ magna licetia) sed præcis etiã illis seculis, quibus castigati magis erant mores & maior grauitas atque integritas seruabatur.

Quid miserabilius candidatis illis, qui multis comitantibus magistratum petaturi in comitium descendebant? Imprimis quasi serui venelii oculis ciuium exponebantur. De forma, ætate,

genere, virtute, antea cta vita imperitus etiam quisque iudicabat. Miserum est multorum tacitum iudicium expectare, & varia hominum ingenia experiri. Deinde cuiusque candidati nomen citabatur. Aderat ille, silentium indicebatur. Dicebat pro se nullo aduocato aut patrono, vitam suam ipse exponebat, testes laudatoresque dabat, vel eos sub quibus meruerat vel eos qui quaestores fuissent. Addebantur etiam aliqui ex suffragatoribus, qui grauer ac modeste de vita, moribus, & rebus ab illis gestis loquebantur. Proinde abique interiore tunica amicti tantum corpore super nudo candidati descendebant, vt honestas cicatrices quasi virtutis indicia facilius populo ostendere possent. Nonnunquam candidatus ipse aut natales competitoris, aut aetatem aut mores arguebat. Hac & his similia non sine pudore ac verecundia candidatorum in magna hominum frequentia fieri poterant, quae maxime in illis qui repulsam ferebant, cernebantur, quorum nonnulli inuenti sunt qui vel hostes manifesti patriae, extiterunt, vt Coriolanus, & Themistocles alii perpetuum exilium sibi indixerunt, alii rursus abdicauerunt, alii etiam violentas manus sibi ipsis attulerunt. Quae quidem omnia quum res apud regem agitur longe faciliora sunt. Non arbitris multis aut testibus opus est, plene enim omnes nouit. & eius arbitria rara sunt. Nemo quoque repulsam ferre videtur, quum vnus voluntati standum sit.

Nec audiendi sunt qui regno reipublicam praefendam putant exemplo ducti Romanorum, qui quum ab initio verbi conditae essent subre-

gibus eos, paulo post exegerunt, & rempublicam constituerunt. Hi ferme non intelligunt nullam apud Romanos regnum fuisse sobolem. & si qua videri poterat, eadem cum Romulo cecidit, qui & ipse centum viros reliquis praefecit, vt omnes intelligerent illum (quoniam progenie orbatuisset) non successore, sed de republica cogitauisse.

Mithridates Ponti dicere solebat, Romanos indeo reges omnes odio habere, quia ipsi tales haberunt Reges, quorum etiam nominibus erubescerent, aut pastores Aboriginum, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut seruos vernasve Thuscorum, aut (quod honestissimum nomen fuit inter haec) superbos. Erat tamen apud Romanos augustum ac sanctum regium nomen, & maiestas omni sacerdotio consecrata, cuius auspicio Roma condita, & diutius aucta exiit, superbi odium (qui regiam dignitatem in saeuissimam tyrannidem verterat) causam dedit vt reges exigerentur, & respublica constitueretur, nec filii eius regnarent, qui eandem saeuitiam exercerent, & paternas iniurias vlciscerentur. Quinetiam in caeremoniis ac sacris omnia regio auspicio initiabantur, antistesque sacrorum Rex appellabatur. Sed postquam reipublicae periculum est (vt enim Comicus ille ait, Omnium rerum satietas est) Romani ipsi ad vnus hominis imperium rempublicam redegerunt. Qua ex re facile intelligere possumus ex Romanorum quoque sententia vnus regis imperium omnes alios ciuiles status longe antecire.

LIB. NONI
ALIA REGIS OFFICIA IN
PACE, ALIA IN BEL-
LO ESSE.
Tit. III.



Onsiderare etiam debent ciues duo tempora esse, vnum pacis, alterum belli. Pacis artes sunt literarum studia, agricultura, mercatura, res nautica, quibus adduntur artificia, & ministeria. His enim rebus ciues omnes intenti esse debent. Nam desides, & qui voluptati ocioque indulgent, à ciuium cœtu arcendi sunt, veluti alienata membra à corpore amputantur à medicis, ne bona inficiant.

Inertes siquidem illi exemplo nocent, & ignauitæ veneno alios perimunt. Optimè Ennius in tragœdia quæ Iphigenia dicebatur, inquit.

Ocio qui nescit vti, plus negocij habet.

Quum quum est negocium in negotio.

Nam cui quod agat, institutum est, nullo negotio

Id agit, studet tibi mentem atque animum delectat tuum.

Ociolo initio in ocio animus nescit quid velit.

Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiam sumus.

Itas huc hinc illuc: cum illuc ventum est ire illinc liber.

Incertè erat animus, præter propter vitam viuitur.

*A. Gel. li.
39. cap. 10.*

Hęc Ennius prisco loquendi more. Sed quum ciues quæ pacis curant, bellicarum artium obliuiscuntur, prælia, arma, cædesque execrantur, efficiuntque quod Atheniensium Lacedæmoniorum que milites post diuturna bella factitarunt. Nam quum annuas inter se inducias pepigissent, canebant inter pocula, Diu iaceas hasta araneorum telis obsita.

Fœlices qui in pace somnum capiunt, quos non tubarum clangor, sed gallorum excitat catus. In pace quidem ferrum omnes abhorrent. Legimus enim in fœdere quod exactis regibus Lartes Porfena Thuscorum rex cum Romano populo pepigit, scriptum fuisse, ne ferro quisquam nisi in agricultura vteretur, dum Bellona & Mars sic resident, & omnes pacis studiis dant operam. Tunc rex veluti bonus gubernator tranquillo æquore futuræ tempestati se præparat, arma leuat, oppida munit, fossas ducit, arces, muros, & reliqua munimenta instaurat, tunc etiam militiam scribit, vt quando vsus fuerit, omnia sint parata. his ex rebus pacem tuetur, iuuenes exercet, & male animatos comprimit, ac nouis rebus studentes coercet. Belli deinde tempore nullo repentino tumultu terretur, semper enim paratus est, milites dicto audientes habet, & alios omnes studio obsequentes. Eo quippe tempore nemo munia spernere aut imperata detractare bebet, sed omnes vltro obediendi sedulitatem præstabunt.

Vnius itaque imperium sicut in pace & ocio omnibus aliis præstat, sic in bello adeo necessarium est, vt etiam respublicæ quæ multorum imperio

in pace reguntur, belli tempore vni se suaque omnia credunt. Quem si non domi satis idoneum habent, aliunde accersire solent. Carthaginenses domi rempublicam agebant, militiæ autem imperatorem vnum semper præficiebant. Athenienses quoque qui popularem statum seruabant, rei tamen bellicæ imperatores præficiebant. Quod quum intelligeret Alexander, facete in eos cauillatus est. Dixit enim se summopere mirari vnde tanta copia imperatorum apud Athenienses esset, vt possent singulis quibusque annis decem inuenire quos imperatores eligerent, quum in omni vita sua ex tot gentibus quibus imperabat, non nisi vnum idoneum ducem Parmenionem inuenisset duceretque nihil in hominum genere rarius perfecto imperatore inueniri posse.

Lacedæmoniorum reges in pace paululum quippiam à priuatis ciuibus differebant, omnia enim publico consilio gerebantur, in bello autem cuncta regio ductu, regisque auspiciis agebantur.

Hocrates Atheniensis quum de propria patria scribere, ait. Athenienses, vt qui reipublicæ studiosissimi essent, sæpe consueuisse duos pluresve ciues vni eidemque bello præficere: quod quidem dum factitarunt, semper infœliciter pugnauerunt. Hoc verò quum perspicerent, vni tantum summæ rei crediderunt, & hoc pacto deinceps semper victores extiterunt, quoties vnius imperatoris ductu certatum est.

Quibus argumentis apparet regem cum in omnibus rebus, tum vel maxime in bellica dignitate

præstare, & præsertim quum in pace respublica ab annis magistratibus comode satis gubernetur, in bello autem quum de salute ac libertate agitur, omnino deficiat, nisi vnius imperio saluetur. Proinde dicere possumus status rerumpublicarum dimidiatos esse, vt ocij quietisque tempora magistratus gubernant, belli verò difficultatumque, Reges, imperatoresve. Vicissim igitur imperabant, vt de Castore & Polluce in fabulis dicitur. Alienis tamen vicibus imperare, tutum non esse veteres tragœdiæ docent, quæ fratres grauissimis sanissimisque bellis inter se certantes inducunt, & patricidii monstrisque horrendis læuientes. Iniquum certe in republica esse videtur, vt alij in pace & ocio publicis bonis sine periculo aut labore fruantur, alij autem in rebus trepidis atque aduersis per sanguinem & vulnera communem rem tueantur, & iniurias vlciscantur, & postquam rem feliciter egerunt, ab ignavis illis ad reddendam impensæ pecuniæ rationem deposcuntur, repetundarumque accusantur, & inuidi potius ac detractores in eos audiantur, quam grati atque optimi ciues, vt maiori Aphricano cõrigit, qui tamen inuidiæ cedere maluit, quam patriæ statum quem restituerat atque instaurauerat, aliqua ex parte labefactare. Sed non omnes tanta animi præstantia affecti sunt, vt priuatam contumeliam atque iniuriam taciti perferant, quò patriæ nullum incommodum faciant. Ingratæ plebis repulsam impiis armis vltus est Martius Coriolanus. Et C. Cæsar vt obtrectatorum in se iniuriam vlcisceretur, patriæ libertati non pepercit. Pisistratus quoque

dum contra æmulos à populo satellitum opem implorabat, patriæ tyrannidem inuadit. Et sic due maxime totius orbis terrarum vrbes à propriis ciuibus opprimuntur, quæ à tot externis bellis liberæ, ac victrices semper extiterant.

Magnum etiam discrimen sæpe est, priuatis ciuibus militare imperium credere, quum id Regi iure optimo permissum salutare semper sit. Raro enim ciues qui fortes ac strenui in bello atque armis sunt, in toga ac pace quieti esse possunt. Testis sit C. Marius cuius virtutes si cum vitiis conferantur, haud facile dictu erit, vtrum bello vtilior an in pace perniciosior extiterit. Eam enim rem publicam quam armatus ab externis hostibus seruauerant, togatus deinde per ciuilem seditionem euertit.

*C. Marius
militia vtilis,
domi perniciosus.*

OBEDIENTIÆ AC BENEVO-

LENTIÆ MVNERA IMPRI-

*mis ciues omnes regi præstare
debent. Tit. IIII.*



Vo in primis præstare debent regi quicumque parent, obedientiam scilicet, & benevolentiam. Obedientiæ virtutem Plato naturæ generosa munus esse putat, & optimæ institutionis officium. Hæc debetur regibus, parentibusque, & omnibus his qui per naturam aut per legem dominantur. Quam qui prætermittunt, in maximum crimen incidunt, nam & rei maiestatis sunt, & rerum ordinem peruertunt: in quos si

quando principes sæuiant, nequiquam admirandum est. Desinunt enim tunc esse principes, quum hi qui parere debent, mandata spernunt, nec dicto audiunt, sed imperata detrectant. Quinetiam si segni quadam clementia mitiores lentioresque in vlciscendo eiusmodi facinora reges principesve fuerint, inuitant alios dum hæc tolerant, ad multo deteriora scelera. Nam confestim in vnum cōspirat, & soluti legibus, atque omni imperio, sibi ipsi præscribunt quemcunque volunt, regemque eorum sententiâ omnia agere cōpellant, vt quondam Mossiæ Asiæ populi fecerunt, qui cæsa omni regia sobole reges suffragio eligebant, & eos in vinculis & arctissima custodia asserebant, vt si quippiam præter eorum voluntatem egissent vel minus diligenter imperando deliquissent, inedia ac fame plecterentur. A quibus deinde magnus Alexander, huiusmodi facinoris vindex, grauissimas pœnas exegit.

Graue fuit Lucullo, in bello quod iam contra Tigranem ac Mithridatam penè cōfecerat, à militibus sperni, & Pompeium successorem suscipi, vel accersiri potius per cōspirationem, quasi ille ad victoriam à se partam accederet, ambitiose admodum à militibus aduocatus. Sed difficillimum esse Plato ait iis hominibus imperare quos prospera fortuna extulit, & ex contrario facile esse is leges imponere, qui aduersis casibus deprimerentur. Acceperat Lucullus Fimbriæ exercitum nimia licetia in luxuriam libidinemque prolapsum, & illum disciplinæ militari subegerat, verum milites postquã eius ductu ex manubiis ac

*Luculli: sine
cessus qualis*

præda ditiores facti erant, præ victoria exultabāt, & ad pristinam illam insolentiam redire cupiebāt. Hæc quum perpeti nequiret optimus imperator, nonnullos grauiter delinquentes mitissime coercabat consiliâque non ad voluptatem, sed ad virtutem ac frugalitatem redigebat. Hinc multitudinis odium contraxit, & per conspirationem complures (obedienciæ celsura relicta,) liberius in dies exultabant, donec Pompeio accersito Luculum per calumniam destituerunt. Sunt qui scribant eundem etiam Pompeium apud Pharfalum ideo infœliciter pugnas, quod milites durioris cervicis refractariosque habuerit. Nam Domitius Ænobarbus Pompeium Agamemnonem regem per ludibrium vocabat, & L. Afranius illum detrectare bellum clamabat, quod diutius imperaret. Quibus rumoribus ille impulsus, occasionem ineundæ pugnae non expectauit, & euentum manifestæ victoriæ amisit. Brutus quoque militibus suis prælium poscentibus, contra voluntatem suam ait, Pompeij magni instar ad pugnam compellimur, militum imperio magis quam nostro arbitrio pugnaturi. Eiusmodi prælia ut malis auspiciis inchoata sunt, ita pessimum etiam exitum habuerunt.

Quædam magnæ Arcadiæ vrbes defertæ à ciuibus destituteque sunt, & ad vastas solitudines perueniunt propter principum scœuitiam, qui ex contumacia & inobedientia ciuium male eis conciliati extiterunt.

Clearchus.

Vere profecto à Clearcho Lacedæmoniarum rege dicebatur, oportere milites in re bellica im-

peratores suos magis quam hostes ipsos metuere.

Solitudinis & vastitatis dominus esse videtur rex ille, cui ciues non obediunt, nec eius dicto auscultant. Hic similis est Ptolemæo illi, qui primus Cyrenis regnauit. Nam quum per oratores mortuo fratre in Ægypti regnum accitus esset, omnia patricidiis scœuitiâque miscuit, & populum omni immanitate ac scelere aded scœdauit, ut conspiratione facta cuncti ciues cum coniugum liberorumque agminibus fugam simul arriperent, solùmque regem cum pauculis suis in tanta vrbe quanta est Alexandria, relinquerent. Rex verò quum se vacuarû ædium ac vastæ solitudinis dominiû esse cerneret edicto peregrinos ac conuenas aduocabat. Interea populus Romanus gentium victor ad inspicienda sociorum regna (ne quid iniuste ageretur) tres oratores misit, viros quidem clarissimos, Scipionem Africæ, Spurium Mumium, & L. Merellum. Quibus rex quum obuiam proficisceretur, ex corporis habitu & vestitu ridiculus admodum fuit. Erat enim statura pusillus, vultu deformis, ventre obeso, & sagina totius corporis præpingui, saginatôque sui quam homini similior. Hanc corporis scœditatem pellicidæ vestis subtilitas tenuitasque tegebat, per quam pudenda tegendâque membra inspiciebantur, hi oratores obiurgatum grauitè regem monuerunt, ut deinceps rectius ageret aliter Romanorû arma expectaret, & eiectos omnes ciues patriæ restituerunt, suaseruntque ut in officio perstarent, pollicitique sunt regem non nisi quæ iusta atque æqua essent imperaturum, eumque

Ptolemæus.

*Romanorû
legati ad
Ptolemæum*

*Ptolemæi
deformitas.*

victurum non ex suo arbitrio, sed Romanis legibus,

Non dissimili inclementia Harpalus Cyri regis praefectus Phoeam Asiae ciuitatem quondam vexauit: qua ex re populus vniuersus eum destituit, & in Italiam classe transmisit, cuius pars in Lucania defedit, Veliámque urbem condidit. Pars autem altera in Viennensi prouincia Massiliam statuit. Sed ad propositam rationem redeo, Regnum amisisse videtur, quicumque rex obedientiam amisit. Quam quidem seruabit morum dignitas, & iustitiae, atque aequitatis obseruantia.

DE BENEVOLENTIA

ciuium erga Regem.

Tit. v.



Altera pars quae regi à ciuibus debetur, beneuolentia est, quam per solam virtutem reges sibi consiliant. & per honestas actiones hi qui parent, eorum qui imperant gratiam assequuntur. Est siquidem naturalis quaedam obligatio omnium mortalium, vt eos diligant, à quibus gubernantur, quod non modo in hominibus cernitur, qui rationis compotes sunt, verum in mutis animalibus, quae nullum cum ratione commercium habent. Xenophon tamen Socraticus ingrattissimum omnium animalium in rectorem suum hominem esse sentit, quoddò nullum aliud animal inuidiosum est ei à quo alitur nec fructus abnegat, praeter hominem. Laudanda est igitur lex illa Athe-

Homo animalium ingrattissimū. seruus sit qui liber esse nescit.

nienfium, quae in seruitutem reuocabat ingratos libertos, dicente domino, Esto seruus, quoniam liber esse nesciisti. Oues, opilionis sui vocem sequuntur, Sues autem, subulci. Cōpertos esse sues (ait Plinius) quum abigeretur, audita suarum voce, merso nauigio quo vehebatur, inclinatione vnus lateris ad propria stabula remeasse. Cicurem ceruam candidam Q. Sertorium comitatam legimus quam ipse etiam fatidicam esse in exercitu fabulabatur. Anseres nutritores suos aded amant, vt quasi sapere & intelligere videantur. Omitto vigilem custodiae diligentiam, quam defensio Capitolij testatur, etiam silentibus canibus. Est enim anser animal pauidum, & auditu acerrimum, Hoc enim natura ipsa praescribit, vt quo timidiora animalia sunt, eo diligentiora ad custodiam habeant. Metuo custos tur, quandò metus optimus custodiendi sit artifex. Ita quoque anser perpetuò comes Lacydi philosopho adhaesisse dicitur, vt nusquam ab eo discederet, neque in publico, neque in balneis, non noctu non interdiu digressus.

Pessime quidem cum his ciuibus agitur, qui civitatis rectorem non diligunt, neque cōtenti sunt praesenti rerum statu, sed mutationē semper quaerunt. Nec admodū bene cum illis agitur, qui re sua familiari nimium delectantur. Negligunt enim reliqua omnia, & tā reipublicae quàm amicis ac necessariis inutiles habentur. Odio tamē maiore digni sunt illi qui aliena curant, sua autem neglectui habent. Hi postquam inopes per ignauiam ac desidiam facti sunt in eos qui publica munera gerunt oblatrant, vel ad ea non vocati accedunt,

*Ca. 51. li. 8.
cerua seruari
Anseris
solertia.*

*Metuo custos
artifex.
Ex plin. ca.
22. lib. 10.*

qui aut à principibus coercēdi sunt, aut vbi principis mandata refugiunt, extrudendi. Rectē enim in eos illud Maronis conuenit:

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Geo. 4.

Persarū regnum.

Regem omnes venerari debent, & anguste sanctēque obseruare. Regnum Persarum diuturnum fuit, & imperium suum multo tempore longe lateque propagauit, nullam aliam ob virtutem hominum (vt ait Isocrates) nisi quod per se præter omnes alias nationes regalem maiestatem singulari ueneratione coluerunt. Nec mirandum est, Magnum Alexandrum postquam illos subegit eisdem honores optasse quos regibus suis etiam ignauissimis præstare consueuerant, ne putaret reges illos suos veteres diuinos fuisse, se autem terrenum hominem, ne se indignum duceret qui eis imperaret, & sic nouis rebus studerent. Nec sapienter Egelotus mihi egisse videtur, quum exclamabat: Hunc regem agnoscimus, qui se Iouis filium salutare iubet, & Philippum patrem dedignatur? Actum est de rebus nostris, si hæc perferre possimus. Nō homines solum, sed numina etiam despicit, qui postulat deus haberi. Nō ignorabit Alexander se mortalem esse hominem, & Philippi regis filium: sed vt barbaros quos vt inuaserat magis dicto obsequentes haberet, eorum superstitionibus adnebat: clarēque dignoscebat nonnullos quos clariore militia extulerat grauitur illius imperium per æmulationem obtrectationem que ferre, vnde in Meleagrum, qui in eum in cœna liberius quàm par fuerat, loquebatur, nihil aliud respondit, nisi quod subridens ait: Inuidus homo

homo sui ipsius tormentum est.

Prudentius suis consuluisse mihi visus est Demades orator, qui nolentibus Atheniensibus diuinos honores Alexandro decernere ait. Videre viri Athenienses ne dum cœlum Alexandro negatis, terram ei vestram tradatis. Hæc adulatio, vt reges ac præstantissimi viri Iouis filij dicerentur, nō in solo Alexandro extitit in compluribus etiam alijs. Nam (vt Aulus Gellius scribit) Poete Iouis filios appellarunt plerosque viros prudentia ac fortitudine excellentes, vt Herculē, Bacum, Minos, Sarpedona, ferocissimos autem, & immanes quasi ab omni humanitate alienos, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, vt Cyclopa, Cercyona & Lastrigonas. Multum tamen inuidiæ contraxit Alexander ex hac barbarica adoratione, quæ (vt aliqui putant) ei causam necis præbuit. Multorum enim animos ab eo auianauit, adeo vt macedones ipsi audita eius morte, non vt ciuem, & tantę maiestatis regē illum fleuerint, verum quasi amisso grauissimo hoste exultarint. Sed paulo post diuersis iactati casibus, dederunt gloriam Macedonum à Philippo inchoatam, cum Alexandro cecidisse.

*Alexandrū
extinctum
macedones
nō fleuerūt.*

Ferendi igitur sunt principum mores, nec pro modico malo plurima bona perdenda sunt. Omnis Græcia reges sumopere venerata est. Legimus enim Lacedæmoniorū regibus ne in pugna quidē obuios hostes manus temere afferre ausos, sed retrocedere potius consueisse.

Verebantur etiam aliqua ex parte duces imperatoresque Messeni. Hi contra Achæos graue bel-

lum gerebant. Achæis imperabat Philopœmenes dux scientia rei militaris, & omni virtute clarissimus. sed dum suos fugientes in prælium reuocat, prolapsus equo in subiectam foueam præcipitatur, & à concurrente hostium multitudine capitur: omnes tamen tanti ducis commoti, manus abstulerunt, ne quisquam ausus est eum interficere, sed in carcerem ductus paulò post veneno extinctus dicitur, ne quis etiam hostium imperatoris sanguine pollueretur.

Sanctitatem etiam regibus inesse præsci sacerdotum libri testabantur: & sanè sacris quoque ceremoniis initiati erant: eorumque auspicio sacrificia sacræque operationes fiebant, Vnde Romani quoddam regibus carerent, præfectum sacrorum regem vocabant, ne regium auspiciam in eorum sacris deesset. Venerabimur itaque reges vt à deo electos: & vt sacris ceremoniis mysteriisque initiatos, sacros sanctosque esse putabimus.

CVR NONNULLI MAGIS

à regibus diligantur quàm

alijs. Tit. VI.



Veruntur nonnulli ciues quoddam quum summa obseruantia principes suos venerentur, ab illis tamen minus diligantur. Quibus fortasse satis esset respondere ex Aristotelis sententia dicentis, In re amatoria amator nonnunquam queritur, quoddam ipse præter modum amans non ametur, non intelligens

fortitan se nihil in se habere quod amore dignum sit. Sed possumus etiam mitius respondere, dicentes regem se habere ad ciues suos veluti sol se habet ad subiecta ædificia, quæ quidem eodem lumine pariter illustrat, sed ea illustriora videri quæ plures, ac patentes habent fenestras. Sic rex subiectos omnes pari studio complectitur, illi autem clariore esse videntur quorum ingenia per virtutem ad res gerendas magis idonea esse cernuntur. Nec tamen inficiandum est quosdam ex syderum benignitate aptiores ad gratiam ineundam esse, quod Diogenes Stoicus affirmat. Additque astrorum ratione prædici posse, quali quisque natura, & ad quammaxime rem aptior futurus sit: idque omnes veteres astronomi testantur, & Nigidius Figulius clarè edocuit. Præterea nostræ sydera natiuitatis inter se conuenientia, cõgruentes etiam inter se animos producunt, quod non modò Hipparchus Bithynius, & Eudoxus, & Plato, & alij plures ex eadem disciplina testantur, verum etiam Hesiodus, Aratus, & plerique etiam alij veteres poëtæ affirmant: quos imitatus Persius, quum ad Cornutum scriberet, ait:

Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo Consentire dies, & ab vno sydere duci:

Nescio quod certe est, quod me tibi réperat astrum. Sin verò hæc astronomorum ac poëtarum opinio minus placet, nonne assidue cernimus vnumquemque mortalium, ex animi sui sententia aliquos eligere quibuscum sedulo versetur? Certè, vt faceret ait Plautus, etiã opilio qui alienas oues pascit, aliquã sibi peculiarè eligit, cui præter cæteras magis

indulgeat. Non erit igitur virum, regem ex omni hominum numero aliquot feligere, cum quibus familiariter versetur, quibus arcana sua consilia secretiora tutò credat. Nec id iniquo animo reliqui ciues ferre debent, cum id sibi etiam indulgeri velint, ut sine invidia cum suis amicis versentur.

NON ESSE INVIDENDVM

*illis quibus reges ac principes
arcana sua committunt.*

Titul. VII.

VT QVI fortunæ eorum minime invidèdum puto, quibus principes arcana quædam atque altiora consilia sua committunt: tum quòd nihil difficilius est (ut inquit Chylo Lacedæmonius qui vnus è septem Græciæ sapientibus habitus est) quàm secreta credita tacito silentio reticere: tum etiam quòd eadem plurimis commissa, aliena culpa aliquando produntur, & eum quoque suspectum reddunt qui tacuit.

Prudenter itaque egit Philippides comicus pœta. Nam cum propter morum grauitatem, vitæque integritatem Lyfimacho regi gratissimus esset, roganti eum quandoque, ut aliquid à se peteret ex his quæ præstare posset, respondit, Nihil aliud

*Regis arcana secure victurosi-
guenda.* Rex abs te peto, nisi ut nihil secretorum tuorum mihi credas. Nouerat enim vir prudens, quanto periculo occulta principum seruantur & quàm multis exitio sæpe fuerint. Proinde cauendum

omnino esse ducebat, ne sibi princeps arcana sua crederet: & id pro magno munere habebat.

Pompeius iunior magni Pompeij filius Theodorum libertum suum miserabiliter peremit, veritus duntaxat ne commissa ei secreta alicui proderet.

Ille timendus erit semper, semperque verendus, quem scis scire tuas omnes maculâsq; no tâsque: ut ait Lucilius satyrorum nostrorû antiquissimus.

Perfæ (ut Q. Curtius refert) arcana regum mira celabant fide, Non metus non spes elicere vocem potest, qua prodantur occulta. Verus enim disciplina, regum silètiū vitæ periculo sanxerat. Lingua apud eos grauius castigabatur, quàm vllū aliud probum. Nec vllam rem ægrius sustineri ab eo credunt, cui tacere graue sit, cum linguam membrorum omnium facillimam ad lapsum natura esse voluerit.

Hæc secretorum taciturnitate non caruerunt veteres hispani, quos sæpe tormentis immortuos pro silentio rerum creditarum testatur Trogus Põpeius aded illis fortior taciturnitatis cura, quàm vitæ.

Hoc loco monendi sunt hi quorum fidei principes secreta committunt, ut nihil magis formidēt quam illa prodere, quod quidem crimen parum admodum à perfidia distat. Quicumque non reticendi secreti suspecti sunt, nullam à principibus gratiam assequi possunt. Fidem enim ac taciturnitatem à seruis imprimis domini expetunt, ut Tertianus Simo à seruo suo exigit, Licet itaque aliis virtutibus affluant qui apud reges sunt, si sola ta-

citurnitate carent, inutiles sunt, & hoc vitio virtutes reliquas obscuriores reddunt, hoc poëta ostendunt in ea fabula quam de Tantalo scribunt, quem sitientem in medio aquarum faciunt, & impendentia ori suo poma neutiquam attingentem. Apud inferos enim ob hoc damnatus hac poena perpetuo dicitur, quod credita sibi deorum secreta vulgauerit. Iure igitur à poëta illo dicitur. Damnauit miserum garrula lingua senem.

NEQVE ETIAM INVI-

*dendum est illis quos reges in
consilium adhibent.*

Tit. VIII.

NEQVE etiam inuidendum illis est, quos dominis in rebus reges consulunt. Fit enim plerumque, ut principes secunda quæque felicitati suæ tribuant, aduersa autem consiliis eorum quos rebus gerendis adhibent. Tutius itaque dicendum est dicto aliorum parere, quam concilium afferre. Eos enim qui parent, idem exitus manet, idemque periculum, quod reliquos omnes. Qui verò suadent, proprium sibiipsis parant discrimen, & exitum à fortuna expectant. Vere seruus ille apud Plautum ait, Plus oportere scire seruum, quam loqui.

Sunt etiam inuidi qui in domibus principum semper aluntur, & subitam aliorum felicitatem toruis oculis intuentur, omnemque quibuscum illi paulò familiaris versantur, odio habent: & diffi-

dentibus virtutibus suis, magno ingenio uiris semper obrestant: omnemque quibus pares virtute esse nequeunt, inuidia ac malevolentia prosequuntur. Hi consiliorum euentus expectant qui si felices extiterint, fortunam principis laudant. Sin secus, auctores sententiæ criminantur, eosque callidos versutosque esse dicunt, & non rebus principis, sed sibiipsis consulere.

Multa & quidem præclara gessit Alcibiades, atque utinam temperantior moderatiorque extitisset. Athenienses enim omnes virtute ac rerum gestarum gloria excelluisset. Sed sepe ex virtute plus inuidiæ quam laudis contraxit, & nunc æmulis suadentibus, Athenienses ei humanam opem interdixerunt, & contumeliis, probis, execrationibusque eum affecerunt, nunc in cælum laudibus extulerunt, & honoribus muneribusque præmiis, precibusque explerunt. Et qualis in eum fortuna erat, talis etiam ciuium aura ipsum prosequebatur. Sed qui ei æmulabantur, tantam ciuibus de illius calliditate opinionem persuaferant, ut omnia ab eo minus prospere gesta, non fortunæ, sed illius culpe imputarent, quasi ei fortuna obsequeretur, aut quid opus facto esset prescriberet. Itaque ipse qui prudens admodum erat, quum in patriam tandem reuocatus esset, concionareturque ad populum, leuiter quidem de exilio suo conquestus est, deinde calamitates omnes quas rulerat, in aduersam fortunam iniquamque furum suum contulit, in obrestatores autem suos nihil locutus est, ne vulnera quæ nondum cicatrices obduxerant, recrudescerent

Tutores igitur partes in principis aula habent, qui imperata faceſſunt, quàm illi ipſi qui imperarunt. hi enim utcumque res ſeſe habebant, ex præcepto ſe egiffe excuſant, iſti autem vix calumniam euadere poſſunt. Rem itaque ſuam modeſtè agere, in omni rerum ſtatu tutiſſimum iucundiſſimumque eſſe ſtatuo, dummodo citra iniuriam viuere liceat. Longe enim facilius eſt, ocij quàm negocij rationem reddere.

Fugiendas principum aulas Diogenes Cynicus docuit ad Ariſtippum ſcribens. Sat uſeſſet (inquit) oleribus veſci, quàm Dionyſio inferuire. Et ruruſ Cratero roganti ut ad ſe accederet, honorificè moderaturus ſecum imperij ſui habenas, reſpondit, Salem Athenis lingere malo, quàm tecum opiſaris dapibus ſemper veſci.

Mordacior fuit Diogenes, ſed multa interim ſcietè ac comiter dicebat, & hoc præcipuè, cum aiebat illos rectè ſapere, qui ſe crebrò dicerent velle ad regem accedere, & tamen nunquam accederent. Qua quidem ſententia docet regios familiares multis periculis obnoxios eſſe, neque omnes felices exiſtere, qui regia purpura, regioque auro rutilant.

Longe etenim melius ſibi rebusque ſuis conſuliſſet Calliſthenes ſi ad Alexandrum nunquam acceſſiſſet, & libertate ſiue licentia loquendi, inter æquales ac condiscipulos ſuos, inter reges ac purpuratos uſus fuiſſet. Non enim miſerandas pœnas in cauea ut ferrum aliquod animal dediſſet.

Prudentius egit Lacydes Cyrenæus, qui nunciis ac literis acceritus ab Attalo rege ut ad ſe accederet, quum multa magnifica ei polliceretur, &

amicitiam ſocietatemque in rebus gerendis reſpondit ſe gratias peringentes regi habere: Se tamen ad eum neutiquam acceſſurum, quandoquidem philoſophi, ut picturæ & imagines, eminus, non comminus videndi eſſent.

Hæc non eo conſilio dico, ut doctos atque eruditos viros à principum conſuetudine atque amicitia abſterrerem velim, ſed ut oſtendam, inuidios, aſſentatores, adulatoréſque in regum principumque aula eſſe cauendos: & ut ciues quoque omnes moneam, ne eis inuideant qui apud reges agunt quod illis gratiores ſint, ſed illos potius honore aſſiciant, ac beneuolentia proſequantur: nec ſubitam illorum felicitatem toruis oculis inſpiciant, ut plerique conſueuerunt, ſed virtute atque obſequio nitantur. Ut patem principis indulgètiã ac gratiam aſſequi mereantur.

Nec priuandi ſunt opinione qui imperant ne eos inter multos eligant, quos velint aliis præficere, & quibus beneficia atque immunitates conferant, quum unicuique patriſfamilias liceat quemcumque velit in familiam ſuam accipere, & donis muneribusque aſſicere: & præſertim quum regum conſilia potiora ſint, nec diuino nutu careant: & quæ ex illis admirationem aliquam præ ſe ferre videntur, occulta certè aliqua ratione promutur.

Alexander quum regnum Sidoniæ inuaſiſſet, ſtatum rerum perturbatum offedit. Erat enim inter nobiliores potentioréſque magna ſuper regni ſucceſſione altercatio. Obierat ſiquidem rex, nullo regis prolis ſuperſtite, neque ipſe decedens quempiam inſtituerat. Proinde omnes Alexan-

*Sidonij ab
Alexandra
regem expe-
tunt.*

drum orabant, vt optimum aliquem sibi præficeret regem, qui iustitia & æquitate omnes regeret, & intestinæ seditioni finem præscriberet. Annuit se id facturum Alexander si prius diligenter indagasset quis diademate inter eos dignissimus esset. Occurrunt ei quidam nobilitate se præferentes, alij dignitate, alij peritia rei militaris, alij consilio ac virtute, alij opibus & potentia. Quibus omnibus diligenter inspectis, Abactonium quendam Sidoniæ regem designat. Erat autem Abactonius vir grauis, & integer, studiis bonarum artium eruditus, omni virtute præcellens, ætate maturus & formæ dignitate conspicuus, sed aded inops, vt operâ suam sedulo oblocare consuesset ad aquam ex puteis horiendam, hortosque irrigandos, vt vitam miserè exigeret. Hic vt primùm rex constitutus est, tanta virtute, tantâque animi excellentia emicuit, vt omnes liquidò intellexerint sub palliolo sordido sapientiam inesse posse, & regum consilia à summo deo manare. Nam magna cum iustitia atque æquitate diutius regnauit: & sedatis discordiis, ciuium beneuolentiam aded contraxit, vt viuus admirationi extiterit, & post obitum filios ac nepotes longa seriè reliquerit regni sui successores. Ferunt deinde interrogatum Alexandrum à familiari quodam suo, cur olitorè hunc inopem, & sine vlla maiorum commendatione spreto tot opulentissimis ac nobilissimis viris regem constituisset, respondisse, Ne generis aut potètiæ, id nondantis munus esse arbitraretur.

*Sub palliolo
sordido sa-
pientia.*

REGES, AC MAGNOS VIROS

Syderibus adiunari.

Tit. IX.



Ipparchus, quem propter magnam rerum caelestium peritiam veteres diuinorum consiliorum compotem esse putauerunt, syderum cognationem quandam cum regibus & magnis optimisque viris esse putabat, & animum eorum in nouas stellas post emerita humanæ vitæ stipendia conuertit arbitratur. Huius tamen sententiæ primi adstipulatores, vetustissimi poetæ extiterunt, qui maximorum virorum nomina post eorum obitum quibusdam syderibus dabant, vt qui putarent illos in astra, aut stellas translatos esse, & cum numinibus æuo sempiterno frui: & sic cælum omne regibus illis refererunt, quos iuste imperasse arbitrati sunt, & optime de hominibus meruisse: quorum primos Creteses fuisse aiunt, Cælum, Saturnum, Iouem, & alios quibus cæli mundi que imperium fabulose tradunt. Hoc Diodorus Argyræus testatur quum ait, Iouem post obitum in deum trãflatum dicunt, quia quum regnaret, omne studium in puniendis fontibus, bonisque remunerandis impendit, populorum quoque vtilitati semper consuluit. Proinde eum Iouem appellauerunt, quod bene viuendi hominibus causam præbuisset.

ex pli. li. 2.

Hanc opinionem secutus est populus Romanus Augusto celebrâte Veneri genitrici ludos. Nã quum stella crinita apparuisset, spectatores omnes clamauerunt. Animam C. Cæsaris à numinibus in

ca. 25. ad f. Cæsaris anima in stellâ versa.

Solis pallor cœlum suscipi. Scribunt enim perempto Cæsare annuus ex circa solem circulum rubri coloris cum totius *pli.c.30.1.2* penè anni pallore continuo apparuisse.

Magnas rerum ac principum res sæpe numinibus ac cœlo teste prælagiri certum est. Trallibus in templo victoriæ subito enatam palmam sub Cæsaris statua ante Pharsalicam pugnam, multi scriptores testantur, quæ quidem futuræ victoriæ manifestum indicium dedit.

Sic etiam Octauio primùm post Cæsaris mortem Romam intrante, vt hæreditatem adiret, stella cum sole tota die visa indicauit illū foelicissimum imperatorem fore.

Nonnunquam etiam maxima bella syderibus portenduntur, vel horrendo aliquo cœli signo, vt quum Philippus Macedo Græciã inuasit cœlum sanguinea specie horrendum apparuit, quo nihil mortalibus terribilius vnquam visum fuit.

Terrificum quoque sydus emicuit antequam Pompeius & Cæsar in pharsalicam aciem cõcurrent. Aliis etiam modis reges atque imperatores à numinibus sæpe moventur. Cyro antiquiori inter quietem visus est sol ante pedes esse: verùm ipse ter frustra conatus est manibus appetere: deinde quum se cõuertere, sol elapsus abiit. Hoc somnium quum ad Magos relatum esset responderunt triginta annos Cyrum regnaturū, sicque per triplicem appetitionem portendi, quod ita contigit. Nam ad septuaginta annos peruenit, quum quadraginta natus regnare cepisset.

Deiotarus rex propositum quoddam ac constitutum iter ingressus, rediit vbi mansurus erat,

proxima nocte corruit.

Etrusci aruspices consulti an prælium in Persas ineundum esset responderunt ex Tarquinianis libris in titulo de rebus diuinis relatum esse, quod face in cœlo visa cõmitti prælium vel simile quicquam non oporteret. Sed cùm eis minus fides adhibetur, infœliciter pugnatum est, & imperator Iulianus lethali vulnere transfixus periit, Ammianus Marcellinus scribit.

Cicero Cœlium scripsisse ait Hannibalem cùm columnam auream quæ esset in fano Iunonis Latinæ auferre vellet, dubitarétque vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisset, cùmque solidam inuenisset, statuissetque tollere, ei secundum quietem visam Iunonem prædicere, ne id faceret, minarique si id fecisset, se curaturam, vt eum quoque oculum quo bene videret, amitteret, idque ab homine acuto nõ esse neglectum. Itaque ex eo auto quod exterebratum esset buculam curasse faciendam, & eam in summo collumnæ collocasse.

Imperium Octauij nonne ex insomnio prædictum est? Comitabatur Cicero Cæsarem in capitolium proficiscentem, & pristinæ noctis somnium comitibus forte narrabat, puerum facie liberali demissum cælo aurea catena, ad fores Capitolij constituisse, eique Iouem flagellum tradidisse: deinde repentè viso Octauio, quem ignotum adhuc plerisque auunculus Cæsar ad sacrificium acciuerat, affirmauit ipsum esse cuius imago ei inter quietem obseruata fuerat. Hæc visio post Cæsaris obitum recitata à Cicerone senatui

populòque Romano, effecit vt Octavius ante tempus consul designaretur. Sed quum cerne- ret deinde Cicero Octauij mentem à republica alienam, imperiòque intentam, & proinde An- tonio adhæsisse, exclamauit in senatu, Rempubli- cam à se delusam, qui illum ex insomnio Iuno- nium puerum dixerat, & ad Octauium scripsit cum magna loquendi libertate elegantem epistolam, cuius initium est, Si per tuas legiones mihi licitum fuisse venire in senatum.

Nunc verò ad propositam rationem redeo, at- que assero Hipparchum non imprudenter putauisse syderum cognitionem quandam cum regibus ac magnis viris esse, & Ro. senatum optime egisse, qui bene de hominum genere imperatores meritos post emerita vitæ stipendia diuos appellasset, vt qui arbitraretur locum relictum eis in cælo esse, vt cum diuis æuo sempiterno fruerentur.

Regna quoq; & imperia sæpe à numinibus præ- dicuntur, & futuri reges, atque imperatores ab ipsis incunabulis, à maximis plerumque periculis saluân- tur. Cyrum legimus vt primum in lucem editus est, alitibus, feris que fuisse expositum, & tamen di- uino nutu seruaturn, & à sceta cane vberibus edu- carum. Sicut conditores vrbs Romæ à Lupa. Et ab idus à Cerua.

Sæpe etiam futuri principum more diuinitus portenduntur Phalaridis tyranni mater quum in ventre eum gestaret, visa est secundum quietè vi- dere Mercurium patera, quam dextera teneret, san- guinem fundere, qui statim feruesceret, adeo, vt tota domus sanguine redundaret, quod quidem som-

nium diram Phalaridis immanitatem ostendit.

Agrippinæ Neronis matri consulenti impera- turus ne esset filius, responderunt Chaldæi, fore vt imperaret, sed matrem occideret, quibus illa occi- dat inquit, dum imperet.

Scriptum est etiam in veteribus Romanorum historiis. Tarquinio prisco regnante, masculini se- xus genitale ex igne emicuisse subito: & quum illis federet Oerisia vna ex ancillis Tanaquilis reginæ forma conspicua, se tactam exclamans, repente grauida apparuit. Ita Seruius Tullius natus est, *Plin. li. 36. ca. 27. in fi.* qui regno deinde successit. Sed quum in cunis cu- baret, confestim ei caput exarsit, quo viso Tana- quil, quæ futurorum præscia habebatur, exclamauit puerum esse alendum, vt qui ex eiusmodi ostentis magnus admodum futurus portenderet- tur. Creditumque illum Laris familiaris filium esse. Proinde compitalia, & ludi Laribus primum instituti sunt.

Prisci etiam reges & imperatores diuinitus non nunquam fiunt. Quo loci quòve letho perituri sunt. à Caldæis Alexander monitus est inminere ei fatum, si ad Babylonem accederet. Et Cæsari Spurina vates prædixit, idus martias ei fatales esse. Et quum iam aduentassent, Cæsar per iocum ad illum ait. Ecquid scis idus martias iam venisse tum ille, Ecquid scis illas nondum præterisse?

Iulianum quoque Cæsarem Hetrusci vates mo- nuerunt, vt Phrygiæ locum caueret, si sibi, suisque cruentem mortem euitare vellet. Fato quisque suo sanctus est, quum minus peritorum naonitis fi- dem habuerit.

Concludendum profectò erit, regio ortus atque obitus, & regia consilia, regiâque electiones deum semper præsidem habere. Parebunt idcirco regi ciues omnes, quasi diuino numini, & eos quos elegerit, honore & amore prosequentur, vt per illos etiam si quando vsus sit, maiorem apud regem gratiam inire valeant.

CIVES DE VIRTUTE CERTARE DEBENT, ET NOBILIORES NE AB OBSCURIORIBUS VIRTUTE VINANTUR.
Titul. x.



Errabunt inter se ciues de virtute: qui clariores erunt genere, omni studio nitentur vt præcellentes euadant, ne ab obscurioribus superentur, Qui enim nullis maiorum meritis commendantur, propria virtute niti debent vt nobiliores illos præuertant. Nam quanto humiliores sunt genere, tanto maiore virtutis splendore illustrentur oportet. Nec pulchrum est ciues inter se diuitiis pecuniâque certare. Quod quidem docuit Aristides, qui cognomento iustus appellatus est. Nam Callias vir prædiues ac fortunatus, per opulentiam non per virtutem priores in republica partes sibi deposcebat, & Aristidem quem præ inopia contemnebat, quasi in certamen prouocabat. Cui ille responsum afferebat, se longe magis inopia gloriari æquum esse ducere, quàm Calliam maximis illis diuitiis, quam inueniantur complures, qui diuitiis in de-

terrimos vsus abutantur. Pauciores autem qui in optimos conferant: ipse autem eiusmodi vir sit, qui paupertatem æquo animo ferat. Quocirca non sibi paupertatem probro obiciendam esse, quæ nisi his quibus inuitis obuenit, indecora esse non potest, aut his qui rem suam turpiter prodegerunt. At qui ex his rebus quæ magnum virum Aristidem mihi fuisse indicant, hæc vel sola esse videtur, quod quum diutius princeps reipublicæ exitisset, & tot præclaras res domi militiæque gessisset, post eius obitum aded inops inuentus fuerit, vt propria impensa efferrî nequiuisset, & duæ eius filiæ, quæ ei superstites extiterant, publica etiam impensa nuptiis traditæ sint.

Hoc idem Epaminundæ Thebano vsu venit, qui quum patriam bellica gloria illustrasset, quæ ante eum non victoriis, sed cladibus insignis erat, adeo pecuniarum contemptor fuit, vt sumptus etiam funeris ei defuerit, nisi publica pecunia suppeditaretur.

Agrippa quoque vir tanti nominis ac dignitatis apud Romanos, quum decessisset, præ inopia publica etiam impensa elatus est.

Et Nummius qui Achaiam vicit, & Corinthum euertit, omnemque Italiam signis ac tabulis impleuit, in tanta inopia decessit, vt facta rerum omnium actione, integram filiæ dotem non reliquerit.

Paupertas per seipsam nihil turpitudinis habet, nisi per vecordiam, ignauiam, inertiam, desidiam, intemperantiam luxuriâque contracta fuerit, tunc enim probro ac turpitudini est obnoxia. Elegan-


ter Plautus ait.

Piaculum est nos misereri hominum rem suam male gerentium. In maximis autem viris, & in his qui solertes atque industrij sunt, quique in republica, vel apud roges, principesve in rebus arduis cum gloria ac laude versantur, paupertas testimonium virtutis, & animi magnitudinis afferre videtur. Quicumque enim magnis functionibus intentus, virtuti laudique indulget, quæ honesta sunt querit, non autem quæ vilia. Proinde nunquam animum in res humiles atque infimas deflectit, nec alicuius rei se vnquam indigere putat, quum non modo sibi, sed multis aliis ope, consilio, auxilióque semper adsit. Non igitur admirandum est, Aristidem, Epaminundam, Agrippam, Mummiu, Fabium maximum, Lyfandrum Lacedæmonium, & plerósq; alios illustres in obitu fuisse inopes, quum in eorum vita respublicas locupletauerint, regna atque imperia auxerint, populos tutati fuerint, & compluribus diuitias erogauerint, & ipsi quoque cum gloria ac dignitate semper vixerint.

CIVES SOLERTES

Et industrii esse debent.

Titulus XI.



HÆC de paupertate non eo consilio dixi, vt velim ciues ab industria atque honestis artibus abducere: sed eos monendos hortandósq; esse duco, vt bonis artibus insudent, quibus se familiámque suam modeste alere possint, & in temporum difficultate principi ac republicæ adesse.

Videndum tamen est, ne iniustum studium querendæ pecuniæ ciues decipiat, ex quo non diuitias, sed odio plerumque assequuntur. Fœnora, vsuræ versuræ, & inhonestæ omnes conditiones pactionesque execranda sunt, & pœnis supplicii-que coercendæ. Neque enim permittendum est, vt paucorum immensa vorago multorum patrimoniam absorbeat. Conspiratio sæpenumero inopum, & rerum exhaustarum necessitas, causas in nouendarum rerum præbuit: vt Romæ priscis illis temporibus, quibus plebs præssa ære alieno, & fœneratorum improbitate exagitata, nomina militiæ dare, & imperata exequi detrectans, in Ianiculum secessit, & inde à Q. Hortensio Prisco dictatore magnis pollicitationibus deducta est. Nec vera mihi videtur Galbæ Cæsaris sententia, quid dicere solebat nullos hominum minus moruendos esse, quàm qui de solo victu cogitarent, Venius Lycurgus, qui pauperem, & sine laribus longe magis in republica timendum esse iudicabat, quàm diuitem & insolentem. Et Silius poëta ait. Est deformis malum, & sceleri procliuis egestas.

Dura quidem consilia eorum sunt, qui pro querendo pane consultant. Cato senior in maxima annonæ caritate blandam præter naturam suam orationem ad populum habuit, cuius initium fuit. Difficile est, quiritis, ad carentem auribus ventrem verba facere.

Formidandam inopum ac famelicorum multitudinem in comiteatuum difficultate, multi imperatorum senserunt, & in primis Octavius qui in maxima frumenti caritate, quum populus Romanus

inedia premeretur, infestante Sexto Pompeio magni Pompeij filio vniuersum mare, & plebis tumultus vndique surgeret, occurrit compluribus rixantibus paucis satellitibus stipatus, & rationem quærelæ à multitudinè exprocebat. Turpiter primo irrisus omnibus contèptui fuit. Deinde quum minabundis verbis plebem còpellare pergeret, iactis in eum telis repulsus est, nonnullis etiam ex commilitonibus caesis. Cui Antonius cum multis militibus subuenit, & ab imminente periculo liberavit, eumque intra domestica penetralia trepidum redegit: neque ante plebi reconciliatus est Octavius, quàm pulso ex Sicilia Sexto Pompeio, tanta frumenti copia exuperauit, vt nullum murmur semper inopia oriretur.

Appius quoque Claudius quum imperaret, & propter sterilitates arctior annona esset, in medio foro à turba detentus est, & còuictis clamoribusque infestatus fragminibusque etiã panis appetitus aded, vt paulatim non nisi per posticũ euadere potuerit. Scite Lucanus poëta, Nescit plebs ieiuna timere.

Nec minus periculum est in re militari, quàm intra muros. Milites Iuliani Cæsaris consumptis frugibus extremam famem timentes, illum probris incessabant. Græculum, ac fallacem vocantes, & specie sapientiæ stolidum, à quibus quidem in eum insultantibus vix euadere potuit. Extrema quidem fames nonnulla horribilia, & dictu aspectuque fœda mortalibus suadet, quæ vix credi possunt.

Cæsar in commentariis suis scribit Gallos Cim-

brorum, Theutonumque bello obsessos, fame atque inopia rerum omnium aded ad extrema compulso fuisse, vt corporibus eorum qui per etatem ad bellum inutiles videbatur, vitam tolerauerint, ne se hostibus traderent. idcirco malesuada fames ex veteri sententia dici potest. Præclare Silius Rabidi ieiunia ventris Insolitis adigit vesci. Sed ad institutum redeo. Quærant opes ciues ex honesto lucro, & neminem circumueniant, aut dolo capiant, neque iniuria aut vi aliqua afficiant.

VTILE ERIT SI

ciues cognoscant regem

omnia scire velle.

Tit. XII.



PTIMVM quidem erit si omnes ciues intelligant se neutiquam regem posse celare, vt qui solers & industrius sit & rebus omnibus, vel per se, vel per alios adsit. Destinet itaque aliquando rex homines quosdam, vel humilitate ipsa cauendos, ad coligendos hominum rumores, & populi querelas, qui ei deinde referant quæ audiant quæque videant, vt facilius rebus omnibus agnita veritate còsulere possit. Deterrimæ sunt ciuium actiones, quas ij occultas regi esse student. Nam ea omnia quæ recte agunt, ad illum perferri cupiant tanquam ad spectatorem ac iudicem clarissimum actionum. Atqui nunquam tutè agere possunt, qui crimina ac scelera occultant: sed hi qui

Ecc ij

ab illis omnino abstinent, pœnas euadunt. Semper enim torretur, cui testam ac iudicem formidat. Nihil profecto diutius homines latere potest.

Veritas temporis et memorie filia. Opumè poëta veritatem temporis & memoriæ filiam esse fabulantur, vt ostendant verum esse quod sacerdotes Ægyptij crebris sermonibus versurpant. Alius de alio iudicat dies, supremus autem de omnibus.

Inter præclaras principis virtutes hæc præcipua habetur, vt multa à diuersis etiam hominibus scire velit, ne si paucis auscultet, ex illorum arbitrio rem regere videatur.

Probre obijciebatur apud Romanos illud: At tu ex commentario magistratum geris. Quod quidem in eos dicebatur, qui non proprio iudicio, sed alieno præscripto imperabant. Talis fuit Vitellius Cæsar, qui obliuisceretur se imperatorem esse, nisi aliis moneretur. Talis fuit & Louinianus Cæsar, qui cibo, vino, sumno, Venerisque indulgens, nihil aliud ex imperatoria dignitate curabat.

Qua ex re nocte quadam exanimatus inuentus est ex coluione ciborum ac crapula, vt omnes penè opinati sunt, quum nullum violentiæ aut morbi vestigium extaret.

Louinianus Cæsar.

Velit igitur omnia intelligere optimus princeps, ne à paucis illis qui cariores sibi sunt decipiatur, sed in ignoscendo deinde sit clementior. Vera est enim sententia illa Domitij Aphri, qui ait. Princeps qui omnia vult scire, necesse habet multa ignoscere.

M. Antonius Pius.

Magna atque assidua diligentia in audiendo fuit M. Antonius cognomento Pius ad eum siquidem

aditus omnibus patebat. Non fortuna, non inopia, non deformitas aut ætas quempiam excluderat. Et comitiis frequenter indefesse ad noctem vsque semper aderat, nec ante è curia discedebat, quàm Senatus dimitteretur, dixissetque consul. Nihil amplius vos moramur patres cõscripti. Is tamen indulgentissimus mitissimusque semper extitit.

CIVES, DIVERSOS

principum mores serant oportet.

Titul. XIII.

Erant etiam oportet ciues principum diuersas naturas, variisque mores. Nemo enim omnium mortalium in omni æuo vnquam inuentus est, cui omnia suppetant quæ ad omnes vitæ actus pertinent, quippe semper agat quod iustum rectumque sit. Bene itaque dicebant veteres neminem esse, qui omnibus horis perfecte ac pleno pectore saperet. Cæsar ambitionis incessitur, sicut Alexander temulentia, Pyrrhus subiti consilij, Hannibal ambiguae fidei, Fabius lenti certaminis, Marcellus affectatae pugnae. Et sic quisque magnorum principum aliquid in se habuit, quod mutari in melius potuit. Sed pro multis commodis parua aliqua incommoda æquo animo ferenda sunt, quando non omnia possumus omnes, vt pastor ille apud Maronem ait.

Mylasa vrbs

Mylasa vrbs quondam fuit opulentissima, duo *Caria, de* bus Iouis templis illustrata, & optimis reipublicæ *qua publica* institutis nobilitata, in ea eodem tẽpore duo *19. lib. 5.*

Ecc. iiii

Ex Strabone lib. 14. tores principatum tenebant. Euthydamus, & Hybreas. Euthydamus perutilis erat reipublicæ, sed violētus admodum, ac difficilis toleratu, ad quem Hybreas dicere solebat: Euthydame, malum es ciuitati necessarium. Nam tecum molestè viuimus & sine te viuere non possumus.

Idem in morosiorum principum ciues omnes dicere possunt, & difficiliora quædam tolerare debent, necessaria quæque amittant. Macedones Philippi, Alexandrique morte lætati sunt, ut qui maiestatem splendorèque duorum regum, à quibus aucti atque illustrati fuerant, non cognoscerent. Postquam verò varios fortunæ casus pertrulerunt, & truculentos crudelèque tyrannos passi sunt, illos ipsos, quos paulo ante oderant, desiderabant, & eorum virtutes, animi magnitudinem, ac rerum gestarum gloriam animo metiebantur. Tum quos ab inferis reuocare non poterant, non solum humanis honoribus honestabant, verùm templo, ara, ac diuinis sacrificiis venerabantur.

Athenienses quoque, qui diutius illorum ambitionem odio habuerant, & qui eos hostes atque infensos tulerant, eisque victi succubuerant, eorum quoque desiderio non modo afficiebantur, sed vehementer etiam flagrabant, & præcipue quum Antigoni sæuo indignoque seruitio vexarètur. Meminerant quidem quàm facillè potuissent illorum hostilem iram placidiorè mitiorèque reddere, ut qui excelsioris animi ac spiritus essent, & iniuncti ac generosi reges.

Antigonus. At verò Antigonus crudelis, impius, sæuus, inexo-

rabilis, aspectu fædo, facièque deformi, & cum altero oculo captus esset, longe deformior videbatur, victu quoque atque vestitu nihil inter alios excellebat, adeo ut non rex sed vix satis idoneus regis fatelles esse videretur. Attamen fossorem quædam phrygè fuisse legimus, qui audita Antigoni morte, in agello suo multo altius solito fodere incipit, tum altitudinem scrobis vicinum eius quæpiam admiratum, rogasse eum, ecquid quæreret: tunc illum respondisse Antigonum se quærere, non tamen quòd bonus fuisset rex, sed quòd in omni vita sua deteriores semper prioribus principes succedere meminisset.

Noscant proinde ciues, reges suos dum viuunt, & illorum virtutes admirentur, ne post obitum eos desiderent, quos viuos laude ac gloria fraudauerint. Vera est enim vetus sententia, quæ dicitur, Plerique hominù hoc ingenio præditi sunt, ut non ante bona sua dignoscant, quàm eadem protinus amiserint. Hoc populo Romano cernimus quondam contigisse, qui fractus paucorum auctoritate, Tiberium & Caium gracchos bene de se meritos male defendit, verùm deinde cæfos ac trucidatos ad eò desiderauit, ut deiectos illorum imagines restituerit, noualque erexerit, & in his locis in quibus cæsi fuerant, sacella duo ædificauerit, in quibus quotidie sacrificia fierent, conueniretque procubens multitudo, ut in aliorum deorum templis moris erat: & sic capita illa, quæ non puduit optimum consulem pari repenso auro licitari, diutius desiderata sunt, & inter numina venerata,

LIB. NONI
ACTIONS PRINCIPVM

ab omnibus iudicantur.

Tit. XIII.



Conditionem principis, hi qui parēt vel in hoc antecellere vidētur, quod eis longe facilius est vnus viri sententiæ obsequi, quàm tam multis tamq̃me diuersis voluntatibus inservire, vt princeps ipse compellitur, cuius actiones in medio positæ omnium iudicia subire coguntur. Neque ei satis est paucorum approbationem habere, nisi assensum vulgi etiam consequatur. Ea enim imperia tuta ac diuturna sunt, quæ totius populi auram colligunt. Nihil tamen instabilius populo est, quem poëtæ fluctuanti ponto similem faciunt, qui compescendus est, & veluti exultans equus firmissimis habenis regendus. Nec permittendum est, vt quisque agat quod velit, sed quod iustū æquūque sit, vti vltius quippiam cupiat, id assequi nequeat. Licentia quidem agēdi quod quisque velit, ingentæ hominibus cupiditati habenas laxat, & prauitati calcaria subdit, nec expectandum est vt audacia longius serpat, sed vt primū exoritur, sedanda atque opprimēda erit.

Nemo ab initio magno aliquo facinore statum rerum perturbare audet, sed leuissima quædam tentat, quæ vbi successerint, quasi remota custodia grauissima quæque magna cum audacia aggreditur, & quasi rapidissimum flumen disiectis obicibus omnia sternit.

Demosthenes Atheniensis summus ille orator

TIT. DECIM. QVARTVS 408

quum in exilium proficisceretur, arcē Athenarum suspexit, & altiore voce dixisse fertur. O Pallas vt biū custos, cur tribus truculentissimis belluis delictaris, noctua, dracone, & populo? Quibus verbis populi leuitatē præcipue accusare videbatur. Sed per hæc tria signa, quæ deæ tribuūtur, qualis princeps esse debeat, declaratur, vt vigil, prudensque sit & populū fauorem habeat. Noctua quidem (vt cernimus) vigilatissima est, & noctu semper excubat. Draco autem peracri acie oculorum omnia circumspicit, vigilatque, quod etiam eius nomen indicat, *δρακων* enim est cernere, & acute intueri. Idcirco à doctissima vetustate ædium sacrarum, adytorum, templorum, thesaurorumque custodia Noctua draconi assignatur. Sed noctuæ Athenis plurimæ sunt, aded vt in vetus prouerbium, *γλαύκη εἰς portas ἀθηνῶν κομίζεις* transuerit, hoc est noctuam ad *Q. frat.* Athenas portas, quo prouerbio Cic. in epist. vii. trem lib. 2. tur, quum dicere vult, rem quā habes, tibi affero. in fi.

CIVES VT BENE CONCILIATI

sint principibus, studerent.

Tit. xv.



Tudeant præterea cives, vt optime semper principi suo conciliati sint, hoc et si per virtutē præcipue comparetur, tamē per bonas artes maxime adiuuatur, studia disciplinarum cum vitæ honestate cōiuncta, homines præter cetera omnia regibus principibusu comendat. Eiusmodi enim viri nō modo sibi ipsi honori atque vtilitati sunt, sed etiā ciuibus suis &

uniuerso, hominum generi. Alexander potitus illa victoria, non solum vrbi ac ciuibus pepercit, verum etiam eis maxima beneuolentia indulgit, ductus honoris obseruantia, cuius studiosissimus semper extitit. Lætabatur siquidem loca quedam oculis cernere & propria eorum nomina ab indigenis audire, quorum diuinus ille poeta Homerus meminerat. Nicias verò & Demosthenes Atheniensium imperatores bellum Syracusanis terra marique inferabant, his Lacedæmonij, Gylippo exercitui imperante, auxilio aderant, & diu quidem vario Marte pugnatum fuerat, tandem vero Atheniensium exercitus succubuit, & adeo profligatus extitit, utambo imperatores caperentur, militumque pars maxima trucidaretur, donec Nicias ad genua Gylippi prouolutus, lacrimis ac precibus impetrauit, ut reliqui occidioni subtrahti miseram seruitutem agerent. Pessime enim Athenienses à Syracusanis habebantur. Nam alij per lapidicinas distributi sunt, quorum pars magna morbo aut inopia victus periit: alij ad colèdos agros ducti, alij iusta caracteris nota in fronte vñndati. Insolenter admodum hac victoria vsi sunt Syracusani, ut qui neutiquam dignoscerent longe præstantius esse moderatè victoria vti, quam vincere. Euaserunt tamen nonnulli, qui studiis literarum dediti, Euripidis tragici amici auditoresve fuerant. Magno enim in honore erant apud Siculos illius poetæ versus, adeo ut precium subitæ libertatis proponeret captiuis illis qui ex eis aliquod recitarent. Domini itaque seruos illos libertate donabant, à quibus aliquid ex Euripide didicissent. Qui deinde Athenas quum redi-

Nicias.

*Demosthe-
nes.*

issent, gratias Euripidi (qui tunc viuebat) quammaximas agebant, quòd per illius tragœdias salui ac liberi euassissent, & reduces in patriam redissent. Porro exercitatio rei militaris in his qui animi virtute, & corporis robore præstant, secundum disciplinas gratissima principibus semper esse solet. Vera enim est Galbæ Cæsaris sententia, qui dicere solebat optimum esse milites diligere, non autem emere. Tunc autem principes militem emunt, quum ex ciuibus suis non habent quem describant, & exercitum conducere coguntur. Mercenarij militis fides ex fortuna pendet, qua inclinante ad hostes, plerumque etiam ipsi spem atque animum eò inclinant.

Classe Carthaginensium apud Ægates insulas à C. Lucatio Catulo Romanorum consule superata, statuerunt Carthaginenses pacem cum populo Romano inire, remque Hamilcaris, qui cognomento Barca dicebatur, imperio permiserunt, qui tandem multis sermonibus vltro citroque habitis, pacis conditiones à Catulo consule accepit. Qua quidem conciliata milites qui contra Romanos militauerant, ad numerum circiter viginti millium, nouandarum rerum studio à Carthaginensibus descuerunt & constitutis inter se ducibus, Uticam, Hipponem, & plerumque alia oppida ad defectionem compulerunt, urbemque ipsam obsederunt. Quibus malis Pœni perterriti, auxilium à Romanis paulo ante hostibus impetrarunt. Huic bello Hamilcarè imperatorem præfecerunt, cuius tanta virtus illuxit, ut hostes à mœnibus repulerit, oppida que defecerant, restituerit, & mercenarios milites eò compulerit, ut

locorum angustiis clausi, plures ex eis fame quàm ferro perierint. Qua ex re tantum laudis affectus est Hamilcar, ut omnium sententia patriæ saluator diceretur. Quo nunc exemplo facile est intelligere, quanto tutior præstantiorque sit propria civium nostrorum manus, quàm externa militia. Proinde gratum principibus esse debet, ex his quibus imperant, militiam scire, & eisdem in tenera ætate diligere, ut domestico præsidio regni fines tueri possint, exemplo magni Alexandri, qui triginta puerorum millia non sub lamistis aut mangonibus sed sub veteranis ac reipublicæ magistris futuræ militiæ erudiendos tradiderat.

Honestam deinde mercaturam qui exercent sine fœnore ac usura, & sine mendacio ac vanitate, ex qua se familiamque suam optime alunt, multis profunt, & in difficultatibus temporum reipublicæ ad sunt, grati etiã principibus sunt, post doctos viros, rei que militaris ordinem, in quibus maior nobilitas est, tertium locum tenent. Sic artifices omnes, qui vel civitatem ornant, vel rebus necessariis adiuvant, chari etiam habendi sunt. Tyrum Phœnicum urbem artes plurimum extulerunt, Ea purpuram optimam habuit, & quæcunque ad vestes inficiendas attinent. Sidon autem eiusdem regionis vrbs maxima ac vetustissima, artibus compluribus fuit nobilitata, et Homerus testatur. Mæphis autem Ægyptia tenuitate telarum aliis omnibus præstitit. Borsippa Babylonica vrbs Apollini & Dianæ consecrata maximum lini usum habuit præter alias omnes finitimas vrbes. Qui verò Veneris libidinumque ministeria præbet, hi omnino

Mercatores.

Artifices.

Tyrum vrbs

phœnicia.

Sidon.

Memhis.

Borsippa.

exagitetur. Tiberius Cæsar vel in hoc saltem laudem meruit, quod popinas ganeasque inhibuit, ut ne etiam opera pistoria proponi venalia sineret. Sic à Nerone interdictum quoque est, ne quid in popinis cocti propter legumina & olera veniret.

Agricolæ quidem, quorum ars ultra reliquas omnes necessaria est (aliter enim civitatem uniuersam) magna benevolentia principes complectantur oportet: & ex illis quum militiæ delectus haberitur describant. Sunt enim robustiores corpore, & facilius labores bellicos tolerant, quàm civilis iuuentus, quæ in urbanis umbraculis delitescens, deliciis plurimum profluit. Testis sit C. Marius. C. Marius. Marius homo rusticus, qui durus ac pugnacissimus fuit, & omnium Romanorum imperatorum ad octogesimum usque annum militarium laborum patientissimus. Rusticus etiam in Hispania fuit Viriatus partius & primo quidem pastor, deinde venator: & quum latrocinii regionem omnem infestaret Magnam latronum (qui undique ad eum concurrerant) manum contraxit, qua paruo tempore Lusitaniam omnem inuasit. Mox contra Romanos vario Marte quatuordecim annos bellum gessit, nec unquam collatis signis deleri potuit. Postremò autem consilio L. Scipionis subornatis quibusdam proditoribus perit. Ventidius quoque Bassus primò quidem mulio fuit, mox autem ad tantam fortitudinis laudem peruenit, imperator ab exercitu appellaretur. Ac deinde consul factus de Parthis triumphavit, cæso Pacoro rege cum omni eius exercitu. Hunc ventidium adolescentem cum aliis ca-

Agricola.

C. Marius.

Viriatus partius

stor, venator,

dux.

Ventidius

Bassus.

Pompeius

Strabo.

ptiuis in triumpho Æsculano ante currum duxit Ponpeius Strabo Magni Pompeij pater & deinceps tam preclarus euasit in re militari, ut amissa signa consularia, que Parthi Crasso ademerāt, magna victoria recuperauit, Romāque triumphās aduexerit. Nec vlllo bello Parthi vnquā maiorem plagam acceperunt vincique potuissent, si Ventidio prorogatu imperium extitisset. Sed æmulorū in nouū hominem inuidia, plus reipublicæ obesse potuit, quā optimi imperatoris virtus prodesse. Redeat nunc sermo vnde fluxit.

Subiectos quidem omnes paterna quadam indulgentia reges complectuntur, sed eos magis diligunt, qui reipublicæ utiliores sunt, illos autem odio habēt quos præ ignauia ac desidia inertes nec sibiipsis, nec alii civibus vtilis. Optima habēda est Ægyptia lex quam Amasis tulit, ut Herodotus testatur, qua quisque singulis annis apud prouinciæ præsidis nomina sua profitebatur, & qua arte viueret, edocebat, ut inertia pariter & incuria coerceretur grauibus pœnis, industria autem laudis præmiū acciperet. Similiter Atheniēses ignauos ac desides ciues veluti facinorosos puniebant, Proinde Areopagitæ quo quisque quæstu viueret inquirebant, ut inutiles ciues extruderent.

Hebetis profecto ingenij est, & rudissimi cordis, atque hominibus nec reddendæ nec accipiendæ rationis capacis, nullam ediscere artem, ex qua necessarium victū percipere possit, & putare se natū ad nihil agendum, & ad desidendum semper inter oscitantes atque ociosos. De huiusmodi hominibus id dicere possumus quod de sue dicebat M.

Cato

Cato, naturam ei pecori animam pro sale dedisse, *Suis anis ne putresceret. Hic optimis principibus gratus ne utiquam esset. At posset fortasse Syrorum regibus placere, qui ut Dion refert, cum eunuchis & pellicibus clausi vitam agunt, neque in bellum, neque ad exercitum vnquam proficiscuntur. Vel gratus esse in republica Thabernorum, qui oram Asiæ fertilissimi feracissimi que soli incolunt. Hi enim semper ociosi feriatique sunt, & rerum omnium curam ac diligentiam mulieribus permittentis, in lusu ac ioco summum bonum statuunt.*

CIVES IN REBUS

anxiis regibus adsint.

Tit. XVI



IN rebus anxii atque aduersis ciues omnes certatim regibus semper adesse debent, & operā ac studium vltro polliceri. Optime in obsequium animatus populus, principis vires auget, & illius animum alacriorem promptiorēque reddit. Secundo populo principes res magnas ne utiquam agredi ambigunt, aduerso autem semper formidant.

Euentus rerum taciti expectant illi contra quorum voluntatem res agitur. qui si aduersi fuerint, exultant, & in auctores oblatrant. Sin verò secundi, fortunam sequuntur, & auctoribus ad blandiuntur.

Aristides in Atheniensium senatu sententiis

FF

suis sæpe aliorum sententias præponebat, tum ne Themistoclem æmulum suum in contrariam opinionem prouocaret, tum etiam ne si quid præter sententiam accideret, in se culpa omnis intorqueretur.

Phocion quoque consiliis Leosthenis semper aduersari solebat: at ubi animaduertit rem per illum bene gestam extitisse, & exinde Athenienses maxime lætari, pœnitentia ductus, inquit, O quã vellẽ, viri Athenienses, consiliis Lecsthenis etiam sententiam meam adhibuisse. Atqui si fortuna rebus illius fuisset aduersa, Phocion in illum non tam mitis atque æquus extitisset. Erat enim Phocion sæpe numero in litudini aduersarius: quod quidem ex Apollinis oraculo proditum est, Nam consulentibus Atheniẽsum oratoribus super statu reipublice, responsum est, virum vnum in vrbe esse, qui à cæteris omnibus dissentiret, Tum clamantibus cunctis, virum hunc quærendum multandumque esse, audacter ait Phocion se eum esse, cui nihil placeret quod à populo fieret. Hac loquendi promptitudine quum plerique in risum conuersi essent, iudicium inuidiamque cûctorum euasit. Senatus Romanus ne tantum oneris subiret, declarandi hostis decernendique belli auctorem populum faciebat, ita quodque firmandæ pacis Proinde sapientes principes in rebus arduis populi sententiam scitari solent, quod minus fortunæ & multitudinis inuidiæ obnoxij sint, utque cum multis onus maximarum rerum sustineant.

IN prosperis verò rebus iucunda est etiam regibus ciuium præsentia: gratulatio enim illa optimè animati populi indicium est, & animorum quædam reconciliatio, atque integratio. Ostendit enim gratulatio communem quandam spem, quæ animos beneuolentiã gaudio perfundit ex regis felicitate. Quicumque enim regi victoriã aut prosperos eventus non gratulatur, suspectum se reddidit, & male rebus præsentibus animaturum.

Cicero seram gratulationem nequaquam reprehendi oportere ait, ut ostēderet gratulationem non debere leui aura excitari, nec vanis auditioibus moueri, sed nuntium veritatis expectare, qui exacte ad vnguẽ omnia referat, uerè enim vulgo dicitur. Claudus viator certiora refert quàm reclus.

Ad beneficia consequenda non est properandum à ciuibus, sed sensim accedendũ, ne utilitatis nostræ causa improbi nimis ac petulantes esse videamur. Importunitas poscentium plerunque molesta est, & benignitatem liberalitatemque dantis tardiozem reddit, ne petulantia potius coactus, quàm animi magnitudine liberalis fuisse videatur.

M. Crassus vir ille opulentissimus principio ætatis suæ auaritiæ crimine non laborabat, sed in omnes necessarios suos liberalior habebatur. Is quicquid

locupletior esset, quatuordecim agri iugera singulis amicorum atque affinium dono dedit. Ex his autem quidam plura etiam petebant asserentes eadem illis nequaquam satis esse quibus ille, cupiditate nimiam eorum obiurgans, respondit neminem parum possidere, qui ex annuis fructibus se familiamque suam honeste alere possit. Quæ tamen improbitas amicorum Crassum deinceps ex parco suarum reddidit. Eius quidem sententia vera esse cernitur, Cui non satis est, se & familiam suam annuis fructibus honeste alere, ei nihil satis esse potest. Laborat enim cupiditatis vitio & inexplebilis omnino est.

Volentes veteres ostendere eiusmodi vitæ genus ad felicitatem proximè accedere, boni euentus simulachrum pingebant, quod dextera manu pateram, sinistra autem spicam ac papauer tenebat. Talis imago Romæ fuit Euphranoris opus, ut ostenderent facilem somnum his obrepere, qui ex fructibus prædiorum suorum affatim alerentur.

Cauendum igitur erit, ne nimia procacitas improbitasque poscendi liberalitatem benignitatemque principum auferat, & illorum magnificentiam in parsimoniam conuertat. Auaritia enim (ut Aristoteles ait) magis à natura hominibus insita est, quam effusio. Plures enim pecuniarum cupidi sunt quam liberales. Senectus Verò inopia, & imbecillitas, parsimoniam semper suadent.

Boni euentus
simulachrum
Ex Plin. lib.
34. ca. 8. ubi
tra mediæ.
Euphranor
statuarius.

TIT. DECIMVS OCTAVVS 473
GRATIAS PRO BENEFICIIS
ACCEPTIS, REGIBUS HABENDAS
ESSE. Tit. XVIII



Effecti beneficiis, ac muneribus à regibus principibusve, gratias illis perpetuas habere debent, hoc est in obsequium eorum semper parati esse. Non enim tanti sunt, ut parem gratiam referre valeant. Nisi forte satis id esse putemus quod deo ac parentibus sit, ut quando merita æquare nequimus, tantum quisque quæ præbeat, quantum præstare potest. Lycurgus in Lacedæmonia tenuissimas litationes statuit, quò facilius ex rebus promptis ac paratis sacrificare possent.

Socrates quidem Æschinem discipulum magna diligentia erudiuerat, adeò ut iam in clarissimum philosophum euasisse. Itaque quum cerneret Æschines nullum par precium tam præclaro sapientia præceptoris se pensitare posse, ait, O Socrates, equidem pauper sum, nihilque habeo quod pro tuis erga me meritis ac beneficiis exhibere valeam me tamen ipsum tibi polliceor ac dedo nusquam defuturum. Tum Socrates Non animaduertis inquit o Æschines, quàm multa & magna mihi tradis.

Reges verò ipsi magnanimi etiam in accipiendo esse debent, & parua quæque munera ex dantium voluntate optima, pro magis accipere.

Persæ ex patrio more præclara munera regibus suis iter facientibus offerre consueuerant. Attaxerxi inter cundum, (ut Plutarchus ad Troianum

Cæsarem scribit) Vulgaris quidam operarius, occurrens, quum nihil aliud haberet ambabus manibus aquam è pro fluenti flumine haustam obtulit. Libenter admodum rex eam accepit, risitque, cum dâs promptitudinè metiretur, non autè rei datæ indigentia, vt qui nō minus regum atq; humanū esse duceret parua promptè gratèque accipere, quàm magna liberaliter benignèque largiri.

Vetustissimi poëtæ, & Hesiodus imprimis, multis in rebus reges similes diis faciunt, & in hoc præcipuè, quòd quum maxima ipsi quotidie mortalibus elargiantur, paruo thure tenuique hostia contenti sunt. Sic reges magna dando, parua autem accipiendo, lætari debent.

Parthorum reges sine munere nemo adire poterat. Hoc iniquum autem admodū exitièset, nisi parua quæque munera leto animo pro magnis accepissent. Atqui sicut numina non aurum, neque argentum ab hominibus volunt, sed sinceram mentem, liberamque voluntatem: sic etiam reges satis esse ducant, si ciues bene in eos animati sunt, dictis audiunt, & mandatis prompto animo obsequuntur.

Qui aurum argentūve principibus dono affertunt (vt ait Horatius) non tam largiri quàm mercari ac scenerari videntur. Id enim astute agunt: donant, vt multo maiora scilicet cōsequantur. Proinde quid agunt, vasti ac veteratores habendi sunt, non autem liberales ac benefici. Hac veritua ductus Zeuxis quum iam opulentior nobiliorque ex arte factus esset opera sua donare incepit, & Pana Achelao regi largitus est, Alcme-

nam autem Aggrigentinis, a quibus quidem maiora præmia accepit, quàm si eadem in auctione vendidisset. Ipse quoque dicebat se ideo opera sua donare instituisse, quoniam parem emptorem non inueniret, quippe quæ tanti essent, vt nullo satis digno precio compensari possent.

Sed angusti animi princeps ille esse videtur qui priuatorum munera expectat quum ille nihilo indigeat, & ab indigentibus dona accipiat.

Ita quoque qui autum in templis ponunt, suam non numinum naturam ostendunt. Nam quum ipsi auari atque venales sint, diuinam gratiam auro licitari putant, & suo ex ingenio deorum more probant. Vetustissima olim simulacra ex ligno fuerunt, vt primum illud Deli ab Eryfichthone Apollini consecratum, quòd ligneum fuit. Sic etiam præseum Palladi quod Athenis erat. Et illud quoque Samiæ Iunonis, vt Callimachus ait, Peras qui primus Argolicæ Iunonis templum condidit, ex pyri trunco imaginè deæ fecit. Nefas quidem erat lapidem durissimum in effigiem dei cædere.

Aurum verò & argentum infæcundæ terræ morbos infælicèscque colores esse putabant. Hac opinione ductus Plato in libris de legibus non licere ait ex auro, argento, lapide, ebore, aliave materia inanimata deorum simulacra sculperè. Persius verò Satyricus ille obscurior, aurum in templis esse conqueritur, quasi per illud exturbentur antiqui ritus, ac si nos putaremus deos auaros esse, vt homines sunt, qui facile auro corrumpuntur: quum dij ab hominibus mentè bonam,

non aurum aut argentum velint, quæ faciliè modico farre litare valet. Eius poëtæ versus sunt.
 Dicite pontifices, in templo quid facit aurum?
 Nempe id quod Veneti donate à Virgine pupæ.
 Quin damus id superis, de magna quod dare læcæ
 Non possit magni Messalæ lippa propago,
 Cõpositum ius, fãque animi, sanctó (que recessus
 Menti, & incoctum generoso pectus honesto?
 Hoc cedo, vt admoueam templis, & farre litabo.
 Nã perinde atque numinibus ne aurea quidem argenteaque munera grata sunt, sed mēs bona, quæ careat culpa, & sit cõscia recti, vt in poëmatis nostris diximus: sic reges quoq; studia ciuium optare debent, & animos ad obsequendum promptiores, Persarum reges obuiis mulieribus aurũ dono dabant, viris autem sagittas & iacula, vt ostenderent fœminis frugalitatem ac parsimoniam curæ esse debere, viris autem rem militatẽ. Proinde singulis quibusque annis præmia etiam proponebãt his qui plures filios alerent, quò maior ciuium numerus militiẽ adscriberetur.

Poëni reges caput cæsi à se hostis offerentem, aut reo poculo donabant. Pœnorum ductor quidam, qui cum Alexandro militabat, interfecti à se hostis caput præferens, munus patrio more poscebat, tum ridens Alexander, ait, Reges vestri vacuum poculum fortibus viris tradũt, ego autem optimo vino plenu tibi propinabo. memor (vt arbitror) Musæi illius vetustissimi poëtæ, qui frõtibus viris apud in feros cõuiuia disponit, in quibus coronati optimo vino perpetuo se ingurgitat. Quasi ebrietas grata fortitudinis sit merces.

Priuati verò ciues à regibus principibusve alienis preciosa munera neutiquã accipere debẽt. Cynneas à Pyrrho cum ingentibus donis Romã missus ciuẽ nullam inueit cuius domus muneribus pateret.

Turpe fuit Demostheni, viro omnium Græcorum eloquentissimo, ab rege Persarum aurum pecuniãmve dona accepisse: nullãque res in eum magis odium cõflauit, quã quò aduersus pecuniarum corruptelas minus fortis atque abstinens habebatur. Aliis in rebus præ ingenij magnitudine à plerisque Atheniensium magna beneuolentia cõplectebatur, & æmulis quoque suis admittationi erat, quod quidem ex hoc intelligitur. Pellebatur in exilium Demosthenes, vt plerisque claris viris Athenis cõtigit, ei que crimini dabatur, quòd aurum dono ab Harpalo accepisset. Egressus non longo spatio urbem, inimicis quibusdam suis forte obuius occurrit, qui primo trepidus aliquantulum substitit, illi rectã proficiscentes, blandis placidisque verbis eum compellant, consolantur, & officium viaticũmq; singuli pollicentur. Ingemuit tunc Demosthenes, Quonã pacto exilium æquo animo ferre possũ cum ex ea vrbe trudar, in quales inimici sũt, quales amicos in aliis vrbibus difficile est inuenire? Sed cũ pro patria deinde se optime gessisse, mortuo Alexandro omnium penè ciuium cõsensu reuocatus est: missãque est ab Atheniensibus longa nauis Æginam vsque, vt eum reuereretur. Cui obuiam profecti sunt sacerdotes & magistratus omnes festo cultu, & multitudo cuncta per sexũ & ætatem disposita. Sed vt res mortuum fluxã ac labiles sunt, non diutius patriæ com

modis frui potuit. Nam afflictis Græcię rebus, cum male pugnatū ad Cranonē esset, Antipater & Craterus quasi præfecti præsidij in urbē accepti sunt: qua ex re Demosthenes, & qui cum eo cōtra Macedones senserāt, urbe profugi capitis sententia dānati sunt. Ad quos insequēdos Antipater Archiam Tyrium tragœdium misit, qui cum accepisset Demosthenem in Calabriam peruenisse, illuc se contulit, & Troezenem cōcessit. Hęc urbs Neptuno sacra, Posidonia, hoc est Neptunia olim dicebatur iuxta eam in insula Calabaria templum Neptuni antiqua religione colebatur, ad quod fugiētes, intacti inuolatiq̄ ue erāt. Illuc penetrauerat Demosthenes Archias præsidio militum septus, tēplum violare nequitiam ausus est: sed illud verbis blanditiisque pellicere conabatur. Demosthenes autē illi nequaquam auscultans, venenum quod ad eiusmodi casus secum paratum habebat, ex calamo, vel (vt alij scribunt) ex anulo circulo ve aureo sorpsit: & sic Antipatrum Archiamque excretus, veneni vi enectus est. Athenienses vt primum per temporum difficultatem potuerunt, statuam ei publicē erexerunt, his verbis subscriptam. Si pares ingenio vires Demosthenes habuisset, nunquam Græciam subegisset Macedo.

Sed iam ad calcem præceptorum quæ ad subiectos pertinent peruenimus quem aliquantulum supergressi sumus, memoria illius diuini oratoris illeci qui sicut in dicēdo aliquid ex eius imitatione fortasse virium nobis præbuit, si id aliqua ex parte assecuti sumus, sic etiam ex miserabili eius historia plurimum nos oblectauit.



Xtremo huius voluminis loco dicendum erit, quæ præmia optimo regi debeantur, quæve ipse expetere aut expectare possit. Quæ quidem trifariā sortienda sunt, vt partem ciues ei præbeant, partem ipse sibi statuatur, partem verò omnium maximam à deo optimo maximo expectet.

Optimi regis præmiū, quod pro rectis actionibus expectare debet ab his quibus præest, sola est gloria, & honestus honor, qui à multitudine hominum & diuersis populis celebratus, in rumorem primò, deinde in famā illam crescit, quam neuitquam omnino aboleri Homerus sentit, sed præsentem deam fieri, eius versus eiusmodi est ex Iliados 10,

Αλλὰ μέγα βέβαιον τί καὶ ἑσσομένοισι πύρρον ἔσθ'.
id est, immo facinus insigne peregit, ipsa etiam quod posteritas exaudiat, illud quoque,

Fama animis populi diuina illabitur inquit.

Quinetiā doctissimi veteres ingenia illa præclara esse putauerūt, quæ glorię studio atq; æmulatione inuitarentur. A multitudine laudari omnes optar, & id quidē duce natura. Hinc illud Ouidij poëtę,

Laudatque virtus.

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Sed vera laus illa haberi debet, quæ à laudario viro proficiscitur. Præclare Hector apud Nautium quum à Priamo laudaretur, ait, Gaudeo abs te laudari pater laudato viro. Quasi præclaram laudē

*Epist. fa. li.
15. epist. 6.*

eam tantum esse putet, quæ ab his manat qui & ipsi cum laude vixerunt. Cicero ad Catonem scripsit, Et si non modò vnus, verum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum extitisse mirabile est, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?

Principem gloria alendum esse, idem auctor in libris quos de republica scripsit, testatur, & eam veram gloriam esse dicit, quæ ex laude recte factorum magnorumque in homines meritorum proficitur, non modo optimorum virorum iudicio, sed multitudinis etiam testimonio comprobata.

Hanc quoque à sapiētibus expetendam esse complures philosophorum sentiunt, vt quæ virtutis, laborum, periculorumque quasi merces quædam esse videatur. Qua detracta, quid esset quod in tanta rerum fortunæque varietate, exiguoque vitæ spatio nos ad labores periculâque impelleret? quisque otium & quietem potius, quàm negotium laborumque sequeretur. Quis studiis literarum insudare, aut duras longasque, itinationes obire vellet, ne dicam militiæ labores, discriminâque subire? Quis non beatiorum eum dicat, qui domi ociosus residet, quàm qui longas peregrinationes sequitur? Inter hos claram sententiâ tulit Claudianus, quum ait: Erret, & extremos alter scruteretur Iberos,

Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

Hæc sententia numinis iudicio probata fuisse prisca seculis creditur. Gyges quondam opulentissimus omnium regum in vniuerso terrarum orbe habebatur, & cū de felicitate ambitiosus esset, Delphicum oraculum consuluit, quisnam omnium

mortalium felicissimus esset, cui responsum est, Aglaum psophidiū omnes alios felicitate antecere. Erat autem Aglaus vir optimus, qui in angustissimo Arcadiæ angulo paruum agellum colebat, annuis fructibus vberem, satis victum suppeditatam, ex quo nunquam egressus, cū tertiam partem ageret, nihil ultra cupiebat, minimumque mali perpeffus in omni eius vita fuerat.

Sed redeat sermo vnde defluxit. Nō modò magni viri, sed minimarum etiâ artium opifices, laudis studio accenduntur, à qua quidē extrudi iniquo animo perferunt. Saurus & Bathrachus natione Lacones, architecti ac statuarij fuerunt peregregij qui vt famam sui nominis propagarent, imperatè Octauio Aug. Romam concesserunt. Hi templum quod Octauia vouerat, faciendū cum porticibus condixerūt in quo quidem opere quū diuites satis essent complura propria impensa, nequid præclaro operi deesset, cōstruxerunt, laudē solius inscriptionis sperantes, verum quū præ inuidia atque artificij æmulatione eis negaretur inscriptio, nec vllis precibus eadem assequi possent, alio argumēto illam vsurparunt, in columnarū siquidem epythiliis suorum nominū effigiem inculpsērunt, lacertum scilicet, & ranam, *σαυρος* enim alter dicebatur, id est lacertus, alter autem *βάρραχος*, quod ranam significat, & sic se ab obliuione suscepti operis vindicauerunt. Puto hos artifices mutatos fuisse inscriptionis exemplar à Phidia, qui effigiem suam in clypeo Mineræ sculpsit, cū non liceret ei nomen inscribere.

Sed maiorem admirationem mihi affert Q. Fa-

Ex Val. max. li 7. de felicitate.

bis pictor vir patricius, & pluribus dignitatibus in republica functus, ac etiam ex ea familia natus, in qua consules, pontifices, dictatores, & triumphales plures extiterant, ut qui gloria pingendi carere noluerit. Nam quum parietes ædis Salutis pinxisset, nomen etiam suum inscripsit, ne seipsum ab eiusmodi artis laude defraudaret.

*officiorum
lib. 1.*

Studium verò gloriæ (quod non nisi in rebus arduis esse potest) regibus, principibus, magnoque ingenio viris magis quam priuatis ac mediocribus conuenit. Optime Cic. cum de medio officio loqueretur, cauendâ esse censet gloriæ cupiditatem, quippe qui libertatem animi eripiat, pro qua magnanimis viris omnis debet esse cõuentio. Mediocres enim ciues dum gloriæ student animum submitunt, multitudini obsequuntur, ex alieno iudicio semper pendet, nihilque aliud nisi popularem auram captant, qua nihil in rebus humanis tam instabile ac fluxum inueniri potest. Reges autem ac principes suis opibus suâque potentia nituntur, proinde si gloriæ studiosi sunt, id ab animi virtute manare videtur. Infidet enim cogitatio quædam in eis, quæ dies ac noctes eos famæ stimulis concitat, atque admonet, ut nõ cum vitæ terminis nominis sui memoriam interire patiantur, sed cum omni posteritate adæquandam putent. Et hæc est ratio illa quæ efficit, ut magnus quisque vir studio laudis trahatur, & gloriæ cupiditate incendatur, quæ quidem breuitatē vitæ posteritatis memoria consolatur, & pericula laboresque omnes subeundos putat, dummodo laudis gloriâ assequatur. Famæ siquidem cupiditate ductus optat, ut semper

nus de eo sermo inter omnes celebretur. Proinde cernimus nonnullos, qui quum negligentius laudis gloriâ à populis principibusve acceperint, aliquid dignitatis quasi suo iure sibiipsi vendicant, ut fecit Duillus ille, qui primus Romanorum omnium Carthaginenses nauali bello insigni victoria superauit, qui sibiipsi sumpsit, tibibine leuius præcimente ad proprias ædes redire quum ad cœnam ab aliquo inuitatus fuisset.

*Ex Vale.
Max. lib. 3.
Et plin. c. 5.
lib. 34.*

Optima idcirco persuasio in rege erit, gloriæ famæque cupiditas, qua quidem ad virtutem fit promptior, & vitia longe magis abhorret. Præclare Aristoteles, ait Principem cui non satis est præmij, honor, & gloria, tyrannum fieri quando voluptatibus & diuitiis inhiat, & ad rapinam iniuriâque conuertitur. Itaque populi omnes qui regem, aut principem debita laude atque honore defraudant illum in sæuitiam ac tyrānidem compellere videntur & à magnis ac præclaris actionibus abstrahere. Testis Themistocles sit, testis etiâ Coriolanus, quorum vterque ingrati populi iniuriam passus, ad hostem se contulit, planèque edocuit fortibus viris famam nequaquam esse negandam.

Negatus Cæsari triumphus, molè intestini belli concitauit, quem si ei cõcessisset Põpeius primum. ipse locum semper in republica tenuisset. Prudentius mitiusque cum ea egit Sylla, qui tunc maximus in republica erat. Nam quum post recuperatam Siciliam triumphū peteret, negabat Sylla id ei deberi, tum quòd pro aucto imperio, non pro recuperata prouincia ex antiquo iure triumphus

ageretur, tum quòd vix quinque, & viginti annos natus esset. Tunc audētius quàm modestius Pompeius ait, O Sylla, plures quidē homines sunt qui orientem quam qui occidentem solem adorent. Tum Sylla dissimulans intelligere id in se dictum esse, quando eius potentia senesceret, illius autem adolesceret exclamauit, Triumphato igitur. Et deinceps Pompeium semper honore affecit, ei nāque priuato caput detegere, de sella assurgere, e quo descendere consuevit. Sed patris memoria Pompeium Syllæ commendabat eius quippe partes secutus pater, Mariū & Cinnam vrbe expulit. & cū illos longius fugasset, nec quòd se reciperet haberet, imminerētque subita tempestas, corusco cœli fulmine ictus miserabiliter periit. Et hic fuit exitus Pompeij Strabonis Magni Pompeij patris: cui quum gratiam Sylla referre non potuisset, filio etiam optime de se merito compensauit.

Erga Cæsarem Pompeius nulla vnquam æquitate vsus est, idcirco à multitudine insolentior habebatur, & præcipuè quū Antonio literas ad plebē dedisset Cæsar, in quibus scriptum erat, vt ambo prouinciis decederant, exercitūque dimitterēt, plebīque iudicio se subijcerent, qua ex re multos in partes suas pellexit, & præsertim quum Pompeius conditiones omnes illas repudiasset.

Ipse quoque Sylla si mitior aliquanto in ferrorium virum pugnacissimum extitisset, certe nō defectio ni prouinciarum, & longo ancipiti que bello causam præbuisset. Nam quum quæstor Marsico bello peregre se gessisset Sertorius, confestim Romam rediit, & quum in theatrum spectandi gratia

gratia (vt moris erat) cōcessisset, totius populi plausu præ eius nominis magnitudine exceptus est.

Exarsit inuidia Sylla, & per factionem egit, vt quum Sertorius tribunatū peteret, repulsam ferret. Qua indignatione ductus Sertorius Cinne ad hæsi, & commissa in foro pugna, victor euasit Sylla, Cinna autem & Serterius vrbe eieci sunt. Sertorius itaque Iberiam pulsus prætoribus occupauit: & Metellū qui contra eum à Sylla missus fuerat, sæpe cum omni exercitu fudit fugauitque, Sed mortuo Sylla, cum senatui Metellus contra Sertoriū non satis esse videretur, collega ei Pōpeius mittitur, qui equestri etiā prælio ab illo superatus est, & Metellus obsessus ad famam compulsus. Sertorius verò semper in victoriis suis ad Pompeium & Metellum oratores mittebat, qui pollicerentur se positis armis in vrbem rediturū si per illos id ei licerent, malebātque Romæ (vt dicebat) priuatus ignobilisque ciuis esse, quàm imperator aliarū ciuitatum nūcupari, cū exul esset. At cū ei nūquam placidè respōdissent, superior semper bellum in octauum vsque annū protulit. Nec aliter vinci potuit, quàm cū per proditiōem in conuiuio à Perpenna cederetur, Sed quum paulo pōst eius testamenti tabulæ recitarētur, & Perpenna à Sertorio heres institutus legeretur, omniū militum odiū in illū exarsit, quippe qui vulgò dicerent Perpennam non in ducē, sed in auum, ac patrem fuisse proditorum. Cū verò exercitus eius quasi cyclops ab Vlyssē oculo orbatus videretur, Pompeius illum inuasit, profligauitque, & captum Perpennam antequam conspectui suo exhiberetur, trucidari iussit.

fit, vt pœnas proditi ducis lueret. Pompeius vero Sertoriũ tanti faciebat, vt primus omnium votiuos ludos vouerit se exhiturum, si illũ superaret.

Quinetiam no solum duces & imperatores negatam laudẽ vlciſcuntur, sed nonnulli etiam artifices. Cleſides pictor etate ſua perilluſtris, ad reginã Stratonicẽ ſe contulit, eiſque artis ſuæ induſtriam pollicitus eſt, illa autem eũ contẽpſit, nullõq; honore dignata eſt, Artifex indignatus, voluptatẽ ſub reginæ imagine quaſi ſpirantẽ piuxit, quẽ cum piſcatore quodã luderet, faciem exprimente cuiusdã piſcatoris quẽ mutuo reginæ amore teneri rumor manifeſtus habebatur. Eã pictor tabulã noctu in Epeſi portu clã propoſuit, & cõfeſtim velis raptus abiit. Regina rem diſſimulans, tabulam tolli prohibuit, quamuis vtriuſque ſimilitudo adeo appareret, vt ab omnibus vulgo dignoſceretur. Sed redeo vnde digreſſus ſum.

Principum laudes, populi nequaquã tacere debent, ſed eas potius extollere, atque amplificare, meminerintque Ariſtotelem deſiſſe laudem eſſe voluntatum & rerum geſtarum ac verborũ illuſtrium amplificationem, & eorum quæ deſunt, accommodationem: vt intelligamus magnos viros non eſſe parcẽ laudandos. Frigida enim laus, ſpecies quædam vituperationis eſt. Vnde idẽ phiioſophus vituperationẽ eſſe dixit clariffimarum rerum extenuationẽ, obſcuratum verò exaggerationem. Nolim tamen vt qui de rege loquuntur aut ſeibunt, ficta aut fabuloſa narrent, ſed vt veritati inhæreant opto, ne fidem ſibiipſis abrogent, reprehendanturque. Vt à Strabone Cteſias, Hero-

dotus, & Hellanicus, & qui res Cyri & Alexandri ſcripſerunt Quos ad ineundam gratiam mentitos putat, & fabulam hiftoriæ miſcuiffẽ, vt iucundius legerentur.

Hæc ſatis ad hanc primam partem honori & gloriæ quam præmiij gratia ciues omnes optimo regi præſtare debent.

QVAM SIBI GLORIAM

rex ipſe ſtatuerẽ debeat.

Titulus xx.



NUNC altera ſequitur pars, qua quidem dicendum erit quam ſibi gloriam rex ipſe ſtatuerẽ debeat, & qua in re collocanda ſit. Ampliffimum virtutis præmium, rectẽ factorum ſolam conſcientiam ſapienti viro complures philoſophi eſſe putant. Hanc opinionem quiimitantur, dicunt gloriam non eſſe expetendam, quandò eadem vltro virtutem ſequatur, veluti in ſole vmbra corpus comitatur. Laus enim ſine cõſcientia actionum, vt plerunque ab adulatoribus fieri ſolet, nullum honeſtatis fructum habere poteſt. Eſt enim quaſi vana quædam irriſio. At conſcientia ipſa ſatis vberem mercedem habet, etiam ſi per inuidiam aut ingratitudeſtatem gloria fama, ac laude fraudaretur.

Illuc ſpectat ſententia illa Bruti, qui ad Ciceronẽ ſcripſit. Quid enim eſt melius, quam memoria rectẽ factorum, & libertate contentum negligere humana? Magnifica quidem ſententia eſt, & clariffimis viris digniffima.

Quod premium, quā gloriā à mortalibus maiorem ferre possumus, quā scire nos recte egisse?

Quæ laurea aut quis triūphus clarior esse potest, quā quū animus sibi ipsi testis est optimarum actionum suarum? Quem laudatorē aut præconem optat, qui optime à se gesta planè nouit? Quē maledicum aut obtrectatorem formidat, qui suæ virtutis est conscius? Contentus proinde rex noster (quem sapientem inducimus) conscientia præmis esse debet, nec aliā laudis gloriam exquirere.

Demetrius Phalereus Theophrasti auditor, quē Cassander Macedonū rex Atheniensibus (quibus ipse imperabat) præfecit, hac opinione ductus fuisse videtur. Nā quum virtutē & præclarissima gesta recetę statuę ab Atheniensibus erectę fuissent, & post Cassandri obiū, emulorū inuidia in Ægyptum fugere cōpulsus, accepisset eas omnes disiectas esse, & in matulas per ignominia cōflatas ridēs ait. Statuas quidē euertere inuidi potuerunt, virtutes autē & præclara gesta quibus premio imagines illæ extiterunt, nunquā abolere poterūt. Præclara sanè vox, & magno atq; erudito viro dignissima. Declarauit enī vera præmia à cōsciētia meritorū præberi, quæ neque inuidia aboleri possunt, neque lotio aut vētris illonie inquinari. Nihil porro turpius est, quā per victorię insolentiā, inimicorū statuas euertere. Quod & C. Cæsar declarauit qui disiectas omnes Pōpeij statuas restitui iussit, deinde Octauius illius exemplari mitatus, quum Mediolani statuam Bruti, quem victor ad voluntariam mortem compulerat vidisset, Mediolanensium fidem laudauit, qui amicis etiam post aduer-

sam fortunam constantes stabilesque essent, & eam nequiquam deleri permisit.

Secundum numina plurimum tribuit Augustus memoriæ eorum ducum, qui imperium Romanum propagauerant: & quum disiecta multorum opera inuenisset, ea omnia restitui instaurarique iussit, edictoque id egisse professus est, ut & ipse dum viueret, & deinceps futuri principes illorum exempla imitarentur.

Conscientia rectè factorum, tanti apud sapientes & fortes viros esse solet, ut se ipsa contenta sit, nec aurā popularē capter, nec suplex esse patiatur.

Qua quidem fretus maior Afrfricanus, quum ei ad populum dies dicta esset (peculatus enim incessabatur, quod ex præda Antiochi ærarium defraudasse criminaretur) Hac die Quirites (inquit) Cathaginem vici, deo agendę sunt gratiæ, Et prosequente vniuerso populo Capitolium conscendit, relicto iudicio cum accusatore & præconce tantum. Et quamuis culpam deprecari, & crimen facilè amoliri potuisset, ac etiam tribunicias iniurias propulsare, voluntarium tamen exilium subire maluit, contentus sola innocentia, & conscientia sententia absolutus.

M. Quoq; Aquilius vir seuerus & fortis virtutis suę cōsciens, cum de pecuniis repetūdis causam diceret, iudices nunquā rogare voluit, & iā innoxius dānabatur, nisi, M. Antonius orator ille Crassi æqualis, qui causam eius defendebat, tunicam ab eius pectore diloricasset, & honestas cicatrices reipublicæ causā acceptas populo ostendisset, qua ex re confestim omnium iudicio absolutus exiit.

Partem hanc rex quū sibi ipsi statueret, uix alterā mortalē laudem quæret, vltro tamē delatam non spernet, & ne videatur multitudinis iudiciū contēnere, aut gloriā suā neglectū habere. Vt enim auidum laudis affectarē minime probandū esse duco, sic eum qui gloriam suam negligit, non laudo.

Themistocles

Themistocles præclarus ille Atheniensium imperator, qui Xerxis Persarum regis classē ad Salaminam deleuit, fabulam aliquando in theatro spectabat, in qua plures agebant, & quū rogaretur à quodā qui ei assidebat, quæ vox ei gratior auditu esset, leniter subridens ait, Ea mihi iucundior vox est, quæ in laudem rerum à me gestarum canitur. Quasi non satis esset laudem meruisse nisi gloriæ etiam dulcedo accederet.

Neque iniquo animo gesta sua illustrari à Q. Ennio tulit superior Scipio, sed poëtæ illius effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, ut ei gratiā referret, à quo laudatus fuerat.

Magnus quoque Pompeius Theophanem Mitylenæum scriptorem laudum suarum pro militum concione luculenta oratione laudatum, ciuitate donauit.

Videndum tamen est, ne nimia sit laus, adeo ut mentis longe antecedit, plus enim inuidiæ quàm gloriæ afferret, sicut & maxima munera, quæ ratio diuturna esse solent.

Traſybulus

Traſybulus Atheniensis patriam à triginta tyrannis, quos ei præfecerāt Lacedæmonij, liberauit. Et quum populus plurima munera ei offerret nihil accipere voluit præter coronam ex duobus oleaginis surculis factam, asserens illam satis gloriæ

præ se ferre, & inuidiæ omnino expertem esse.

Pittachus quoq; Mitylenæus, qui vnus septē Græciæ sapientibus fuit, volentibus cūciuib; suis ob præclara eius in rempublicā gesta multa agri iugera ei elargiri, pauca accepit dixitq; Hęc modica voluntatem in me vestrā plane ostēdēt & paupertatē meā explebunt. cūque parua sunt, diuturna esse poterūt, quādō inuidiæ minus erunt obnoxia. Trecentę illę Demetrii statuæ ambitionem potius nimiamque gloriæ cupiditatē videbantur ostendere quam rerū gestarū amplitudinē, proinde minus admirandū est mutato rerū statu eas omnes fuisse diēctas. Nimiā enī inuidiā ex multitudine rerum contraxerant, & vix locū aliis bene agentibus reliquisse videbātur. Iccirco cōcludendum est, moderatam laudem magis diuturnam fore, & plus fidei apud posteros esse habituram, ita quoque conscientiam honestarum actionum maiora præmia afferre, quàm imaginum ærea illa figmenta, quæ sensibus omnino carent.

QVÆ PRÆMIA REXA

Deo expectare debet.

Titul .xxi.



ESTAT nunc tertia pars, quæ præmia illa continet quæ a Deo expectanda sunt, a quibus impij extruduntur, qui male de deo, deque ratione animi sentiunt: & Virtutem negligentes, corporis voluptatem omni ex parte amplectuntur. Quauis enim sapiens maximum virtutis præmium in conscientia egregiorum factorum esse statuat, eaque satis contentus viuatt, amen diuina

Ggg iij

illa virtus, quæ in retribuendo semper vberima est longe maiora post obitum tribuit, quam quæ humanis mentibus cogitari possunt. Parui quidem temporis munus est laurea, quam primum enim arefcit. Paruientiam triumphus, quando noua victoria vetus antiquatur, & noua laus veterem trudit. Sicut cursus cursu vincitur, sic in vitis fortibus virtus virtute superatur, vt in Antoniũ ait Cic. Statuæ, arcus, trophæa alia eiusmodi monumenta, diuturna magis sunt, nõ tamen perpetua: ad quæ discutienda valent sterilis mala robora ficus, vt Satyricus poetæ ille ait. Proinde deus optimus maximus non satis præmij esse putans quicquid à mortalibus tradi potest his qui pietatē ac iustitiã seruauerint, & ciuitates, populos, gentes nationes optime gubernarint, æterni æui participes eos reddidit, vt cum numinibus vita sempiterna fruerebatur.

Hæc est illa beatitudo quam Plato præmium virtutis esse existimat, quamque eum secutus Cic. veram felicitatem appellat. Hinc Platonici argumentum ducunt quo concludunt maiorem felicitatem regum esse quam priuatorum, quando maiora præmia debentur. Atqui regia virtus longe omnium excellentissima est, per eam enim nõ solum seipsum rex beatum facit, verum complures alios ad virtutem dirigit. Maius autem præmium imperatori quam militi debetur. Ille enim disponit, hic autem exequitur. Sic etiam maius gubernatori quam naturæ, & architecto quam opifici mercenario. Sed nullius virtutis amor rectè persuaderi potest nisi his qui planè sentiunt animum nostrum non vnà cum corpore interire, sed omnino im-

mortalem esse, & emeritis vitæ stipendiis ad celestem patriam, vnde manauerat, redire. Eorum nanque impia ac temeraria opinio qui dicebant, Et cadit in nihilum, quod fuit ante nihil, Multis argumētis à Platone & Cic. explosa est.

Quinetiam vt hanc veritatem ciuibus suis persuaderet Plato, commētitiã quandam fabellam meditatus est, vt cœlestium secretorum optimum quempiam relatores videretur habere. Inducit enim militem quendam Pamphylum genere, qui multis vulneribus in prælio transfixus, vitam effudisse visus fuerat. Vndecimo autem die vnà cum aliis peremptis quum ad vltimum rogam carperetur, subiecto seu recepto spiritu, seu retento se viuere exclamauit, & conuocatis omnibus ad concionem longo sermone de deo, deque animi immortalitate disseruit, & ea omnia se vidisse profitebatur. Monebatque omnes, vt iustitiã pietatēque colerent, quibus virtutibus immortalitatis præmia exposita essent, iniustis autē atque impiis hominibus perpetuæ Acherontis pœnæ imminerent. Huius maximi philosophorum æmulus Cic. quod grauiore teste vteretur, & re minoris miraculi narraret, Somnium Scipionis inducit, in quo ad supra se pertractam ait, & Cælum, Solem, lunam, Stellas, terramque vidisset, & loca illa in quibus optime meritorum animi post emerita humanæ vitæ stipendia futuri sunt, & patriæ victoriã, Carthagini interitum, Capitolinum triumphum. Hæc & similia figmenta illi cõmenti sunt, vt ad virtutē omnes incitaret, Quæ nobis, qui religionē Christianam profiteamur, exploratissima sũt. Habemus enim aucto-

Platonis cõmentum.

rē verum vnicum dei filium, qui verò testimonio nos omnia edocuit, nec commentitiis fabellis egemus, ad cuius disciplinā confugiendū est, si fœlices esse volumus, & cum diuis vita frui sempiterna.

REX QUI CVM VIRTUTE VI-

xit, demum de successore cogitare debet.

Titul. XXI.



Demum regi qui optime dum vixit imperavit, & populum sibi creditum per virtutem quoad potuit ad fœlicitatem euexit, expedit vt post vitæ cursum de successore etiam cogitet, exemplo optimi patris familias, qui è vita decedens, de hæredum actoribus impuberūque tutoribus meditatur, ne si quid ei acciderit eam familiam moriēs destituisse videatur, pro qua summo studio summâque industria in omni sua vita laboravit.

Optabit igitur rex sobolem ex se genitam similem sibi esse, non modò effigie, verum etiam Virtute ac moribus, vt rex non decessisse, sed iunior factus esse videatur. Filius enim sine periculo regnat, qui optimè antecedentis parentis vestigia cõterit. Cernimus tamen nonnunquã ex optimis parentibus deterrimos filios nasci qualis fuit Comodus, qui quum patrem Antonium haberet Romanorum principum sanctissimum, ipse in se vnũ omnium dedecorũ ac scelerum coluuiõnem contraxit, ad eũ vt multi eum ex adulterio conceptum fuisse arbitrarentur. Constans siquidem fama erat Faustinae eius matrem apud Caietanã cum nauitis, lanistis, gladiatoribusque cõditionem elegissẽ, vt qui de Antonini vita scripserunt, testantur.

Videndũ proinde erit, quis regni hæres nuncupandus sit. De successore diligenter cogitabit rex dum viuet, ne post obitum suum fortunę regnum peremisse videatur. Quod si minus idoneum ex se genitum cognouerit, Magni Alexandri exẽplum imitabitur, qui interrogatus ab amicis, quum iam desiceret, quem imperij hæredẽ institueret, dignissimũ respondit. Et quum Herculem filium indolis peregrinæ haberet, & Aridæũ fratrem iuuenē ingenij comitate eximiũ, & Rhoxanen coniugem, quæ grauida erat, relinqueret, dignissimum tamen hæredẽ nuncupauit, oblitus & posteritatis suæ, & omnium necessitudinum, atq; aliarum affinitatum suarum. Sed quum iam præclusa voce fari nequires, & ex incerto sermone altercatio inter principer oriretur, exemptum è digito anulum Perdiccẽ dedit: vt quem voce hæredẽ ac successorem nuncupauerat, tacito indicio elegissẽ cerneretur.

Nec in dissimili exẽplo fuit Phrahates Parthorum rex, qui quum decederet, complurẽsque filios relinqueret, omnes præteriit, vt qui illos per ætatem minus viles regno futuros duceret: & Mithridatem fratrem, virum fortem, ætate integra, & rerum susceptione dignissimum instituit, vt ostenderet regem longè plurius imperij dignitatem quã paternam indulgentiam facere debere. Ius naturæ exigit, & gentium consuetudo confirmat, maximus natu ex filiis mortuo regi succedat. Diuisio enim inter plures (vt in priuatis patrimoniis fieri solet) regnũ infirmius reddit, & sæpe partidij causam præbet. Qui enim cõtenti nõ sunt portionibus suis, alienas sæper inuadere conãtur. Ale-

Hercules
Alexãdri fẽ
lius.

Aridæus
philippi spũ
rius.

Rhoxanæ
Alexãdri
vxor.

Phrahates
Parthorum
ex

xādrī comites, post eius obitum imperium tot diuerfarum gentiū inter se sortiti, mutuis odiis exarserūt: & qui si in demortui locum vel Perdiccā vel alium quempiā suffecissent, potuissent imperium diutius propagare, & plures fortasse Alexādros habere, in seiplos impia arma conuerterunt, quibus non modò ipsi ceciderūt, verum vniuersa Philippi atque Alexādri domus interiit. Cassander enim per quem Alexander enectus credebatur, Atrideo, qui Philippi nomine ab exercitu rex designatus fuerat, id imposuit & Herculem Alexandri filium qui iam adoleuerat, cum Barsane etiam matre peremit, quum ne Olympiadi quidem pepercisset. In eam nanque percussores miserat: quæ gladios non muliebriter refugit, verum Alexādri matrem, & ex Æacidarum genere se ortam ostendit. Nam quū perfoffa pluribus vulneribus cecidisset, iamq; deficeret, capillū ac vestem ad talos vsque extendit, nequid ex corpore eius indecori cerneretur.

Itaque si rex decedens filios imperio dignos habebit, maiorem natu regem instituat, naturæ ius ac gentium morem imitatus. Hic naturæ consuetudinisque ordo neutiquam præuaricāndus est: nisi monstrum aliquod aleretur, quale erat illud (si fabulis sit habenda fides) apud Cretenses, quod præsezuitia atque immanitate Labyrinthi anibagibus coërcendum fuit. Vel si natus ad tantam sp̄e filius eiusmodi vitio animi vel corporis laboraret, vt inutilis qui imperaret esse videretur: qualem historici scribunt fuisse Atym Cræsi filium qui captus auribus erat, & linguis: attamē regium aliquid in eo natura ostēdit. Nam quum eius pater Sardis late-

μάροδανθης
Atys.

TIT. VIGESIM. SECUNDVS 425
ret, irrupissetque iam hostis in urbem, subita voce exclamauit, qui munus ad id vsque temporis fuerat, & ait, Parce patri meo Cræso Cyre, & te hominem esse ex casibus nostris discere. Sanè vbi indignus erit successor, regno potius consulendum erit, quàm naturæ ordini, aut futuræ posteritati. Ægyptij (vt Diodorus scribit) quò tutior inter plures filios esset hæredis electio, nullum spurium esse existimabant, etiam si ex serua empta quispiam genitus fuisset. Patrem enim solum generis auctorem esse existimabant: matrem autem, & nutrimentum & locum filio præbere dicebant.

Apud Romanos verò Spurius prænomen honoris ac meriti fuit, quippe quum eum ostenderet qui non paternis opibus, nec materna commendatione, aut dote, sed propria industria ac solertia rem familiarē statuisset, & propria virtute laudem ac dignitatem assecutus esset.

Iniquus in filios iudex fuit Philippus Antigoni filius Macedonum rex. Nā quum à Romanis per Flaminium consulem impetrasset, filiumque Demetrium natu maiorem, & legitimo matrimonio ortum, Romam obsidē misisset, vt senatui populòq; Romano satisfaceret, & is veniam patri contra tot ciuitatum legatos impetrasset, non tamen gratiam sibi à patre comparauit, sed odium potius, atque inuidiam. Iniquo enim animo tulit, Senatū longe plus fecisse filij personam, quàm dignitatem atque auctoritatem suam. Proinde nimis faciles aures præbuit Perseo alteri filio in Demetrium fratrem oblatranti, quem is primò inuisum, deinde suspectum, deinceps autem proditionis reum


Spurius nullus apud ægyptios reges.

Spurius apud Romanos prænomen honoris.

patri detulit: quibus ex rebus innocens adolescens Demetrius dānatur. hoc parricidio mæstus Philippus, quū iam cognouisset scelere Persei id esse peccatū graue cōtraxit ægrotationē ex qua paruo tēpore interiecto interiit, relicto Perseo regni successore. A quo deinde Rom. sceleris pœnas exegerūt. In eū nanque Æmilium Paulū consulē cū exercitu miserunt, à quo primū victus fugatusque extitit dein de captus cum duobus filiis, & in triūphū ductus, ridiculū de se spectaculū Rom. populo præbuit. Eius siquidē interitus, macedonici regni finē præscripsit, defectu lune id portēdēte vt astrorū edocti prædixerāt. Quod si naturæ ius nō violasset Philippus, & Demetriū hæredē instituisset, diuturnū reddidisset imperiū. Erat enim Senatui Demetrius optime cōsiliatus, vt que veniā patri nō defensionis iure, sed benevolentia ac pudoris patrocinio impetrasset. proinde nō de inferēdo Romānis bello sed de amicitia ac perpetua pace cōseruanda semper cogitasset vt fecit Masinissa, qui quum centesimum annum ageret, iamque longo senio deficeret, testamento super regno suo facto, omnia sua senatui Romano permisit, & Æmilianum Scipionem auctorem, tutorem, curatorēque filiorum nepotūque suorum esse voluit.

DE VLTIMO VITÆ DIE

Titul. XXIII

 E D iam ad calcem propero, ne voluminis magnitudine lectorem absterrea. Plerosque enim vereor futuros, qui me nimis multa collegisse redarguent, quāuis plura reliquerim, quæ ad hunc sermonē nostrū

opportune accederent. Auctore tamen M. Varro ne reprimendum potius volumen esse censeo, quā procudendum. Is in fine septimi libri de latina lingua ad Ciceronē ait neminem reprehendendum esse, qui ē segete ad spicilegium relinquit stipulā. Rex ergo qui legitimē imperauit, & bene viuendi rationem obseruauit: de honesto obitu, vt fert mortaliū conditio, etiam cogitare debet. Postrema siquidē dies de omnibus superioribus iudicium affert, vt ad Cræsum regē Solon Salaminius inquit. Epicurus philosophus moriēs quauis diuersis corporis doloribus cruciabatur, tamen ad hanc sententiā epist. scripsit: Epicurus Idomeneo salutem, Cūm ageremus vitæ beatum, & eundem firmum diem, scribebamus hæc. His verbis, & aliis compluribus quæ sequuntur ostendit Epicurus humanæ vitæ felicitatem vltimo vitæ tempore comprobari. Hoc loco quæri solet, an de sepultura rex quippiam consulere debeat? Idem philosophus afferit Sapientem de sepultura curam nullam esse habiturum. Et Anaxagoras cū cerneret Mausoli regis Caria sepulchrum, quasi eiusmodi opus ac curam contemnes, dixit, monumentum pretiosum, & lapidibus ornatum: sed diuitiarum imaginem potius quā virtutum simulachrum præ se ferre. Nec multum differt hæc sententia à voce illa: Linqute me insepultum & respōdentibus illis, alitibus ne, ac feris? Non inquit, sed bacillum apud me ponite, quo illas abigam. At dicentibus illis, Tu quidem nihil senties: tum ipse, Quid igitur mihi oberunt nihi sentient? Et Cæsar cū legeret Cyrum regem quæ

dam de sepultura sua mandasse, talē regis diligentia irrisit, recte enim in veteri versiculo dicebatur: Cælo tegitur, qui non habet vnam.

In legibus decemviralibus scriptū fuit, terrę mandanda esse corpora, vt quę communis omnium esset parens. Quo edicto monemur terram terrę reddendam esse sine aliqua marmorum impensa. Frustra enim putat se quispiam sui nominis memoriam beneficio Porphyretici aut Parij marmoris propagaturum, si nihil in vita memoratu dignū gessit aut scripsit. Ægyptij sentiunt domos nostras in quibus viui versamus, diuersoria modici tēporis esse, sepulchra verò quibus post obitum cōdimur, perpetua domicilia fore. Proinde in illis ædificandis tenuiores sunt, in his autem construendis profusiores. Testes sunt Pyramides, & alia regum monumenta, quę inter pauca mundi spectacula connumerantur, Sūt etiam qui in hanc sententiã Homerum accessisse putent. Inducit eum Hectorē cum Aiace depugnatū, de sepultura, si caderet, egisse. Sed hanc curam princeps qui cum gloria imperauit, si me audiet, posteris suis relinquet, qui iure nature eiusmodi pietatis officia præstare debent. Satis ei fuerit, dum vixerit, ea egisse quę secundum virtutem sunt, & perpetuam posteritatis laudem meruerunt.